- 22 *Episcopus in quibus vigilare debeat.*
- 23 *Sollicitudo temporalis tripliciter mala.*
- 24 *Episcopus sobrius esse debet: cæteri quæ Dei ministri.*
Et sobrii qui dicantur. ibidem.
- 25 *Sobrietas contrahitur in temperantia.*
- 26 *Vinam est res luxuriosa.*
- 27 *Sanctas quid sit: quidne morbus.*
- 28 *Modesti debent esse Dei ministri.*
- 29 *Modestus quis dicatur.*
- 30 *Temperantia quæ sub se continet.*
- 31 *Modestia tria membra.*
- 32 *Moderatio circa exteriora duplex.*
- 33 *Modestia in colloquiis servanda est.*
- 34 *Modestia in cibis servanda est.*
- 35 *Clerici iacantes tabernaculi, quando deponendi sunt.*
- 36 *Temperantia in quibus consistat.*
- 37 *Vicinitas membrorum, consuetudo viciorum.*
- 38 *Moderata in incossa.*
- 39 *Incompositio corporis, mentis, inlicita inæqualitatem.*
- 40 *Moderata in vestibus etiam servanda est.*
- 41 *Moderata servanda in conversationibus.*
- 42 *Clerici cum mulieribus etiam consanguineis, interdicta conversatio est. & infra num. 71.*
- 43 *Temperantia circa concupiscentias esse debet in Episcopo.*
- 44 *Voluptatis appellatio inexplebilis dicitur.*
- 45 *Cupido cur puer pingitur.*
- 46 *Temperantia debet esse circa infligendas pœnas.*
- 47 *Rektoribus rigor & mansuetudo non deesse debet.*
- 48 *Hospitalitas requiritur in Episcopo.*
- 49 *Hospitalitas officium laudabile.*
- 50 *Hospitalitatis officium apud turche.*
- 51 *Hospitalitas à Deo, commendata.*
- 52 *Episcopus sit ad docendum.*
- 53 *Ignorantia mater omnium errorum.*
- 54 *Officia quæ vicariis quæ sacerdoti committuntur.*
- 55 *Episcopus debet habere legem servabilem.*
- 56 *Episcopus tria habere debet.*
- 57 *Sacerdotes Dei percussores esse non debent.*
- 58 *Episcopus, vel alius clericus fidelem percipientem, ab eorum officio deiciendus est.*
- 59 *Clerici sedulios ordinari an debeant?*
- 60 *Sacerdotes, & Præsides avari esse non debent.*
- 61 *Avaritia diffinitio.*
- 62 *Præsides iracundi esse non debent.*
- 63 *Ira diffinitio.*
- 64 *Passiones anime dupliciter accidunt.*
- 65 *Ira quomodo se habere potest ad rationem.*

- 66 *Prætores cur deserebant fasces?*
- 67 *Ira non debet moveri iudex.*
- 68 *Episcopus debet circa familiam bene præfisi.*
- 69 *Episcopus debet habere cubicarios clericos.*
- 70 *Paterfamilias puniatur culpa familia.*
- 71 *Mulierum conversatio inmerita Episcopis, & etiam puerorum. & supra num. 42.*
- 72 *Episcopus debet suer familiam suam.*
- 73 *Episcopus qualiter debet distribuere officia sua.*
- 74 *Vicarius debet constitui in Episcopatu.*
- 75 *Secularibus non sunt committenda res Ecclesiastica.*
- 76 *Consanguineis non debent res Ecclesiastica committi.*
- 77 *Iustus & æquus debet esse præsul. Et iustus quis dicatur. ibidem.*
- 78 *Iustitia est ad alterum: Et quomodo cognoscatur.*
- 79 *Iustitia per leges servatur.*
- 80 *Regula unde dicitur.*
- 81 *Ius civile ab Episcopis quando servatur.*
- 82 *Legum secularium officium.*
- 83 *Legum latores primi.*
- 84 *Iudices Ecclesiastici quas leges servare debent.*
- 85 *Transgressores legum, & consuetudinibus equiparantur.*
- 86 *Consuetudines quando servandæ: & quando tollendæ.*
- 87 *Leges humane Unde derivatæ.*
- 88 *Lex divina quæ doceat.*
- 89 *Differentia inter legem divinam, & humanam.*
- 90 *Lex humana quomodo se habeat ad divinam.*
- 91 *Lex divina an mutabilis?*
- 92 *Lex natura quæ sit.*
- 93 *Deus in corde semper loquitur.*
- 94 *Lex naturalis derivata a lege divina: Et est triplex.*
- 95 *Lex naturalis quomodo sanciat.*
- 96 *Ius naturale immutabile.*
- 97 *Lex naturalis medicæ arti equiparatur.*
- 98 *Lex naturalis per lapsum Adæ obrebrata.*
- 99 *Lex Moysi tribus de causis successit.*
- 100 *Lex iusto non est postea: Et quibus.*
- 101 *Lex Moysi in tribus constat.*
- 102 *Leges iudiciales quæ respiciant.*
- 103 *Iudicium temerarium, & ordinarium.*
- 104 *Iudicium temerarium quale sit: Et quor modis dicatur.*
- 105 *Suspicio vitiosa est: suspitionis triplex gradus.*
- 106 *Iudices ordinarii, arbitri, & delegati sunt. Et eorum differentia an ex lege Moysi colligatur?*
- 107 *Leges Moysi respiciunt personam rei iudicandi.*
- 108 *Leges Moysi circa personam accusatoris respiciunt.*
- 109 *Ius naturale continetur in Evangelio.*
- 110 *Lex Evangelij, & Moysi in lex.*
- 111 *Differentia inter officium, & finem.*
- 112 *Differentia inter legem & Evangelium.*
- 113 *Lex canonica unde derivatur.*
- 114 *Iustitia per quas leges fiat.*
- 115 *Leges sunt mortuæ sine bonis magistratibus: qui & viue leges dicuntur.*
- 116 *Ecclesiastici à laicis non iudicandi: Et qui & quales iudices esse debent.*
- 117 *Vicarij non debent eligi exteri.*
- 118 *Iudicantis munus quod, quale esse debeat.*
- 119 *Vicarius Episcopi, dicitur ordinarius: Et alium creare non potest.*
- 120 *Vicarius habet eundem iurisdictionem cum Episcopo.*
- 121 *Vicarius habet curam animarum.*
- 122 *Vicarius Episcopi an habet iurisdictionem in suffraganeis?*
- 123 *Vicarius Episcopi, an cognoscat de causis criminalibus?*
- 124 *Vicarius Episcopi non cognoscit quando agitur ad privationem beneficii criminaliter.*
- 125 *Sententia debet ferri secundum legem scriptam.*
- 126 *Iustum dupliciter fit.*
- 127 *Exempla auendi debent si deficiat lex.*

Moralium prima pars, cur prima?



VICINQVE Philosophorum Politiam (quorum Plato, & Aristoteles inter ceteros) aggressi fuere. Prius Ethicam, id est moralium tractationes, deinde Economicam tractauerunt. Ut eam politica ad regimen multorum civium dirigatur, in tendat quae Republicam pacatam ad summum bonum, & ultimum finem trahere: opere pretium videatur, ea prius, quae semetipsum, deinde quae eius domum, & familiam, ac postremo, quae Republicam tangat, stabilire. Hac

Magistratum grande iudicium futurum.

Reipublicae salus in quibus consistat.

igitur de causa moralium, primam partem nostrae praxis deputauimus. Scribitur enim sapiens. C. vi. quoniam potestas vobis à Domino data est, & potentia ab altissimo, is inquit in actiones vestras, consiliaque persequatur quia cum essetis regni ipsius administri, nec iudicatis recte, nec seruastis legem, nec consilium Dei secuti estis: horribiliter superueniet vobis, & repente, quoniam iudicium in proceres rigidissimum exercebitur. Tribus in rebus, Reipublicae salus, & dignitas posita esse videtur in motum honestate iudiciorum severitate, & in artibus bellandi. Mores enim sunt quibus vnusquisque sponte sua viuit in societate hac hominum; seque ipsum & res cum suas, tum alienas tractat; cum approbatione vel omnium, vel plurimum, vel certe bonorum & prudentum: loquor enim de moribus bonis & honestis. Iudicia autem in eos, qui demorū via deslexerunt. Ideo exercentur, vt tandem illi faciant coacti: quod moribus, & sponte sua facere recusarunt. Igitur tribus illis rebus bene se habentibus rem ipsam publicam bene se habere: contra vero quantum de aliqua illarum fuerit detractum, tandem de salute & dignitate Reipublicae detrahi necesse est. & his quidem res publica optimè gubernatur: atque haud scio, an melius multo quam legibus ipsis. Etenim mores, certa animi inductione conformati, magis nos in officio retinent, quam vel ampla praemia, vel poenae grauissimae legum.

Multi poenis non deterrentur.

Rector sua uita praestet se tale quales populos subditos uelit habere.

Multi sunt, qui poenis, non deterrentur; nec à furtis, nec ab homicidijs, nec ab alijs sceleribus multi nimia auaritia, ad opes malis artibus, querendas, multi ambitionis furore ad honores petendos, impelluntur. Et quia homines, non tam aedictis, & decretis obtemperant, quàm exemplo, ad res praeclearas excitantur. Ideo rectoris est, se talem, regenda uita sua, praestare, quales populos sibi subditos, uellit habere. Mirabiles uirtutis aculeos, in animis subditorum suorum relinquit rector, cum ita dicit, eya uasalli & subditi mei quod me uideritis priorum facientem, hoc quoque ipsi pergite facere. Contra ignauium praesidem & delicijs luxuriantem, nullus eorum quantum uis magnifice loquentem, libenter audiet. Paulus Apostolus tanti facit disciplinam domesticam, ut ex hac magnum summat argumentum, futuri Ecclesiae Episcopi. Quomodo enim (inquit ille) Ecclesiam Dei gubernabit, qui propriae domui praesse non nouit praester ergo praeses, se in omni uita, talem quales uelit esse subditos suos. Nam ut inquit ille componitur orbis.

Regis ad exemplum; nec sit inflectere sensus. Humanos aedicta ualent, quam uita regentis.

Princeps exemplo, magna imponit necessitatem pauperum.

Magna profecto necessitatem parendi imponit, princeps populo suo, cum non tantum uerbis praecipit, sed exemplo praestit omnibus, quasi manu porrigendo sequuntur. Haec necessitas, non uide quidem corporali nec ferro (quod legum est ac iudiciorum officium) perficitur: sed pudore omnibus iniecto, ni faciant ea, quae principem suum uiderint facientem. Haec ratione princeps, & quicumque superior, & aulam suam docebit, & magistratibus uirtutes gerendi, res omnes commendabit, & presbyteros ad munus suum excitabit, & iuuentuti uiam monstrabit,

strabit, ad artes optimas, perdiscendas & subditos sibi homines prudentiores ac ad omne genus officij diligentiores efficiet. parebunt ei omnes non inuicti, in rebus duris cum non deferent, & laeta & aduersa, comunia sibi cum illo ducet: pro uiuo dimicabunt, cum mortuo cupient mori. Hinc Apostolus ad Timotheum, cap. 3. & ad Titum dicit, oportere Episcopum esse in reprehensibilem; nec in merito, quia aliqui inquit, castigo corpus meum, & in seruitute illud redigo, ne cum alijs praedicatoro, ipse reprobus efficiat. Plato enim odid Alcibiada: improperate uehementer eum, qui se ad ciuilia confert, priusquam sit gubernandi peritus; & hac de causa epigrammate quodam, in delphis, scriptum asserit. nosce te ipsum, quod quidem, non aliud toto illo dialogo, asserit esse, nisi, ut qui alicui potestati aut officio praeficiatur, attendat, ut animam suam cognoscat, eam quae diligentem, ab omnibus immunditijs & peccatis, purgare & emendare curet; & ad bonam frugem perducatur. Animaeque suae, curam habeat ad ipsam respiciat. Prudentia enim noscere est se ipsum: nam qui ignorat suam profus aliena ignorabit, & qui talis erit, nunquam uir ciuilis, poterit esse: neque etiam economus, nec etiam quod agit, intelliget. Et qui ignorat, necesse est, ut erret, & errando male agat, & priuatum, & publicè: male aut agendo, miser dicendus est. Qui autem prudens est, miseriam uitae. Iuste enim & prudenter agentes, ipsi, & res publica Deo gratum opus facient. Haec autem proculdubio facient, in diuinum spendorem intuentes; & illuc respicientes, eos met ipsos & eorum bona, perspicue discernent. Contra si iniuste uixerint, in tenebras, diuinitatis expertes, consimilia tenebris opera, quemadmodum necesse est, facient; semet ipsos ignorantes. Nam quomodo potest alteri dare, quod ipse non habet? haec ille. Alibi enim idem in charmi: vel de temperantia. nihil aliud, inquit, esse, noscere se ipsum, nisi temperate uiuere. Et Marci. Fici. in argum. Plato dicit, sub hoc epigrammate, nosce te ipsum, significari, neminem nisi temperatum, de temperantia loqui, ad persuadendum, uel debere, uel posse. Alexipharmacum igitur necessarium est, quod est, auxiliare remedium est quam sapientia. Nam sapientia temperantiam docet, & prudentiam, tum iustitiam, ac sortitudinem; quibus nihil est hominibus in uita iucundius, ac uilissimum. Nimirum ergo si scribitur sapientia. c. 7. (si ergo solijs & regnis o Reges populorum delectamini, sapientiam in pretio habete: ut imperpetuum regentis) per hanc sapientiam, scribitur Sapientia. ca. 8.) gloriam in uulgo adipiscor, & honorem apud seniores iuuenis, acutus comperior in iudicio; & in conspectu potentum, sum admirabilis, stupentque me principium facies, taceant me sustinere solent, & loquentem attendere; pluribusque differente me manu ori adiuuere, per hanc consequatur immortalitate, & relinqua aeterna posteris meis memoriam; regimen populorum administro, gentesque mihi parebunt: tum famam meam reges hortendi metuunt, uulgo bono apparebo; belloque fortis: in hac denique domum ingressus acquiescam. Cum enim leges constitutae sint ad hunc finem, ut ad diuinum cultum homines dicantur, & legem conditor, summa cum diligentia, totam ciuitatem colere quasi agrum; ut exquisita de eligendis ferendisque seminibus, habeat rationem; deinde de opportuna plantae cuiusque cultura, ite de extirpandis statim, ab initio noxijs herbis & sentibus, deinde de omnibus ad maturitatem suo ordine perducendis, secundum Marci. Fici. in arg. Platon. dialo. de legi. Necessarium est, ut custodes legum & qui eas effectui demandare habeant, sint & ipsi custodes legum; & in se ipsis; & in suis. Et eam bonitatem, moderantiam, & uirtutem quas alteri obseruandas precipere habeant, ipsam et obseruent; ad cultum diuinum diligenter attendant, & omnibus iuribus, sed ipsos in reprehensibiles cunctis praebant. Nam Apосто.

Episcopus debet esse irreprehensibilis.

Prudentia homo cognoscit se ipsum.

Sapientia docet temperantiam. Sapientia est regibus necessaria.

Leges cur constituitur.

Præses non potest malum prohibere si ille simile committat.

Episcopus debent esse sine criminali peccato.

Iudex debet esse exemplum virtutis.

Vigilans debet esse Episcopus.

Somnus est profundatio mentis.

Episcopus cur vigilare debet? Vigilia præsentium quæ non proficiat?

ad Cor. 1. cap. 8. dicit. (sed videte) ne quomodo potestas illa vestra, offendicula sit ijs qui infirmi sunt. Etenim si quis conspexerit te, qui habes conscientiam in epulo simulachrorum accumbentem, nonne conscientia eius, cum infirmus sit, ædificabitur ad adeundum ea quæ sunt simulachris immolata, & peribit frater qui infirmus est, in tua scientia: propter quem Christus fuit mortuus, magis enim subditi scandalizantur ex minima culpa præsentis, quam si vniuersam ecclesiã seu ciuitatẽ viderent, & oculis perspicerent in peccatis, & criminibus contaminatam. ¶ Non. n. potest præses Ecclesiæ, vel ciuitatis, auferre malum de medio eius, qui in delictũ simile corruit. Quia n. liberare peccantẽ corripere possit, cum tacitus ipse sibi respondeat eadẽ se admisisse, quæ corripit? sic ergo, omni tempore Episcopũ in reprehensibilem, & sine crimine esse oportet cap. primũ 25. distinctio: & cap. vnum orarium. & si legitur apud Cicero. de peri. consu. eum qui ad aliquod officium ciuitatis assumitur, esse debere nouum hominẽ, & vt nonũ hominẽ oportere, cuncta facere, quãto magis debemus dicere de Episcopis: legitur enim apud Valer. Maxi. lib. 6. cap. 9. C. Valeriu flaccũ, quã primũ flaminem factũ fuisse, à Publio Licinio Pontifice Maximo, quantum prius luxurię fuerat exemplũ, tantum postea modestiæ, & sanctitatis specimen euasisse. Et Q. Carulũ, cuiusquidẽ si superior ætas reuolueretur, multũ luxus inultæ delitiæ reperirentur, at cũ princeps patriæ ex steret nomẽ eius in capitolino fastidio fulguisse constat. ¶ Sed licet illud ad Timo. & ad Tit. aliqui intelligerent, vt Episcopus sine reprehensione, & etiã veniali peccato esset, nihilominus recte intelligi debet, vt sit sine criminali peccato, vel sine criminali infamia vt in cap. vnũ orarium. 20. distinctio: Quia solus Christus potuit dicere, quis ex vobis arguet me de peccato? nam teste Arist. in 3. Ethico 9. difficile est in quaque re, sic agere, vt officio non desis: quando quidem in omni remediũ debet ab eo discedere, quod contrariũ magis est. Natura enim inclinatur, alij ad vnũ vitium alij ad alterũ. & qui nimis vitio adheret, vituperandus est: & qui parũ per vitio adheret, nõ vituperatur. ¶ Debet tamẽ, cũ sit iudex & minister Dei interris (vt dicitur de vte. 1.) sic vitã suam dirigere, vt sit norma & exemplũ virtutis subditis in tribus enim se debet Deo, conformare in potestate veritate, & bonitate. ut Exo. cap. 18. Prouide (inquit) de omni plebe viros potentes & timentes Deum; & qui oderint auaritiã sine discretionẽ. & 16. de iure. legitur (iudices & magistros constitues in omnibus portis: vt iudicent populum iusto iudicio: nec in alterã personã declinẽt.) in his enim verbis continetur potestas, ibi iudices & magistros constitues: continetur etiã iudiciũ veritatis; ibi vt iudicent populum iusto iudicio, & rectitudo animi, seu vitæ, ibi nec declinẽt in alterã personã. secundũ Alex. de Alef. par. 3. q. 40. ¶ Oportet etiã Episcopũ, & ceteros rectores & sacerdotes. esse uigilantes. vt ad Timoth. legitur, quia dicit Pet. 1. c. 5. Sobrii estote & uigilate: quoniam aduersarius vester diabolus, tanquã leo rugiens, ob ambulat, quærens quẽ deuoret. ¶ Nam somnus est profundatio sensus cõmunis à cerebro ad cor. Vigilia autẽ est ascensus istius sensus à corde ad cerebrum. 3. Colliget cap. 41. de accidentibus somni & uigiliæ. ¶ Et cum Episcopus eo tendere debeat, vt subditi & ipse, ad caput, quod est Christus, dirigant mentẽ, vt diuino cultui intendant, terrena & inferiora despiciant, & ipsi Christo conformes reddantur nimirum, si debet vigilare, & à somno, hoc est à profundatione mentis & sensus rerum prophanarum & terrenarũ expurgifici. ¶ Maximẽ enim ecclesiæ Dei & ciuitati expedit præsentẽ esse uigilẽ & sollicitum, & ideo dicebat Arist. lib. 1. Economi. quod expurgifici decet, prius dominũ, quam

12

13

14

15

16

17

18

quam seruum, & cubitum ire posterius. nec vnquam incustoditam esse domũ, quemadmodũ nec urbe quãdo opus est, neq; die, neq; nocte, & ante lucẽ surse re. qd̃ & ad sanitatẽ, & ad curã rei familiaris, & ad studiũ philosophiæ prodest quam plurimum. Et Plato in dialogo. 7. de legi dicit, nam siue lex, siue officiu, id appellandum sit, quod modo præcipimus, certẽ omnibus, turpẽ illud, & illiberale uideri debet, vt ciuium aliquis, per rotam dormiat noctẽ, nec primis exciterur & surgat, ita vt hoc toti familiæ pateat. quin etiã vt domina, ab ancillis, non ancillæ ab ipsa, primũ excitentur turpe dicendũ apud seruos, ancillãs, pueros, & domũ denique si possibile sit, vniuersam, nocte. igitur exurgant. & magistratus publicũ aliquid. Patres vero matresque familiæ in domibus proprijs, rem suã curent. Somnus enim multus, nec corporibus, nec animis, neque rebus gerendis, natura cõducit. Nemo quidẽ dum dormit alicuius pretij est. nõ magis quã si nõ viueret. & Paulo post magistratus profecto, nocte in uibibus 19 uigilantes, malis hominibus tum hostibus, tũ ciuibus terrori sunt. ¶ Nã prudẽtis uiri, est esse uigilantem, & sollicitũ. Nam sollicitus dicitur quasi solers citus, vel solers totus, in quantum s. aliquis, ex quadam solertia animi, uelox est ad prosequendum ea quæ sunt agenda, quod quidẽ ad prudentiã pertinet. Cuius præcipuus actus est, circa agenda præcipere de cõsilijs & iudicatis. ¶ Vnde Philo sophus dicit in 6 Ethico. quod oportet operari quidem, uelociter cõsiliata, cõsiliari autẽ tarde, & inde est, quod sollicitudo propriẽ ad prudentiã pertinet propter hoc dicit Augu. li. de moribus ecclẽ. quod prudentiẽ sunt excubiæ, atq; diligentissima uigilantia, ne sub repente paulatim mala suasionẽ fallamur. secundã Bea. Tho. secũda secũda q. 47. art. 9. ¶ Nec prudentiã tantũ ad bonũ propriũ, & regimen sui ipsius se extendit, (sicut quidam dicebant) sed etiã ad bonũ commune, & regimen ciuitatis, nam repugnat charitati, aliter dicere quæ nõ conueniunt quæ sunt. (vt dicitur. 1. ad Cor. 13.) vnde & Apostol. de se ipso dicit. 1. ad Cor. 10. (non quærens quod mihi uile sit, sed quod multis, vt salui fiant) epugnat etiã rationi recte, quæ hoc indicat quod bonũ cõmune sit melius, quam bonũ unius. ad prudentiã enim pertinet recte cõsiliari iudicare, & præcipere de his per quæ peruenitur ad debitũ finẽ, & ideo manifestũ est quod prudentia nõ solum se habet ad bonũ priuatũ unius hominis, sed etiã ad bonũ cõmune multitudinis. secundã Bea. Tho. ubi supra ar. 10. ¶ Nec uigilantẽ oportet esse Episcopũ circa temporales res, sed circa regimẽ sui ipsius domus, & Ecclesię cui præest. nam Anaxagoras cũ post diuinã peregrinationẽ patriã repetisset, possessio nesque desertas uidisset, nõ esse inquit, ego saluus, nisi istẽ perijissent. vocẽ petiẽ sapientiẽ cõpotem, nam si prædiorũ potius, quam ingenij culturẽ pacasset, dominus rei familiaris intra penantes mansisset, nõ tantus Anaxagoras ad eos redijisset. vt scribitur apud Valer. Maxi. li. 8. ca. 7. sed est aduertendũ, quod sollicitudo importat studiũ quoddã, adhibitum ad aliquid cõsequendũ, manifestũ est autem qd̃ maius studiũ adhibetur, ubi est timor deficiẽdi. Et ideo 23 ubi est seueritas consequendũ minor interuenit sollicitudo. ¶ Sic ergo sollicitudo temporalium rerũ tripliciter potest esse illicita, vno quidẽ modo, ex parte eius, de quo sollicitamur. Si scilicet temporalia, tanquã finẽ quæramus, vnde & Augu. dicit in lib de operibus monachorũ (cũ dominus dicit. nolite solliciti esse, &c. hoc dicit vt non ista intuantur, & propter hoc ista faciant quicquid in euangelij prædicatione, facere iubentur) alio modo potest esse temporalium sollicitudo illicita propter superfluum studiũ quod apponitur ad temporalia procuranda, propter quẽ homo à spiritualibus, quibus principaliter inferuire debet, retrahitur. Et ideo dicitur Mat. 13. quod sollicitudo seculi suffocat uerbũ.

Sollicitus unde dicitur.

Cõsiliari tarde, uelociter uero ari cõsiliata debem.

Prudentia an ad locũ cõmunem & extēdat.

Vigilare in quibus debet Episcopus.

Sollicitudo temporalium tripliciter mala.

Tertiō modo ex parte timoris superflui quando scilicet aliqui timet ne faciant quod quod debet, necessaria sibi deficient, quod dominus tripliciter excludit primo propter maiora beneficia homini praestita, diuinitus praeter suam sollicitudinem scilicet corpus & animam secundo, propter subuentionem, qua Deus animalibus & plantis subuenit, absque opere humano, secundum proportionem suam naturae. tertio, ex diuina providentia propter cuius ignorantiam gentiles, circa temporalia bona quaerenda, principaliter solliciti sunt. Et ideo nostra sollicitudo principaliter debet esse de bonis spiritualibus, sperantes quod etiam temporalia, nobis proueniet ad necessitatem, si fecerimus quae debemus. secundum Beati Thome secundam secundae q. 53. art. 6. ad praesidendum enim pertinet esse sollicitum, de his quibus praesertim secundum illud ad Rom. 12. (qui praesertim in sollicitudine) nam ex diuina ordinatione praesertim est temporalibus rebus. sed principaliter ideo praesertim ut ad diuinum cultum attendat.

Sobrius, de betesse, Episcopus, & ceteri Dei ministri. Et sobrii qui dicuntur.

Sobrietas continetur in temperantia.

Vinum est rex luxuriosa.

¶ Oportet etiam Episcopum & ceteros alios ministros Dei esse sobrios, sobrii enim dicuntur qui in cibo, ac potu temperantes sunt, quasi sine ebrietate, & qui actu non sunt ebrii. Cic. 4. Aca. 96. ne violenti quidem, quae faciunt eadem probatione faciunt quae sobrii hic sobrii violento opposuit. idem in oratio. 34. suere apud sanos, & quasi inter sobrios bachari, violentus videtur, & sobrie aduerbium, temperanter accipit. Cic. 1. offi. 149. intelligemus quae sit turpe diffuere luxuria, & delicatē ac molliter vivere, quam honestum, parē cōrīnenter, se uere, sobriē. Itē sobriē. i. prudenter secundum Plau. Pseud. 14. 33. dona dabo, & faciam, si quidē hanc rem accurassis sobriē. ¶ Sobrietas. n. in temperantia continetur, secundum quod est ratione regulata, quia tunc significat, vel habitum virtutis, vel actum non autē secundum quod est, secundum se considerata secundum Beati Thome secundam secundae q. 146. art. 1. & ideo bene ad Timotheum. Tit. subditur non violentum, quia hic opponitur sobrietati; secundum praedicta. inquit enim Apostolus ad Ephesios c. 5. (videte igitur, quomodo circumspecte ambulatis) non ut insipientes, sed ut sapientes, redimentes occasionem, quae dies mali sint. propterea ne sitis imprudentes, sed intelligentes quae sit voluntas domini: & ne in ebrietate vino, in quo luxuria est, sed impleamini spiritu, loquēte vobis metipsis, per psalmos & hymnos & cautiones spirituales canentes ac psallentes in corde vestro; domino gratias agentes semper de omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi, Deo & patri, subditi vicissim alius alij, cum timore Dei. ¶ Nā Hieronymus in epistolis, inquit, luxuriosa res est vinum, & corruptiua ebrietas: omnis qui cum his miscetur non erit sapiens. & idē in Miche. ecclesiae principes, qui delictis affluunt, & inter epulas atque lasciuas pudicitiam seruare se credunt: propheticus sermo describit, quae eiendi sunt de spaciis domibus lautis; conuiuis, & multo labore epulis conquisitis. & si vis scire quo eiendi sunt, propter malas cogitationes & opera sua, Euāgelij lege: in tenebras scilicet exteriores, ubi erit stertus & stidor dentium. Ut habetur in c. ecclesiae. 3. dist. & idē Hier. dicit, (ut habetur in c. venter ea. 3. dist. quae venter mero estuans, cito spumat in libidine; ubi ebrietas ibi libido dominatur & furor. & in ea, violentum ibi dicitur, quod violentum sacerdotē, & Apostolus damnat, & verus lex prohibet: sacerdotes qui ministrant in templo Deo, prohibentur vinum & siceram bibere; ne crapula & ebrietate aggrauentur, corda eorum. & Plato dialo. 2. de legi sic inquit (harum legum auctores, atque custodes a perturbatione & ebrietate, remotos esse oportet, violentorum duces, sine quibus cetera ebrietate pugnare, durius est, quam sine ducibus sobrii cum hostibus dimicare) inquit et in fine dialogi quod magistratus, gubernatores & iudices quādiu in magistratu sunt, deberēt abstinere a vino, seruandā esse mediocritatē in esculentis, poculentis, aliisque rebus docet

24

25

26

docet Hippocrates apho. lib. 2. nec satietas, inquit, nec fames, nec aliud quicquam citra modum naturae vel ultra bonum est. in eā sententiā Galenus. ¶ Quum sanitas inquit, sit in mediocritate, atque moderatio quaedam omnes immoderationes, quae a medio plurimum distant esse morbos, necesse est. Cic. de senectute, tantum cibi & potus adhibendum ut reficiantur vires non opprimantur. Sic & Arist. 2. Ethic. cap. 2. latius dicit, & idem Arist. 3. Ethic. cap. 5. dicit (Porro autem legum conditores, eum qui per imprudentiam peccat, afficiunt poena, si videatur ignorantio eius esse causa: ut ebrius & temulentis, duplices poenae constituta, quia principium fuit in eius potestate, qui ebrius est factus, quando quidem poenae eum potestas est, fugiendae violentiae quae erroris & imprudentiae causa est.) ¶ Oportet similiter Episcopum & singulos alios Dei ministros esse modestos, ut ad Tit. & Timotheum scribit Apostolus. ¶ Modestia. n. adiectiuum dicitur temperantiae. Terentius ad Aelium. 5. 8. 7. proba & modesta hinc dicitur quod modestus vultu, hoc est ipso vultu, modestiam quandam per se ferens. Terentius And. 1. 1. 193. ad eum modesto adeo venusto, ut nihil supra est. n. modestia moderatio continens in animo, cupiditatem. Cicero 1. of. 199. sic fit, ut modestia, scientia sit opportunitatis, idoncorum ad aliqd agendum temporum. Item modestia est scientia earum rerum quae agunt, aut dicuntur, loco suo collocandarum Cicero offi. 1. 198. ad Timotheum, enim dicitur oportere esse episcopum modestum, & ad Titum dicitur, oportere esse temperantem. ¶ Sub temperantia. n. (secundum Tullium in retho.) continet continentiam, clementiam, & modestiam (sub modestia comprehendit omnia illa, quae pertinent ad moderationem corporaliū motuum, & exteriorum rerum, & etiam moderationem spei quae ad humilitatem pertinet, secundum Beati Thome secundam secundae q. 143. ar. 1. nam circa motus & actus corporales, moderationē & refrenationem facit modestia. ¶ Andronicus, super form. Scipion. in tria diuidit: ad quorum primum pertinet discernere, quid sit faciendum: & quid dimittendum, & quid quo ordine sit agendum: & in hoc firmiter persistere, & quantum ad hoc ponit bonam ordinationem. aliud autem est, quod homo in eo quod agit, decentiam obseruet, & quantum ad hoc ponit ornatum. Tertium autē est in colloquijs amicorum, vel quibuscumque alijs & quantum ad hoc ponitur asperitas. ¶ Circa exteriora vero, duplex moderatio est habenda: primo quidem, ut superflua non requirantur, & quantum ad hoc ponitur a Macrobio parcitas: & ab Andronico per se sufficientia. 2. vero, ut homo non nimis exquisita, requirat, & quantum ad hoc ponit Macrobius moderationem. Andronicus vero, simplicitatem, secundum Beati Thome secundam secundae q. 143. art. 1. ¶ Oportet igitur, quod Episcopus, & ceteri ministri, ac rectores, seruent modestiam in colloquijs: nam Apostolus ad Tit. c. 2. dicit (stultas autē quaestiones & genealogias, & contentiones ac pugnas legales omittite: sunt enim inutiles & superuacuae) & ad Cor. 1. 5. mores bonos (inquit) colloquia corrumpunt mala (& ideo dicebat Hiero. ad Damasum Papam de filio prodigo) ut scribitur in c. sacerdotes 37. dist. (Sacerdotes Dei, omittis euāgelij & prophetis (videmus comedias legere, amatoria, bucolicorum versuum verba, cantare, tenere Vergiliū, in manibus & id quod in pueris, adest causa necessitatis, crimen in se facere voluptatis.) prouidendum est, quoque sollicita intentione rectoribus: ut ab eis non solum praua, nullo modo, sed nec recta quidem nuntia & inordinate proferantur quia saepe dictorum virtus perditur, cum apud corda audientium loquacitas incauta opportunitate leuigatur: & auctoritas suū, haec eadē loquacitas inquinat: qui seruire auditoribus ad usum profecti ignorat. in c. sit rector 43. dist. §. prouidendum. & Greg. in 13. c. sui pastoralis, ait ut habetur in d. cap. sit rector, dicit. ¶ Sit rector discretus in silentio, utilis, & cautus

Sanitas quae sit qui dicit morbus.

Modesti debent esse dei ministri. Modestus quis dicitur.

Temperantia quae sub se continet.

Modestia tria membra.

Moderatio circa exteriora duplex.

Modestia in colloquijs seruanda est.

De eadē.

27

28

29

30

31

32

33

34

& cautus in verbo: ne aut tacenda proferat: aut proferenda reticeat, nam si-
cut incauta locutio, in errorem protrahit: ita indiscretum silentium, eos qui
erudiri poterant, in errore delinquit. &c. & paulo post, in §. sed cum rector, di-
cit, sed cum rector, se ad loquendum preparat, sub quanto cautela studio, loqua-
tur attendat: ne si inordinate, ad loquendum rapitur erroris vulnere, corda
audientium feriantur: & cū fortasse sapientē se uideri desiderat virtutis cōpagē
insipienter abscondat hinc nanq; veritas, dicit in Marco: saltem in vobis, & pacē
habete inter vos per salē quippē verbi sapientia designatur: qui ergo loqui sa-
pienter nititur magnopere metuat, ne eius eloquio, audientium vnitas cōfundat.
hinc Paulus ait, ad Romanos, noli plus sapere, quā oportet sapere, sed sapere

Modestia i
cibus seruā
da est.
Clerici in-
tranea ta-
bernas quā
do deponē
di sunt.

Temperan-
tia in qui-
bus confi-
stat.

Vicinitas
membroru
confederatio
vitiu.
Modestia i
incesso.

Incomposi-
tio corpo-
ris mentis
indicat in-
aqualita-
tem.

Modestia
etiam in ve-
stibus ser-
uanda est.

Modestia
seruāda in
cōuersatio-
nibus.
Cū mulie-
ribus cleri-

ad sobrietate. ¶ Itē oportet seruari modestiā in cibus conuiuijs, & portu, & ideo 34
statutum fuit, in cōcilio laudicensi qđ clerici cuiuscunq; ordinis, nō intrent ad
cōmedendum & bibendū in tabernis. ¶ Quod si contrariū fecerint: deponen- 35
di sunt, vt in ca. non oportet clericos &c. nulli clerico 44. distin. nisi peregrina-
tionis causa vt in c. clerici ea distin. Item Grego. naturali. Episcopo, sic scripsit.
Multis ab vrbe tua venientibus, frater carissime didici, pastoralis cura derelicta
solis te conuiuijs occupatum: quæ audita non credere, nisi hæc actionū tuarū
experimētis probare: nam quia nequaquā lectioni studeas: nequaquā exhorta-
tioni inuigiles, sed ipsum quoq; vsum Ecclesiastici ordinis, ignores, hoc est te-
stimoniū, quod his sub quibus es, positus, seruare reuerentiā nescis, vt habes in
cap. multis 44. distin. cum sequenti. ¶ Temperantia, n. circa delectationes gustus, 36
vel olfactus, vel visus, cōsistit, secundario; in quantum sensibilia horū sensuum,
conferunt ad delectabile vsum rerum necessarium, quæ pertinet ad tactū, quia
tū gustus propinquior est tactui, quam alij sensus: Ideo temperantia magis est
circa gustū quā circa alios sensus, secundū Beat. Tho. secūda secundę q. 141. r.
ar. 8. scribit. n. Apost. ad Roma. (nō in cōmestationibus & ebrietatibus: ventris
nahq; ingluuijs ad luxuriam prouocat facile: & omnes opus bonū dissoluit.
¶ Hinc dicit Hiero. quod venter & genitalia, sibi met ipsi vicina sunt: vt ex 37
vicinitate membrorum confederatio intelligatur vitiuorum.
¶ Item oportet seruari modestiam, siue moderantiam in incessu, vt in gra- 38
uitate itineris, nam ex ea ostenditur grauitas mentis in incessu, autē, debet esse
ornatus: vt grauitate itineris, mentis maturitas, ostendatur. ¶ In cōpositio, n. 39
corporis (vt August. ait) inæqualitate indicat mētis: vnde historiographus ille,
eū eius mutabilitatē describeret, cuius cōsciētia excitata curis mentē vastabat:
later cætera hoc etiā notabile indicauit dicēs, in cessus eius modo citius, modo 69
tardus, historiographus est Salustius, scribēs de mutabilitate catilinæ, vt habet
in c. fi. 41. distin. ¶ Itē seruāda est modestia in vestibus & habitu: vt nec fulgidis, 40
aut vilibus vestibus & sordidis, seornet. vt in c. 1. 41. distin. ex cōcilio. n. gangren.
scriptū est, (parsimoniā cum veste humili, non reprobamus: sicut etiā ornātū
præter corporis diligentiam infucati laudamus: dissolutos autē & fractos ve-
stibus, & incesso nō recipimus: vt habet in ca. parsimoniā. 41. distin. Itē ex con-
cilio chartagi. habetur. (Episcopus uilem suppellectilem & mensam ac victum
pauperem habeat: & dignitatis suæ auctoritatem, fidei & vitæ meritis quærat:
hospitiū quoq; nō longe ab Ecclesia habeat.) vt habet in ca. Episcopus. 41. distin.
¶ Itē seruāda est modestia, in cōuersationibus hinc immoderata familiaritas, 41
etiam cum personis domesticis interdicta est Episcopis: vt in ca. 1. 34. distin.
¶ Et cum sceminis etiā consanguineis, nō debet esse cōuersatio. I. eū qui. & ibi 42
doct. C. de epi. & cle. & 81. distin. ca. cū oportet, & c. in oibus. & ca. interdixit. 2. 2.
distin. vnde dicebat Hiero. hospitium tuum, aut raro aut nunquā mulierū
pedes

pedes terant: quia non potest toto corde cum Deo habitare, qui sceminarum
accessibus copulatus c. hospitium. 32. distin. & idē inferitur, quōd Augusti-
nus noluit habitare cum sorore legitur. 81. distin. ¶ Oportet etiam Episcopum,
& ceteros rectores, esse temperantes, circa cōcupiscentias, & delectationes vel
43 cupiditates: nam dicebat Architas tarentinus, nullā capitaliorē pestem, quā
corporis voluntatē hominibus à natura datā, quis vnquam tā laudauit Sextū
Tarquinium, quōd animo forti capesseret pugnam, quā vituperauit eundē,
quōd lucretiæ stuprum, obrulisset: nō est consentaneū, inquit Cice. in offi. qui
metu non frangatur, cum frangi cupiditate, nec qui inuictum se à labore præ-
stiterit, vinci, à voluptate. Vacandum est omni animi perturbatione, tum cupi-
ditate & metu, tum etiam aegritudine & voluptate animi & iracundia. Præcla-
rum illud Horationum, fortior est, qui se, quā qui fortissima vincit oppida.
Vides vt propter in temperantiam fortitudo non sit in honore, temperantia
laudatur sine fortitudine: magis enim accusandus est intemperans, quā ti-
midus fertur ergo cupiditate petulans, lasciuus, intemperans, loquax, tum ma-
xime letus quum iocari ludere, cursitare, seria fugere fabulas: audire, vanis ser-
44 monibus interesse, epulis frui, dormire. ¶ Voluptatis enim appetitio, in ex-
plebilis dicitur, quia quanto sapius homo, veneri indulget, tanto magis accen-
ditur libido, tanto cupidius eo reuertitur, nec ante finem facit, quam fractæ
deficiunt vires. quin etiam nonnulli viribus destituti, vtro assiscunt hoc malū
45 factiq; aut morbo aut ætate languidi scorto carere non possunt. ¶ Eam ob
causam, veteres pingebant cupidinem, puerum macie confectam, quōd ista li-
bido recrudescit vireque labefactat infatiabilis, igitur hæc cupiditas: Cicer. li. 1.
de finibus. cupiditates sunt infatiabiles. quæ non modo singulos homines, sed
vniuersas familias euertunt, totam etiā labefactant, sepe rempublicā. Idem pa-
radoxo: primo nunquā me hercle ego neq; pecunias istorum, neque resta ma-
gnifica, neq; opes, neque imperia, neque eas quibus maxime astricti sunt vo-
luptates, in bonis rebus aut ex petendis esse numerandas duxi, quippē cum vi-
derem homines his rebus circumfluentes, ea tamen desiderare maxime quibus
abundarent. neque vnquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis. Sapiens ille
Rex Salomon cum tam multas vxores haberet, ac concubinas, cupiditate rap-
iebatur, ad alienas Sardanapalus, quo magis vtebatur muliere, eo magis arde-
bat, & abiciebat sese ad muliebria ministeria. Tiberius Imperator, vbi confecerat
corpus imparum nimia libidine, tantæ cupiditatis erat, vt intuens impudi-
cos languidā venerē suscitaret, nullus enim est huius rei modus quid? ebriosis,
nonnē quanto sapius ad eunt cauponas, tanto magis ardēt ad eundē cupidi-
tate? qui ventrem pascunt epulis, ecquid omittunt vnquam, quo iucundius vo-
luptatē frui possint, quid est, quōd Tityus amator latonæ, vulturem pascit, Ig-
core, semper renascente, nec fibris requies datur vlla renatis, inquit Virgi.
Tetur, locus est cupiditatis quæ carpit hominem, & expleta, non ita multo post
46 siti vehemētiore præmitur. ¶ Item attendi debet temperantia circa infligen-
das pœnas, nam disciplina, vel misericordia multum destituitur, si vna sine alte-
ra teneatur: sed circa subditos in esse debet rectoribus & iuste consulens miseri-
cordia, & piē sciens disciplina, vt legitur in ca. disciplina. 45. distin. omnis enim
qui iuste iudicat, fatham in manu gestat, in vtroque penso iustitiam, & mi-
sericordiam portat: sed per iustitiam reddit peccati sententiam, per misericor-
diam peccati temperat pœnam: vt iusto libramine quædam per æquitatē cor-
rigat: quædam vero per misericordiam indulgeat. vt in ca. omnis qui, ca. 45.
distin. & in ca. sunt, ead. distin. dicitur, sunt nanque nonnulli ita districti vt etiā
omnem

dis etiā con-
sanguineis
interdicta
cōuersatio
est.
Temperan-
tia circa cō-
cupiscentias
debet esse
in Episco-
pis.

Voluptatis
appetitio in-
explebilis
dicitur.

Cupidus cur-
puer pingi-
tur.

Temperan-
tia debet et
esse circa in-
fligēda pœ-
nes.

Rectoribus rigor & mansuetudo non deesse debet.

Hospitalitas requiritur in Episcopo.

Hospitalitatis officium laudabile.

Hospitalitatis officium apud turcas.

Hospitalitas a Deo commendata.

Episcopus fit actus ad docendum. Ignorantia mater omnium errorum.

Officia quae vnicuique sacerdoti conveniunt.

debet habere legem servatilibiter.

omnem mansuetudinē benignitatis amittant: & sunt nonnulli ita mansueti: vt perdant districti iura regiminis. ¶ Vnde cunctis rectoribus vtraque summopere sunt tenenda: vt nec in disciplina desit benignitas mansuetudinis: nec rursus in mansuetudine districtio nem deferant disciplinā. quatenus nec à compassione pietatis obdurecant: cum contumacem corrigunt: nec disciplinā vigorem molliant cum infirmorum animos consulantur. Regat ergo vigor disciplinā mansuetudinem: & mansuetudo ornet sermone vigorem: & sic alterum commendetur. ex altero: vt nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta.

¶ Item oportet esse Episcopū, & ceteros alios Dei ministros, hospitalē. nā dicit Hieronymus: qđ nō est facile stare in loco Petri & Pauli scilicet tēnere cathedrā regnātū cum Christo, quia hinc dicit: nō sanctorū filij sunt q. tenent loca sanctorū. sed qui exercēt opera eorū. vt in ca. nōr est. 40. dist. Inquit. n. Plato in dialo. v. de legi. ferme in omnia peregrinorū & cōtra peregrinos peccata prae illis q̄ inter. ciues cōmittunt vltori Deo curę sunt. nā cum peregrinis amicis cognatisq; carcat, maiorē & apud Deos, & apud hoies meretur misericordiā. quare q. magis vlcisci pōt is ad ferendū auxiliū est paratior. ¶ Hoc. n. officii hospitalitatis, et iure ciuili cōmendat; & dicit pium, & primus hospitalarius fuit Ioticus nomine. vt in l. vna. C. de Epif. & cle. ¶ Et ē apud turcas hospitalitas, valde frequentat; hinc multa hospitalia cōstituta vbi maxima cura habetur de peregrinis & infirmis. vt refert. Io. Anto. mēna. in 2. li. legum turcharū. c. 1. r.

¶ Hospitalitas. n. ipsa, ab ipso Deo cōmendatur. hinc dicit, hospes sui, & nō sūcepistis me nā si sacerdos primū à se ipso & à domestica sua Ecclesia debet exigere, qđ postea populis imperet. si primū imitādo Christū, ipse debet facere, q̄ postea populū doceat. necesse est, vt pauperes in hospitio, recipiat, quoad hospitalitātē facilius suo exemplo subditos attrahat. vt in c. 1. 42. dist. ordinādus. Itaq; sacerdos ad memoriā reuocet, quō Abraam & Loth, per hospitalitatis opera. Deo placere & Angelos hospitio meruerunt recipere: & quō Angeli Sodomis hospitalē domū ingressi Loth. cū familia sua liberauerunt: quō clausas domos cum hospitibus ignis ingressus perdiderit. ¶ Oportet ēt Episcopū & ceteros rectores, & Ecclesiarū sacerdotes, esse actos ad docendū. vnde in concilio toletano legitur. ¶ Ignorantia mater cunctorū errorū, maximē in sacerdotibus Deieuitanda est, q. docendi officii in populo Dei susceperūt. Sacerdotes legere sanctas admonentē scripturas, Paulo apostolo dicente ad Timo. attēde lectōni, & exhortationi doctrinā, & semp mane in his. Sciāt ergo sacerdotes, sanctas scripturas & canones, & oē opus eorū in prädicatione cōsistat, atq; edificent cūctos tam fidei scientia, q̄ operū disciplina, vt in ca. ignorātia. 38. dist. Item in ca. sin laicis ead. dist. dicitur q̄ si in laicis videt intollerabilis in scientia, quāto magis in his q̄ præsunt nec excusatione sunt digni nec venia. Nam cū Episcopus, & alij rectores debēt alios docere vel transgrediētes punire, necesse est, vt ipsi sciant, ad qđ subditi teneant, & qđ sit officii vnicuiusq; vt in ca. q̄ ipsi sacerdotibus ead. 38. dist. ¶ Officia autē q̄ ostiarij exorcistis, acolytis, psalmistis, lectorib; subdiaconis, diaconis, præsbyteris, Episcopis Archidiaconis archipresbyteris, primicerijs & thesaurarijs, cōpetūt describit tex. in c. perlectis. 25. dist. & ea scire debet præsides vt sciat in quo quis errat, & in quo nō qđ oportet castigari, & qđ laudari. ¶ Debet etiā Episcopus habere legē seruatilibiter, & nō transitorie tam sacros canones, & sanctū Euangeliū, quā diuini Apostoli librum, & omnem diuinā scripturā, & secundum mandata debet conseruare & docere sibi populū commissum, substantia enim summi Sacerdotij, sunt eloquia diuinitus tradita, id est vera diuinarum scripturarum disciplina, quemadmodum

47

48

49

50

51

52

53

54

55

dum magnus prohibet Dionysius. quod si disceptauerit, & ita libenter facere & docere minimē sponderit, nullatenus consecrerit ait enim Propheta Deus, tu scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi, vt habetur in cap. omnes psallentes. 38. distinctio.

56 ¶ Tria enim præcipuē, in Episcopo requiruntur. literarum scientia, ætatis maturitatis, & grauitas motus, & quartum quod sit de leg. matrimonio natus. extra de ele. ca. cum cunctis competens tamen scientia in Episcopo toleratur ca. cum nobis olim de ele. & est gloss. magistra in ca. sin. de æra. & qualitate.

57 ¶ Oportet etiam Episcopum, & ceteros Dei ministros, & rectores Ecclesiarum ut non sint percussores, sed sint alieni à pugnis. nam Gregorius scripsit Ioanni Episcopo Constan. (quid autem de Episcopis, qui verberibus timeri volunt, Canonones dicant, benē fraternitas vestra nouit, Pastores enim facti sumus, nō percussores, egregius prædicator dicit, argue obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Noua verò, atque in audita est, ista prædicatione, quæ verberibus exigit fidem.) & habetur in cap. quid autem. 45. dist. & ex canone Apostolorū colligitur. ¶ (Episcopus aut præbyter um, aut diaconum percutientem, fideles delinquentes, aut infideles, iniquē agentes, & per huiusmodi volentē timeri, deijci ab officio suo præcipimus, quia nunquā nos docuit hoc Dominus, sed econtrario, ipse cum percuteretur, non repercutiebat, cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur.) vt habetur in cap. Episcopum ead. 45. dist. intellige tamen prædicta, vt non procedant, quando hæc fiunt causa correctionis, quia tunc licet inferuntur verbera ca. in summa ead. dist. &

58 ¶ declarat gloss. in d. ca. Episcopum. ¶ Item (vt dixi) debent esse alieni à pugnis, hinc seditioni clericis, nunquam ordinarij debent sicut vsurarij, & iniuriarum suarum vltiores. vt in cap. seditionarios. 46. dist. & per totam illam dist. &

59 ¶ Item debent esse, non turpis lucri cupidi, & alieni ab auitia, & non sine causa, dixit Apostolus non turpis lucri cupidi eo quia, omnes homines, tum boni, tum mali, omnes sunt lucri cupidi, vt diffusè scribit Plato in hiparco, qui est dialogus primus, & ideo turpē lucrum tantū damnatur. & idem dicit Pet. 1. epist. cap. si. & Pau. ad Timo. 1. cap. sin. & dum dicitur alieni ab auitia, intellige sine discretionē, vt legitur Exo. 18. prouide (inquit) de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, & qui oderint auitiam sine discretionē. nam in quibuscunq; bonum consistit in debita mensura, necesse est, quod per excessum, vel diminutionem illius mensuræ, malum proueniat in omnibus autem quæ sunt propter finem, bonum consistit in quadam mensura. nam ea quæ sunt ad finem necesse est commensurari fini. sicut medicina sanitati. vnde necesse est quod bonum, hominis, circa ea consistat in quadam mensura, dum scilicet homo secundū aliquā mensuram, querit habere exteriores diuitias. prout sunt necessariz ad vitam eius, secundū suam conditionē, & ideo in excessum huius mensuræ, consistit peccatum, dum. saliquis supra debitum modum, vult eas

60 ¶ acquirere vel retinere, quod pertinet ad auitiā. ¶ Quæ diffinitur esse immoderatū amorem habendi. vt dicit Beat. Tho. secunda secundæ quæst. 118. art. 1.

61 ¶ Item non debent esse iracundi, dicit tamen Plato in philebo. (an forte, in memoriā, nobis illud reducere oportet, quod quemadmodū apud Homerum accidit virum vel prudentē irasci, eo tamē pacto, vt eius affectus dulcor melle sit iugiter distillant, sic contingat in uita, vt aliqua ira dulcedo miscatur, & uoluptates in lamentationibus atq; desiderijs tristitiæ mixtae sint.) ¶ Ira enim proprie loquendo, est passio quædam appetitus sensitiui, à qua vis irascibilis denominatur, est autem hoc considerandum circa passiones, animæ, ¶ Quod

Episcopus tria debet habere.

Sacerdotes Dei percussores nō debent esse.

Episcopus vel alij clericis percussis, ab eorū officio deijciendus est.

Clerici seditioni ordinari an debeant.

Sacerdotes & Præsides auari esse nō debent.

Auitia diffinitio.

Præsides iracundi non debent esse.

Ira diffinitio.

Passiones animæ dupliciter accidunt. ¶ Quod dupliciter potest in eis malum inueniri. vno modo ex ipsa specie passionis, quæ quidem consideratur secundum obiectum passionis, sicut inuidia, secundum suam speciem importat quoddam malum est enim tristitia de bono aliorum, quod secundum se, rationi repugnat, & ideo inuidia, mox nominata, sonat aliquid mali. hoc autem non competit iræ, quæ est appetitus vindictæ potest enim vindicta bene, & male appeti alio modo inuentur malum, in aliqua passione; secundum quantitatem ipsius id est secundum super abundantiam, uel defectum ipsius. & sic potest malum inuita inueniri, quando scilicet, aliquis irascitur plus, uel minus præter rationem rectam, tunc irasci, est illaudabile secundum Beat. Tho. secunda secundæ quæst. 1. 58. ¶ Dupliciter enim potest se habere ad rationem. uno quidem modo, antecedenter, alio modo consequenter, prout scilicet appetitus sensitiuus mouetur contra uitia secundum ordinem rationis, & hæc ira est bona, quæ dicitur ira per zelum, unde Gre. dicit in s. mora. (curandum summopere est, ne ira quæ ut instrumentum uirtutis assumitur, menti dominetur ne quasi domina præceat, sed quasi ancilla ad obsequiū parata à rationis tergo nunquā recedat.) hæc autem ira, & si in ipsa executione actus, iudicium rationis aliquantulum impediatur: non tamen rectitudinem rationis tollit. Vnde (Grego. ibidem dicit) quod ira per zelum, turbat rationis oculum: sed ira per uitium excecatur. non est autem contra rationem uirtutis. ut intermittatur deliberatio rationis in executione eius. quod est à ratione deliberatum: quia etiā ars impediretur in suo actu: si dum debet agere deliberaret de agendis. secundum Beat. Tho. ibidem. ¶ Et ideo prætorum familia, ante eos, securæ cum uirgis admodum ligatas, & ad inuicem strictè arctatas deferebat; eo enim id erat factum, ut significaret magistratum ad puniendum, non statim, motu iræ procedere debere ea enim mora, quæ in dissoluendis securibus à uirgis interuenire necesse erat, significabat, ut moderata ira, procederet. ut inquit Blou. lib. 3. de factis Romæ. ¶ Non enim debet moueri iudex, impetu iræ, uel alterius passionis: quia si impetu iræ abstractus, iudex sciret, magis scelus committeret, quam uendicaret, ut dicit Valer. Maxi. lib. 5. tit. de paren. mo. in libe. & in lib. 4. tit. de ani. mo. commendat Architam Tarentinum, qui dum patriam reuerteretur ac rura sua reuiscere cœpisset, animaduertit, negligentia milici, corrupta, & perdita intusque male meritum, sumpisset inquit, à te supplicium, nisi tibi iratus essem. maluit enim impunitum dimittere, quā propter iram gratius iusto, punire. de quo multa per Guliel. de Bene. in q. an occi. pecca. liceat. in 30. & hæc omnia respiciunt circa cognitionem sui ipsius iuxta inferentiam in delphis, nosce te ipsum, & circa ethicam uirtutem. ¶ Deinde Apostolus ad Tit. 1. 3. transeundo ad economicam uirtutem, dicit, quod oportet Episcopum, ut sui domui, bene præsit, & qui liberus habeat obediens, cum omni reuerentia, quod si quis (inquit) propriæ domui, præesse non nouit, quomodo Ecclesiam Dei curabit? & ideo, debet bene ordinare familiam suam; & eam bene gubernare exemplo prius, nam secundum Aristot. primo lib. Econo. nisi quis bonum exemplum de se præberit. imitatore diligenti habiturum non extimauit: neq; in re familiarum, neque in alijs: quoniam impossibile sit, non diligenti Domini, diligentes esse uicarios. item eam gubernare debet, uerbo eam exhortando ad bona opera, laudabilem uitam, uirtutes amplectendas, uitia fugienda. Deum diligendum, proximum amandum, opera charitatis temperantiam seruandam fidem habendam, & cetera alia uirtutum genera: & eam corrigendo, castigando, & si oportuerit, etiam flagellis uerberando; ut ad bonam frugem perducatur

Ira quomodo potest se habere ad rationem.

Prætores cur deferebant fasces.

Ira non debet moueri iudex.

Episcopus debet circa suam familiam bene præesse.

nam

nam cauere debet Episcopus, ne in familia sua, habeat aliquem indisciplinatum. sicut hi qui §. necesse 47. distin. & cap. peruenit 1. 1. q. 7. ¶ Item Episcopus, debet assumere in eius cubicularios, & aliquos clericos, uel monachos, non autem laycos, nam eius uita, debet esse nota clericis. ut habetur in cap. cum pastora. 1. 1. q. 7. & in ca. Episcopi ead. 1. 1. q. 7. dicitur quod Episcopi debent lectio ni & orationi vacare, & semper secum presbyteros, & diaconos, aut alios boni testimonij clericos, habeant, ut secundum Apostolum & Sanctorum patrum instituta, possint irreprehensibiles inueniri; inquit enim Hyero. ad Eliodorum, quod non omnes Episcopi sunt Episcopi: attende Petrum; sed Iudam considera. Stephanum suscipe. Nicolaum respice, non facit Ecclesiastica dignitas Christianum. Cornelius Centurio adhuc ethnicus dono sancti spiritus mundatur, presbyteros, Daniel puer iudicat. non est facile stare in loco Petri & Pauli. sed tenere locum iam cum Christo regnantium. Infatuatum sal. ad nihilū prodest, nisi ut projiciatur foras: & à porcis conculetur. ut in cap. non omnes 1. 1. q. 7. ¶ Propter culpam enim familiarum, negligens pater familias, tam temporaliter quam eternaliter punitur. ut in d. ca. sicut hi qui §. necesse. 47. distin. ¶ Item cauere debet Episcopus ut in familiam suam mulieres non admittat, & est enim interdicta talis familiaritas. ut in cap. interdixit 82. dist. & cap. quorundam 34. distin. & pari ratione non assumat secum pueros, propter sinistram suspitionem euitandam ca. in omnibus 81. distin. ¶ Et familiam quam habet tueri debet Episcopus, nam Gelasius fortunato Episcopo scribens, sic dixit irreligiosum proflus, & execrabile iudicamus, si quisq; clericos uel extraneos, in sua tuitione susceptos non omni fide & tota animi sui edūcauerit sanctitate, ac cum olympis Diaconus dilectionis tuæ felicis, atque olimpi suggerat auunculus eiusque paruulos rutele uice susceperit nutriendos: ultra latrocinium esse iudicamus, quod eos bonis uiculis parentum (sicut asserunt) reliquit extorres: alia retinendo: alia contra leges & iura vendendo; ut in cap. irreligiosum. 87. dist. ¶ Item debet Episcopus, singula officia Ecclesiastica, personis etiam Ecclesiasticis, committere, & distribuere officia secundum qualitatem personæ & officij cap. singula. 89. distin. ¶ Item debet Episcopus, vicariū seu uicedominum, Episcopatu & Ecclesiæ præficere & sui domui, maiorem domus, ut uicedominus seu vicarius, Episcopatum disponat, & maior domus hospitibus superuenientibus paratus existat cap. uolumus. 89. distin. ¶ Et res Ecclesiasticas secularibus personis non committat cap. indicatum est. ead. 89. distin. ¶ Nec etiam personis consanguineis ut in cap. decener ead. 89. distin. quod esset intelligendum, si essent male uitæ. alias dic, ut dixi in præcti. censuali in uerbo Nicolaus Episcopus. ¶ Cæterum, ad politicam uirtutem, descendens Paul. Aposto. ad Ti. dicit, oportere Episcopum esse iustum, & equum, & bonarum rerum studiosum; iustus enim dicitur ille, qui scit quæ erga Deum, & homines, agere, atque dicere deceat. secundum Plato. in Alcibia. 2. & cum scierit ea, primo debet illa facere quo ad se, ut sic iustus reddatur, & illa demum exemplo, & uerbo, homines docere, aut supplicio, si duo illa non sufficiunt; Nullū quippe (inquit Plato in dialo. 9. de legi.) supplicium lege factum, ad malum tendit. Sed duorum alterum, ferè, semper solet efficere nam aut melior, aut certè minus prauus, qui pœnas dedit, fieri solet. Item Iusto. in lib. ethimolo. dicit iustum esse cum qui ius custodit. ¶ Iustitia enim est ad alterum; nam cum importet equalitatem, ex sua ratione oportet, quod sit ad alterum, nihil enim est sibi equale, sed alteri: & quia ad iustitiam pertinet, actus humanos redificare, necesse est, quod æqualitas ista, quam requirit iustitia sit diuersorum agere potentium,

Episcopus debet habere cubicularios clericos.

Pater familias punitur culpa familiarum. Mulierum cōuersatio interdicta Episcopis & puerorum. Episcopus debet tueri familiam suam.

Episcopus qualiter debet distribuere officia sua. Vicarius debet constitui in Episcopatu. Secularibus non sunt committenda res ecclesiasticæ Consanguineis non debent res ecclesiasticæ committi.

Iustus & æquus debet esse præfatus. Et iustus quod dicitur. Iustitia est ad alterum: Et quomodo cognoscatur.

actiones

actiones autem sunt suppositorum & totorum: non autem proprie loquendo partium & formarum seu potentiarum, nō enim proprie dicitur quod manus percussit: sed homo per manum: neque proprie dicitur quod calor calefaciat: sed ignis per calorem: secundum tamen similitudinem quandam, hæc dicitur. Iustitia ergo, proprie dicta, requirit diuersitatem suppositorum: & ideo, nō est vnus hominis ad alium; sed secundum similitudinem, accipiuntur in vno & eodem homine diuersa principia actionum quasi diuersa agentia: sicut ratio & irascibilis & concupiscibilis: & ideo metaphorice, in vno & eodem homine dicitur esse iustitia, secundum q̄ ratio imperat irascibili & concupiscibili: & secundum quod hæc obediunt rationi: & vniuersaliter, secundū quod vnicuiq; parti hominis, attribuitur quod ei conuenit. Vnde & Philosophus in 3. Ethic. in quantum dicit q̄ iustitia est habitus à quo sunt aliqui operatiui iustorum: & à quo operantur & volunt iusta, appellat hanc iustitiam, secundum metaphoram dictam. Iustitia autem illa quæ sit per fidem, de qua loquitur Aposto. ad Rom. 3. est in nobis, per eamq; iustificatur impius: quæ quidem in ipsa debita ordinatione partium animæ consistit, hoc autem pertinet ad iustitiā metaphorice dictam: quæ potest inueniri etiam in aliquo solitariam uitā agente. secundum Beat. Thom. secunda secundæ q. 58. ar. 1. & 2. & sic patet Apostolum Pau. de utraque loquutum fuisse. ¶ Ad hanc igitur iustitiam seruandam in terris, habent Episcopi canones, qui quidem (secundum Isidor. lib. 11. ethimo.) sunt regulæ, quæ quidem dicuntur regulæ, quia rectè dicunt. ¶ Nec aliqui cæliorum trahunt, licet alij dixerunt regulam dictam, eo quia regit: uel normam recte & bene uiuendi præbet; uel q̄ distortum prauumq; corrigat. vt in ca. Canon. & ca. regula. 3. dist. & ideo necesse est, Episcopos scire canones ipsos ca. nullo 38. dist. ¶ Habent etiam leges ciuiles, quæ quando Euangelicis & Apostolicis atq; canonicis decretis non sunt contrariæ, seruandæ sunt etiā in Ecclesia Dei ca. 1. 1. & cap. suscipitis. & cap. si in adiutorium. & c. quis autem 10. distin. est tamen, bene verum, quod in defectum canonum sunt allegandæ leges cap. intelleximus extra de nou. ope. nuncia. ¶ Officium vero, secularium siue Ecclesiasticarum legum, est præcipere, quod necesse est fieri: aut prohibere, quod malum est fieri ca. priuilegia. §. officium di. 3. Ius autem cōstitutionis cepit a iustificationibus, quas Dominus tradidit Moyse dicens: si emeris seruum hebræum & cetera. ut in cap. 1. 7. distin. ¶ Moyses gentis hebræ; omnium primus, diuinas leges, sacris litteris explicauit. Phoroneus trimegistus primus, leges Aegyptijs tradidit. Solon. equidem, primus leges Atheniensibus ædidi. Lycurgus primus, Lacedæmonijs iura ex Apolline auctoritate confixit. Numa Pompilius qui Romulo successit in regno: primus Romanis leges ædidi. vt in cap. Moyses. 7. distin. ¶ Ecclesiastici ergo: iudices, seruare debent (vt dixi) ea quæ scripta sunt in scriptura, sacra, & sacris canonibus: & quæ consuetudo introduxit cap. Ecclesiasticarum. 11. dist. nam ea quæ non sunt statuta, per diuinam scripturam, si consuetudo introduxit seruanda est cap in his rebus ead. 11. distin. dummodo non sit contra fidem cap. consuetudinem eadem distinctione. ¶ Et puniendi sunt ita transgressores consuetudinis sicut legis d. cap. in his. Item consuetudo vnus Ecclesie, non tollit consuetudinem alterius Ecclesie cap illud 12. distin. ¶ Et sic locorum consuetudines, sunt seruandæ, si non sint contra fidem, aut contra bonos mores cap. illa autem. 12. distin. est tamen bene verum, quod consuetudines onerantes Ecclesiam, sunt refecandæ & tollendæ, data facultate, & si fieri potest absque scandalo cap. omnia talia ead. 12. distin. & cap. vt constituantur. l. distin. ¶ Leges enim humanæ omnes, quantum ad id quod habent iustum, & legitimum,

Iustitia seruatur pleges. Regula vnde dicitur.

Ius ciuile ab Episcopis quando seruatur.

Legum secularium officium.

Legum latiores primi. Indices Ecclesiastici quas leges seruare debent.

Transgressores legum & consuetudinis aequiparantur.

Consuetudines quando seruandæ & quando tollendæ.

Leges humanæ vnde deriuata.

nam, in se tractæ sunt à lege æterna, sicut omne id quod bonum est in creatura tractum est, ex bonitate prima, & quod verum ex veritate prima. Imò in temporali lege, nihil est iustum, atque legitimum, quod non est æterna, homines sibi deriuarint: quia cum omnes bonitates, deriuantur (vt dixi) à bonitate prima, & omnes veritates à veritate prima. sequitur similiter, quod omnes leges; deriuantur ab æterna. secundum Aug. 1. lib. de lib. arbi. nec obstat dicere quod lex æterna, aliqua puniat, quæ lex humana dimittat, quia lex temporalis, non habet punire, nisi mala, quæ sunt contraria suo fini, qui est conciliatio pacis inter homines. vnde de non assumit, sibi vendicanda mala, contraria paci, hominum ad Deum sicut fornicatione & huiusmodi. sed lex æterna hoc vendicat. & propter hoc non sequitur ratio illa lex temporalis dimittunt punita, quæ tamen vindicantur per diuinam secundum Alexan. de Alef. parte. 11. 1. quæst. 26. art. 3.

38 ¶ Per legem enim æternam quæ & diuina appellatur) de Dei voluntate, docemur; requiritq; in nobis plenam, ac perfectam obedientiam, erga Deum, quæ nos toros submittamus diuinæ voluntati, ac damnat eos qui non præstāt hanc perfectam obedientiā. ¶ Hoc enim maxime lex æterna, ab humana lege differt, quia humana æternam, sed diuina seu æterna magis internam iustitiam requirit, id est mentem, & voluntatem consentientem legi Dei qua Deum verè & ex animo timeamus ex toto corde, omni fiducia in eum coniecta, diligamus proximum vero nostrum perinde ac nos ipsos, sincero dilectionis affectu complectamur, proindeq; damnat hæc lex; omnem concupiscentiam malam omnemq; vitiosum affectum; qui ipsi seu obedientiæ perfectæ erga Deū repugnant.

39 ¶ Lex humana, (quæ & ius ciuile appellatur) veluti media est, inter legem diuinam & diabolicam; seu legem fomitis, siue carnis quæ quanto ad diuinam magis accedit, tanto sanctior ac melior est, quanto rursus ad diaboli legem deflectitur, deterior ac deprauatior, est autem lex humana, ordinatio publica non præcipiens de interiori mentis iustitia, nec iudicans de occultis, sed tantum de factis externis, honore deferens operibus extrinsecus bonis, & pœnam irrogans externis malefactis, in hoc constituta, vt obedientia ac honor præsentibus magistratibus deferatur, & ciuilibus quædam & externa pax conseruetur, quantum de iustitia interiori, quæ Deus requirit ferè nihil præcipiat, attamē, quatenus ad suum finem refertur, ordinatio & donum est Dei, Deo placens. ¶ Et licet lex diuina, semper eadem, & immutabilis sit, aliter tamen atque aliter, secundum diuersitatem temporum, & personarum exhibita est, diuiditur ideo, in legem naturæ, & legem scriptam, scripta rursus, in veterem ac nouam diuiditur. Tria siquidē propterea tempora, consideranda sunt quod ad hominem pertinet, conditi, lapsi, & restituti, condito enim homini data est lex naturæ, lapsō vero id est postquā in peccatum incidit creatura rationalis, quia hæc naturæ lex nedum per originale peccatum obscurata, sed in crescente etiam hominum malitia, prope modum oblitterata fuit quantum ad præcepta secundaria data est lex vetus per Moysen in tabulis lapideis Dei digito conscripta. & postquam Dei hoc donum, hominum impietas sibi verterat in occasionē grauioris damnationis, data est lex euangelica, per Christū quæ digito Dei in Cordibus fidelium exaratur.

92 ¶ Lex ergo naturæ, (prout ad hominem refertur) in hominibus est illa de Deo notitia, & de Dei voluntate, quæ conditis nobis, menti nostræ, per Deū est indita, quæ antè præuaricationē diuini præcepti, per lumen illud diuinitus in situ) tam certa erat ac dilucida vt si voluisset homo potuisset Deo per gratiam sibi in hoc suppeditatam, obedire secundū Aug. de Correp. & grat. ca. 10. 1. verum post præuaricationē, hoc lumen tum diaboli suggestionē, tum nostro vitio, nō

Lex diuina q̄ doceat.

Differentia inter legē diuinam & humanā.

Lex humana quomodo se habeat ad diuinam.

Lex diuina an mutabilis?

Lex naturæ quæ sit.

aliter obrutum est & obscuratum, quam fieri videmus in oculo suacio; Purus enim & sincerus oculus, lumine quodam diuinitus in sito, illustratur, quo suo munere rite per fungitur, quod si in eum puluis irrat, aut vehemens fumus vel pituita immigret, statim sordidus fit, ac saucius, purgandus prius antequam videre aut recte intueri lumen, cuius possit non secus lumē illud; naturā, mentis primi hominis infusum, & si peccato succedente, non penitus extinctum minime admodum ob tenebratū fuit, remansit adhuc effigies quaedam & imago diuinæ sapientia, quam ipse animis nostris impressit ac in sculpsit, sed tenuis, quæ tamen nullū est in rerū natura certius Dei vestigium. secundū Aug. de spiritu & lite. ca. 27. de quo plene dixi in dialogis theologicis meis de adoptione filiorum Dei in lingua Itala in tertio ca. ¶ Constat enim nullam esse rationalem creaturam, quamuis peruersam (quæ tamen nullum rationis usum obtineat) in cuius conscientia, per hanc naturæ legem, non loquatur Deus, qui eam in cordibus hominum, solus inscribit, fertur quidem animus hominis nec dum renati, Cæca quadam cupiditate, interim tamen cum cogitat, & ratiocinatur, tum quicquid in ea ratiocinatione, verum est, nō ei, sed hinc ipsi lumini veritatis, à quo, vel tenuiter pro sui capacitate illustratur tribuendū est, hæc itē lex facit, vt homo naturaliter intelligat, virtutem expectandam esse, propter Deū, Idem secundum naturam esse parentibus, ac minoribus obtemperare. hæc quoq; facit iniurias, cædes, furta, stupra, adulteria, mendacia; & his similia naturali iudicio displicere, idq; attestante conscientia; ¶ Sicque lex naturalis, ad ordinandam rationalem creaturam deriuata est, à lege æterna tamen aliquando propinquius, aliquando remotius, nam lex naturalis est in creatura rationali, & irrationali secundum Isido. 1. lib. Ethi. & est triplex, quædam quæ respicit ordinem rationis creaturæ, de qua habetur ad Rom. 1. 1. cum gentes quæ legem non habent naturaliter, ea quæ legis sunt, faciunt, & ibi dicit gloss. lex naturæ, quam intelligit vnusquisq; & sibi conscius est, quod sit bonum, & quid malū. Item est lex naturalis respiciens ordinem creaturæ irrationalis sensibilis, de qua dicit Isido. lex naturalis est, qua natura docuit omnia animalia, vt masculus cum femina; Item est lex naturalis respiciens ordinem omnis alterius creaturæ scilicet irrationalis & insensibilis, de qua dicit Aug. in lib. soliloq. Deus cuius legibus rotantur poli, & cursus suos sidera pagunt, secundū has igitur differentias, vniuersaliter est lex naturalis à lege æterna. Prima tamē in quantum conseruat creaturam rationalem est propinquior quam secunda, & tertia sicut creatura rationalis, est magis propinqua Deo quam irrationalis. secundum Alex de Alef 3. q. 26. in membro 7. nam etiam irrationalia subijciuntur legi æternæ, sed subijciuntur naturaliter, & sine iudicio rationalia autem subijciuntur legi æternæ cum iudicio. Vnaquæq; n. creatura cum sibi præceptum ordinem, naturaliter aut rationaliter seruat. Deo obedire dicitur secundum eundem. vbi supra de subie. le. æternæ art. tertio est. n. lex naturalis (sicut dicit Apostolus,) & in creatura rationali, nā sicut cogitiua habet principia veri sibi innata, & notionē illorū, ita & motiua regulā habet sibi innatam, per quā regulatur in bonū, & hæc lex appellatur naturalis. sed vno modo lex naturalis dicitur regula exemplaris prima; & sic ipsa est prima veritas, & tūc lex naturalis idē est æterna & in creata, alio modo dicitur lex naturalis secunda; quæ est exemplū, in dira ad cognoscendum quid faciendū, & quid non, & hoc modo creata est, & concreata in imā. ¶ Lex n. naturalis, quædam sancit & dicitur, vt debira, quædam vt vtilia, quædam vt expedientia; in illis quæ dicitur, vt debita, non potest ius posituum de licito, facere, i. licitū, vel ecōuerso. quia nō habet, aliquid in illis vnde Hugo

Deus. femper loquitur in corde.

Lex naturalis deriuata à lege diuina. Et est triplex.

Lex naturalis quomodo sancit.

93.

94.

95.

in li. de sacra. dicit quod in lege naturali, tria sunt præceptio prohibitio, & concessio præceptum ergo & prohibitum in lege naturali hoc dicimus debitum fieri, vel nō fieri: quæ ergo sūt præcepta vel prohibita dicitur vt debita; in his potest ius posituum, faciendo de non præcepto, præceptum, & de non prohibito prohibitum, quia peccat. Vnde in his duobus intelligitur debitū quod tibi nō vis fieri, & cæc. & quæcumq; vultis & cæc. in tertio autem scilicet in concessione intelligitur vtile & expediens sunt enim quædam in dictatione eius, in ratione vtilis & qui confert ad finem; & hoc modo dicitur in natura bene instituta, omnia esse cōmunia, vel libertatē & cætera, hæc n. in natura bene disposita, & instituta, conferrent ad finem. quædam autem dicitur vt expedientia; & sic dicitur post peccatum aliquod esse proprium, & quia aliter accideret in eōmodū, propter concupiscentiam hominū, in societate humana. Similiter dicitur seruitutem & subiectionem: quia aliter irruerent homines, nisi haberent quid coherceret eos; & tamen est eadē regula vel ratio, secundum quam dicitur in ratione vtilis in natura bene instituta, omnia esse cōmunia; & secundum quā dicitur in ratione expedientis in natura lapsa, aliqua esse propria, vt per eundem in quæstione quorū sit lex naturalis §. 2. ¶ Et tamen ipsum ius naturale, immutabile; nec variatur tempore, vt in ca. 1. & sequen. 6. & 5. distin. nec ob id quod omnia nō sunt hodie cōmunia (vt dixi) restat, quin non sit ius naturale immutabile. ¶ Nam lex naturalis est immutabilis, sicut est ars medica, quæ immutabilis est, tamen medicus, aliquādo mutat præcepta languentibus, nec restat, quin ratio præcepti artis, in se nō sit immutabilis, nam ars medicina, dicitur vinū esse sanū; & eadē ars negat vinū ægro: ita lex naturalis, dicit quod lane naturæ, omnia sunt cōmunia; & quod ita debet esse; & ita erat ante peccatum: sed post peccatum quædam sunt quibusdam propria; & sic solum est mutatio quantum ad obseruantiam sanctionem & effectum; & non quantum ad rationes ipsorum, & si in lege facta sit aliqua mutatio, quantum ad ceremonialia facta est, nō quantum ad moralia, quo ad literam, nec quantum ad mystica: quo ad sensum spiritualem secundum Alex. de Alef. 3. q. 27. art. 2. ¶ Cum ergo naturalis lex, per lapsum adæ in hominum mentibus, in tantum obtenebrata fuisset, vt citra fiduciam promissionis venturi seminis, in quo bene dicerentur omnes gentes, ad iustificandum hominē, ipsa nō sufficeret; in super etiam per in crescentē hominum malitiam, prope modum esset obl terata quod tamen intelligendū est quantum ad præcepta secundaria: vt docet San. Tho. 1. 2. quæst. 94. art. 6. factum est singulari Dei providentia, vt lex per Moysen data (quæ & vetus ad differentiam nouæ legis per Christum late appellatur) succederet; ¶ Idque tribus potissimum de causis. Primo vt coherceret homines, quædam disciplina pœnarū metu à flagitijs deterrere, quod vt ita fieret, erat necesse, modo societas humani generis, aliquo saltē modo, constare deberet. nam cum lex naturæ ita esset obsecurata, vt etiam manifesta scelera, perinde ac si scelera nō essent dissimularentur, fiebat, vt in cæsus, adulteria, rapinæ, cædes & his similia facinora, nō tantū impune admitterentur, sed & scelerati se se laudē inde referre putarent; quare post naturæ legē, scripta lex, ob id imprimis diuina autoritate ac beneficio lata est; vt hæc externa & manifesta scelera cōprimerentur, qd significās Apostolus. 1. ad Timo. 1. ¶ At lex iusto nō est posita, sed iniustus & nō subditis, impijs, & peccatoribus, sceleratis, & contaminatis, patricidis, & matricidis, homicidiarijs, fornicarijs, masculorū concubitoribus, plagiarijs mendacibus & perurijs: Secundo, lex diuina lata est, vt ostenderet peccatum, vt accusaret, terreret conturbaret, ac confunderet cōscientiam; quem legis vsus lex humana (quæ ran-

Ius naturale immutabile. Lex naturalis medica arri æquiparatur.

Lex naturalis per lapsum Adæ obtenebrata.

Lex Moysis tribus de causis successit.

Lex iusta non est posita. Et quibus.

tum externa respicit) ignorat, lex vero diuina sibi vt. proprium vendicat. quem legis finem. Paulus frequenter indicat, vt cum ait: ad Roma. 3. per legem agnitio peccati. & iterum ad Roma. 7. peccatum non cognouit, nisi per legem, nam concupiscentia nesciebam, nisi lex diceret, non concupisces, non quod ante concupiscentia non esset peccatum, sed quod lateret. Tertio, lex data est, vt iustificatis per fidem, regula sit bene viuendi, in qua cernant opera, quae Deo placent, ac imitentur, vt faciant quae requirit Deus, & eatenus praestent sapientiam paruulis, letificat cor, illuminat oculos in quam sententiam David, ille diuinus psaltes Psal. 18. ait. lucerna pedibus meis, verbu tuum, & lumen semitis meis licet enim iustificati ab onere legis liberi sint, quia tam per legem non terrentur, conturbantur, aut damnantur tamen ab obedientia legis liberi non sunt; immo gratia iustificationis, in ipsis iam facit, & operatur, vt legem voluntarie impleant, non constituti a modo, sub legis imperio, sed sponte sua facientes quod lex prescribit: in summa lex data est, per Moysen ad reuelandam legem naturalem penè obliteratam (intelligendo pro vt supra) ad disciplinam corrigendam, ad iudicandam infirmitatem nostram, denique fidem in Deum reformandam. ¶ Cōstitit aut haec lex, in tribus, in moralibus, cerimonialibus, & iudicialibus. Iudicialis autem lex respondet primo fini legis, qui est in coercendo per disciplinā, ad retinendam societatem humani generis, sed per Moysen potissimū tradita ac instituta, ad gubernationē illius populi Christum expectantis, de ritibus coniugiorum successuionibus, poenēs delictorum, & similibus rebus forensibus, praecipiens. Moralibus secundo fini respondet, quod sit expositio legis naturae, ac doctrina virtutū carnis fragilitatē ostendēs, & ad gratiam praeparans cerimonialis vero instituta fuit, ad praefiguranda venturi Christi misteria, & veros fidei cultus Deos acceptos nimirum ultimo fini legis respondens. ¶ Iudicialium autem, quaedam respiciunt personam iudicium, de quo dicitur Deutero. 16. iudices & magistratus constitues. Item Deutero. 1. Tuli de tribubus vestris viros sapientes, & constituti super eos principes tribunos &c. & praepi eius audite illos, & quod istum est iudicatis. Item sap. 1. diligit iustitiam qui iudicatis terram item Esa. 1. restituum iudices tuos vt fuerunt prius; & in hoc nihil est in mutatum lege euangelica & iure pontificio. ¶ Est tamen aduertendum, quod est iudicium temerarium, & est iudicium ordinatum, secundum legem Dei, iudicium ordinatum conceditur homini, & hoc duobus modis; est enim iudicium discretiois, & est iudicium correctionis, iudicium discretiois in manifestis, & ceteris, conceditur homini vnde 1. ad Cor. 2. spiritualis homo iudicat, & ipse a nemine iudicatur iudicium correctionis conceditur praetatis, in conuictis vel confessis, de quo in psal. erudimini qui iudicatis terram iudicium vero temerarium. vniuersaliter inter dicitur homini. & ideo dicitur ad Rom. 14. Tu quis es qui iudicas alienum seruū; suo Domino stat aut cadit. Item 1. ad Cor. 4. nolite ante tempus iudicare, quo ad vsq; dominus veniat. Itē Matth. 7. nolite iudicare, & nō iudicabimini. ¶ Est autē temerarium iudicium, ex parte iudicantis; & ex parte rei iudicatae, ex parte iudicantis, temerarium est iudicium, tribus modis: per vsurpationem, per indignitatem, & per ignorantiam, per vsurpationem, sicut dicit glos super illud, nolite iudicare, temerarie. iudicium enim temerarium est: quando quibus non est commissum iudicant. secundum quem modum, dicit Augu. iuxta illud Apost. ad Rom. 14. tu qui es qui iudicas. noluit (inquit Aug.) hominem ab homine iudicari extraordinario vsurpatoq; iudicio. Et propter dignitatem. sicut dicitur ad Roma. 1. in quo alterum iudicas, te ipsum condemnas. eadem enim agis,

Lex Moysis in tribus constitit.

Leges iudiciales, quae respiciant.

Iudicium temerarium; & ordinatum.

Iudicium temerarium quale sit. Et quorū modis dicatur.

101

102

103

104

105

106

107

quae iudicas. Item propter ignorantiam secundum quod dicitur, Daniel 13. se fatui filij Israel non iudicantes neque quod verum est cognoscentes, condemnatis filia Israel. ex parte rei iudicatae similiter dicitur temerarium, tribus modis. cum iudicatur persona, quantum ad euentum futurum, vel cum iudicatur intentio, vel cum iudicatur factū occultum. Cum iudicatur persona quantum ad futurum euentum, temerarium est iudicium. Vnde super illud, nolite iudicare, glo. nescimus qualis futurus est, qui nunc apparet malus, de cuius correctione desperare, temerarium iudicium est. nescitur enim quis in terribili iudicio Dei; qualis futurus sit cap. sacerdotibus: 1. q. 1. & de tali iudicio temerario habetur in cap. temerariū 1. q. 3. debet enim potius se ipsum, homo iudicare, dum potest, in melius mores comodando: ne cum posse amiserit, à domino iudicetur. distina. de pen. cap. iudicet. Item temerarium est iudicium, cum iudicatur intentio incerta: sicut dicitur super illud Matth. 7. nolite iudicare, sunt quaedam incerta, quo animo fiunt: de quibus iudicare, temerarium iudicium est, temerarium iudicium est, iudicare de facto occulto iudicanti: secundum quem modū dicitur ad Cor. 4. nolite ante tempus iudicare quousq; dominus veniat, secundum Alex. de Ale. 3. parte q. 40. ar. primo. ¶ Sed in hoc est aduertendum, quod Beat. Thom. secūda secundae q. 60. art. 3. dicit quod suspicio importat opinionem mali, & procedit ex tribus, vno quidem modo, ex hoc qd aliquis ex se ipso malus est, & ex hoc ipso quasi conscius suae malitiae, facilius de alijs malum opinatur. secundū illud Eccl. 10. (in via stultus ambulans, eū ipse sit in sapiens, omnes stultos estimat) alio modo prouenit ex hoc quod aliquis male affectus ad alterum, cum enim aliquis contemnit, vel odit aliquem aut irascitur vel inuidet ei ex leuibus signis si opinatur mala de ipso: quia vniuersumque facilius credit quod appetit. 3. modō prouenit ex longa experientia, vnde Philo sophus dicit in secundo Retho: quod senes sunt maxime suspiciosi; quia multo magis experti sunt aliorum defectus: primū autē duae suspensiones, manifestae pertinent ad peruersitatē affectus. Tertia vero causa diminuit rationē suspicionis, in quantum experientia ad certitudinē proficit, quae est contraria rationē suspicionis. ¶ Et ideo suspitio, vitium quoddā importat: & quanto magis procedit suspitio tanto magis est vitiosum. est autem triplex gradus suspicionis, primus quidem gradus est, vt homo, ex leuibus de bonitate alicuius dubitare incipiat, & est veniale & leue peccatum: pertinet enim ad tentationem humanam sine qua vitia ista non dicitur. Secundus gradus est cum aliquis pro certo; malitiam alterius extimat; ex leuibus indicijs; & hoc si sit de aliquo graui, est peccatum mortale in quantum non est sine contemptu proximi. vnde dicit glos. super illud nolite iudicare. & si ergo suspensiones vitare non possumus, quia homines sumus: iudicia tamen id est diffinitivas sententias firmasque continere debemus. Tertius gradus est, cum aliquis iudex ex suspitione procedit ad aliquem condemnandum, & hoc directē procedit ad iniustitiam. vnde est peccatū mortale, sic quod eāere debet Episcopus vt non temere prorumpat in condemnationem. ¶ Et quia supra dixi, quod lex Moysi, concernens personam iudicis, ad huc viget, & nū hodiernis temporibus plures sunt gradus iudicij, nam alij sunt ordinarij, alij arbitrarij, alij delegati, nunquid ex dicta lege colligatur dicta differentia? & dicendum est quod sic, nam auctoritas ordinariorū iudicium in potestate seculari accipitur Exo. 17. vbi dicitur, quod Moyses electis viris strenuis, de cuncto Israel, constituit eos principes populi: tribunos & centuriones quinquegenarios, & decanos, qui iudicarent populum domini, auctoritas iudicium ordinariorū in potestate ecclesiastica accipitur ex Nu. 3. vbi legitur

De eodē.

Suspitio vitiosa est suspitioisq; triplex gradus.

Iudices ordinarij arbitrarij, & delegati sunt. Et eorū differentia an ex le. Moyses colligatur.

tur & ponitur gradus summi sacerdotis Aaron, & minorum sacerdotum subministrantium Aaron, vnde dicitur functique sunt sacerdoti: Eliazar, & Ythamar coram Aaron & filiis eius, quibus traditi sunt à filiis Israel in ministerio, & ibi dicitur quomodo filij Ierfon erant sub principe Elizaphan. & princeps principum leuitarū Eleazar filius Aaron sacerdotis. ex nouo vero testamēto, quantum ad distinctionem potestatis sacerdotalis sicut dicit Hugo de sanc. Vi. presbyteri sunt Vicarij, 72. discipulorum qui præcedebant dominum, in omne ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus: sicut dicitur Luch. 7. Episcopi sunt successores Apostolorum qui eliguntur à deo, summus sacerdos: Pontifex est Vicarius Petri, cui commissā est plenitudo potestatis, in clauibus. 16. Mat. gradus vero potestatis secularis, accipiuntur de prima. epist. Petri, & ad Rom. 13. subditi estote omni humanæ creaturæ seu Regi tanquam præ excellenti, & omnis anima potestatis subdita sit auctoritas iudicis arbitrarij potest accipit ex Exo. 21. vbi dicitur, de illo qui percutit mulierem prægnantē, quæ facit abortiuum, sed ipsa viuere, & dicitur quod si partus nondū viuificatus fuit, in vtero subiacebit damno, quantum maritus petierit, & arbitri iudicauerint. ¶ Item sunt etiam leges Moyfi, quæ respiciunt personam rei iudicandi vt in Exo. 21. maleficos non patiaris viuere item Heli, reprobatus fuit, quia filios non corripuit. Item Leuit. 20. qui fecerit hoc, vel illud morte moriatur, & tamen licet Greg. dixerit quādiu in hac vita subsistitis, si boni estis equanimiter tolerate malos, nā quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intollerantiā testis est, quia bonus non est; & Augu. de Baptismo dicit arrogantiā iactatio est, vt si quis posse facere credat, quod nec Apostolis concessit Dominus, vt zizantā scilicet à frumento, credat se posse decernere, cum dictum sit Matth. 13. finite vtraque crescere, vsq; ad messem, & sic videatur nō esse licitum in lege noua punire reos, sed botius tollerari debere, & punitiōem Dei iudicio referuari nihilominus secundum etiā legem nouam, & tempore Euangelij mali sunt puniendi & iudicandi. dum tamen iudicium, vel correctio non procedat ex odio seu libidine vindictæ. vnde dicit Aug. super illud Luc. 9. vis vt dicamus, vt descendat ignis de cælo, Discipuli non recipit à Samaritanis, ignem cœlitus super eos descendere voluerunt, sed audierūt nescitis cuius spiritus estis ex charitate vero, & amore iustitiæ, correctio est facienda, sunt tamen quædam salubriter ammonitione corripienda, quædam vero flagellis corporalibus, & pœnis spiritualibus punienda, mali n. vniuersaliter per ammonitionē vt multi ex eplis probat. Alexā. de Alef. parte. 3. q. 4. art. 1. & de hoc habetur late. 23. q. 4. & q. 5. per totum test. tamen bene verum, quod secundum legem Moyfi inferrebat̃ mors naturalis secundum autem legem nouam & canones, non inferret̃. In locum enim iudicialis legis Moyfi iam pro maiori parte abolitæ, nō in merito successit ius ciuile imperatorum & ius pontificium, quo iure nunc vtimur, iudiciali enim ius data erat ad moderandum populum illum, vtentem ceremoniis Christum præfigurātibus, statu ergo illius populi mutato, necesse erat, vt hæc lex cessaret, vt iam cessauit, & quo ad ceremonialia, & iudicialia, licet (vt dixi, & dicā) remansit lex iudicialis in aliquibus, in quibus parū aut nihil immutari est. ¶ Continentur etiam in lege Moyfi, leges respicientes personam accusatorum, vt 19. Leuit. non facias calumniam proximo tuo, & iterum non stabis contra sanguinem proximi tui, & de istis dicam infra in verbo accusatione porrecta. sunt (vt cito me expediam) multæ aliæ leges etiam in lege Moyfi testes & aliæ, quæ in multis æquantur legibus nostris. ¶ Scias tamen quod in lege, & in Euangelio, naturale ius continetur; nō tamen quæcumq; in lege, & in Euangelio inueniuntur, naturali iuri coherere

Leges Moyfi respiciunt personam rei iudicandi.

Leges Moyfi circa personam accusatoris. Ius naturale continetur in euāgelio.

107

108

109

coherere probantur nam sunt in lege, quædam moralia præcepta, vt non occidas, &c. quædam mystica, vt pote sacrificiorum præcepta, vt de agno & aliis similia. Moralia mandata ad naturale eius pertinent, Mystica vero, quantum ad superficiem à naturali iure probantur aliena, quantum ad moralem intelligentiam inueniuntur sibi annexa, ac pro hoc & si secundū superficiem videantur esse mutata, tamen secundum moralem intelligentiam mutabilem nescire

110 probantur ea non est peccatū. 6. dist. ¶ Lex enim Moyfi & euangelij, vna lex est ratione vniuersali; diuersæ uero sunt in ratione propria. vnde Aug. contra aduersarium legis & prophetarū, qui recte colit Deū vtriusque testamēti inuenit vnu Deū, & eiusdē vnius Dei in vtroque diligit bonitatē, in vtroque metuit feritatem: rationem autem vniuersalem & communem dico multipliciter in comparatione ad efficientem, in comparatione ad finem: in comparatione ad sensum vnus est legislator vniuersalis legis & euāgelij Deus: Iac. 4. vnus est legislator & iudex: vnus finis legis, scilicet Episcopus vnde Aug. contra aduersarium legis & prophetarū lib. 2. fini legis quæritur ad hoc non ego, sed Apostolus ipse respondeat finis est, (inquit) legis Episcopus, ad iustitiam omni credenti, ad Roma. 10. finis perficiens, non interficiens. finis quippe dicitur propter quem sunt omnia, quæcumque aliquid sunt officio. ¶ Nam inter officium & finem, hoc distat, quia officium est in eis quæ facere debemus finis propter quod facimus vnus sensus, quia vna vniuersalis veritas vnde Gre. super Ezech. 1. vbi dicitur quod rota erat in rota, quod prædicat lex, hoc exhibet euāgelij. & iterū diuina eloquia & si temporibus disuncta sunt, sensibus sunt vnita. Rationem vero propriā, dicit similiter multipliciter Alexā. de Alef. vbi supra parte 3. quest. 60. ar. 5. per cōparationē ad efficientē. ¶ Differet lex & euāgelij: quia lex data est per hominē purum Euāgelij uero per Episcopum, per cōparationem ad finem differunt similiter finis enim illius est, declinatio mali per timorem finis istius per amorem, per cōparationem ad sententiā differunt quia ibi veritas in figuratiōe: hic veritas in exhibitōe, & hoc quantum ad figuralia. Item ibi est veritas, secundum inchoationem: hic vero veritas, secundum perfectionem, & hoc quo ad moralia: dicendum igitur, quod lex Moyfi & lex euāgelij, vna lex est in ratione vniuersali differētes vero sunt in ratione propria, & hoc quia illa data est populo carnali: ista spirituali. Illa paruulis ista perfectis, vt dicit Alexā. de Alef. vbi supra. ¶ Ex iure igitur naturali, lege æterna lege Mosaiica & euāgelica facta & collecta est alia lex, quæ canonica dicitur canonum, alij sunt decreta pontificum, alij sunt statuta conciliorum; Consiliorum vero, alia sunt vniuersalia, alia prouincialia, alia celebrantur auctoritate Pontificis Romani, præsentē videlicet legato sanctæ Romanæ Ecclesiæ, alia vero, auctoritate patriarcharum, vel primatum, vel metropolitānorum eiusdem prouinciæ cap. regula. 3. distin. sunt etiam aliæ leges, quæ priuata dicuntur, & sunt consuetudines, & sunt leges ciuiles, quæ in defectum canonum seruantur, etiam in foro ecclesiastico, de quibus suis in locis est videre.

114 ¶ per istas ergo leges prælati ecclesiastici iustitiam seruare habent, recte custodire gregem eis commissam, cohercere humanam audaciam, & ad diuinum cultum homines adducere, & societatem inter eos custodire, & ideo necesse est, & ipsi prælati harum non sint ignari.

115 ¶ Et cum leges, etiam si omnes optimæ sint, absque probatissimis magistratibus mortuæ sint, & magistratus aut optimi, etiā absque legibus, ipsi sunt viuæ leges secundū Masius in arg. Plat. in dialo. 6. de Repub. vel de iusto. & cum iustitia, non possit per ipsos prælatos personaliter exerceri, ideo necesse est, vt cli-

Lex euāgelij & moyfi vna lex.

Differentia inter officium & finem.

Differentia inter legē & euāgelium.

Lex canonica vnde deriuatur.

Iustitia per quas leges fiat?

Leges sunt mortuæ si ne bonis magistratibus, qui &

vires leges dicitur. Eccl. 10. 3. Laici non iudicandi. Et qui & quales iudices esse debeant.

gant in eorum Vicarios Clericos (quia laici esse non possunt. Quia in decorum est laicos viros, ecclesiasticos iudicare 16. q. 7. in nona) viros circumspertos, bonos & approbatae vitae, Deum timentes, veridicos liberales, temperatos, fortes. Iustos, magnanimos, & mansuetos, nam haec omnia debent habere magistratus. Secundum Plato: dicto dialog. 6. de rep. de iusto & qui non declinant ad dexteram, neque sinistram. nam Deutero. 1. dicit Moyses; dixi vobis, date ex vobis viros sapientes & gnaros, quorum conuersatio sit probata, in tribus vestris, ex hoc enim quod dicit, iudices esse debere de tribus populi Dei ergo infertur quod haereticus non poterit esse iudex, vel infidelis. & hoc est quod dicit Canon. 24. quest. 1. Item consimili ratione probatur quod excommunicatus non potest esse iudex. & ex eo quod dicit, quod conuersatio iudicis debeat esse probata. infertur suspectum in iudicem eligi non posse de quo habetur. 3. quest. 3. in cap. quod suspecti. Item infertur quod alienigena, seu extraneus iudex eligi non debeat.

Vicarij non debent eligi extranei. Iudicantis manus quae quale esse debent.

Et ideo male faciunt praelati, qui vicarios, erigunt hispanos, aut alterius nationis, pulchre enim. ¶ Ambro. super beati immaculati, sic inquit iudicet ille de alterius errore, qui non habet in se ipso quod condemnet, iudicet ille, qui non agit eadem quae in alio putauit puniendae, ne cum de alio iudicat, in se ferat sententiam. Iudicet ille, qui ad pronuntiandum, nullo odio nulla ostensione, nulla seuitate ducatur, & post pauca. Bonus iudex, nihil ex arbitrio suo facit, & proprie domestica voluntatis, sed iuxta leges & iura, pronunciat, statutus iuris obtemperat non indulget propriae voluntati, nihil praeparatum & meditatum de domo defert, sed sicut audit, ita iudicat & sicut se habet natura, decernit, obsequitur legibus, non aduersatur ex animae causae merita non mutat, Discite iudices seculi, quae in iudicando tenere debeatis affectum, quam societatem quam sinceritatem, & Paulo post, qui iudicat voluntati suae obtemperare non debet, sed tenere quae legum est, & post pauca, in iudicando cordi magis est custodia veritatis, quam obedientia voluntatis, de quo etiam in cap. iudicet. 3. q. 7. ¶ Vicarius enim Episcopi dicitur. Iudex ordinarius. secundum nota in cap. 1. de cons. lib. 6. & ibi gloss. & Doctores, & in cap. licet de offi. vica. eo. lib. & gloss. 2. 3. distin. cap. per le. 1. de elec. 1. de rescrip. & ibi: per docto. ¶ Est tamen bene verum quod licet sit ordinarius non potest creare alium Vicarium secundum Hostien. in ca. clericos de offi. vica. ¶ Et Vicarius habet eandem iurisdictionem, quam habet Episcopus licet sit maius imperium Episcopi, quam vicarij secundum Barto. in iudicium soluit. ff. de iudi. & per Inno. in ca. g. perpetuus de fid. instru.

Vicarius Episcopi dicitur ordinarius. Et alium creare non potest.

¶ Et etiam Vicarius dicitur habere curam animarum secundum gloss. & Docto. in cap. super eo de praeb. in 6. in versic. annex. & not. in cap. ex parte de offi. vica. & in cap. dudum el. 1. de electio. ¶ Sed an vicarius Archiepiscopi, habeat iurisdictionem in suffraganeos eius? est distinguendum, quod aut Archiepiscopus est in provincia, aut non, primo casu dicendum est, quod non; & hoc propter reuerentiam dignitatis Episcopalis, ut est casus cum gloss. in cap. primo. §. fin. scribi Doct. de offi. ordi. lib. 6. est tamen bene verum, quod sententia per Vicarium Archiepiscopi suspendentem, interdicentem vel excommunicantem (in casu praedicto) suffraganeum, valet & ligat secundum gloss. nota in d. cap. 1. versic. attento de offi. ordi. in 6. quae subdit, quod tunc Vicarius est puniendus, & ita firmat Berta. in tract. de Epian. 7. parte quarti libri. ¶ Cognoscit tamen vicarius Archiepiscopi, de appellationibus interpositis, ad Archiepiscopum cap. dilectus & ibi Doct. de appella.

Vicarius habet eandem iurisdictionem cum Episcopo. Vicarius habet curam animarum.

Vicarius Episcopi an habeat iurisdictionem in suffraganeos.

De codē.

116

117

118

119

120

121

122

123

¶ Est

¶ Est tamen aduertendum, quod Vicarius Episcopi, & Archiepiscopi, cognoscit de causis criminalibus, ut referat Episcopo. non ut puniat per no. in cap. 1. de offi. vica. lib. 6. & in cap. laicus de foro. compet. cap. ad nostram el. 1. de iur. iur. ¶ Item est aduertendum, quod cum agitur ad priuationem beneficii, Vicarius Episcopi non potest cognoscere Vicarius Episcopi secundum Ioan. And. in cap. 1. de offi. vica. in 6. ¶ Est rursus (postquam de portuventibus ad qualem rationem personae iudicium habet a summam diximus) aduertendum, quod iudicium debet taliter fieri, ut secundum legem scriptam diffiniatur differentia, quae contingit ventilari, non autem secundum propriam conscientiam. nam iudicium nihil aliud est, quam quaedam diffinitio, seu determinatio eius quod iustum est. fit autem aliquod iustum, dupliciter. ¶ Vno modo ex ipsa natura rei alio modo ex quodam consensu inter homines, quod dicitur ius positium. leges autem scribuntur ad vitiumque iuris declinationem aliter tamen, & aliter nam legis scriptura ius quidem naturale continet, sed non instituit, non habet enim robur ex lege, sed ex natura. Ius autem positium scripturam legis continet, & instituit, dans ei auctoritatis robur, & ideo necesse est quod iudicium fiat, secundum legis scripturam, alioquin iudicium deficeret, vel a iusto naturali, vel a iusto positio. secundum Beat. Thom. secunda secundae quaest. 60. art. 5. est tamen bene verum, secundum eundem Beat. Thom. ibi quod sicut leges inique contrariantur secundum se iuri naturali, vel semper, vel ut in pluribus, ita etiam leges quae sunt recte positae, in aliquibus casibus deficiunt, in quibus si feruarentur, essent contrariae naturae, & ideo in talibus non est secundum litteram legis iudicandum, sed recurrendum ad equitatem, de quo late dixi in praxi consuali in verbis moderando rigorem, nam non obediens malis legibus nec coronabitur sicut damnabitur non obtemperans bonis c. 2. 9. distin. ¶ Et quando lex scripta non reperitur in aliquo casu nec iure civili, nec canonico, recurrendum est ad exempla quatenus sunt coniuncta cum ratione naturali & concordant, alias attendenda est ratio naturalis cap. sana eadem 9. distinctio. ¶ Ut autem moralium partem absoluam, subiit hic inferere, quendam sermonem diui Augustini de iudicibus loquentem, qui est sermo 36. Rogatus (inquit) a vobis o iudices sermone, vestra deuotione & iustitia, facere Deo auxiliante non distulimus. Ecce enim nunc congregati estis in domo Episcopi. Conuenistis omnes in vnum, non ut sophismata audiat, non ut poetarum curiositatem intelligatis, non ut beatos vos esse praedicem, sed solum ut quid pro vestra salute, necessarium fuerit audiat, & audietes, operibus adimpleatis. Vos enim reputati estis ab hominibus dies populi iudicet terrae orphanorum patres, viduarum mariti, iustitiae zelatores, Republicae amatores. Cauete ergo ne corumpamini odio, amore, pretio, precibus, vel timore. Decet igitur iudices, non solum, quae diximus adimplere, sed cum Dei adiutorio valere, superbiam abominari luxuriam, abhorrere falsitatem, despiciere auaritiam, quae nouerca dicitur esse, & summam inimicam iustitiae. Ipsa enim quae patrem nescit, matrem ignorat, amicos perdit, & se ipsam relinquit. Decet igitur iudices non auaritiam, sed largitatem sectari, & amare paruulos, pusillos & orphanam faciem serenam, non solum verbo, sed opere demonstrare. Non enim auertere faciem debent a paupere, nec priores dedignantur conseruare fideles, nec ceruicem erigere debent, quosdam despiciendo, scientes quod moritur pariter doctus, & indoctus. Decet igitur iudices gratiam quam diuinitus receperunt, sollicita mente custodire, si dem ostendere, & zelum rectitudinis conseruare. Decet etiam iudices clementiae esse cultores, & detestatores

Vicarius episcopalia cognoscit q. causis criminalibus? Vicarij Episcopi non cognoscit quando agitur ad priuationem beneficii criminaliter. Sententia debet fieri secundum legem scriptam. Iustum, dupliciter fit

Exempla attendit debent si deficiat lex.



detestatores fauitiæ, cunctis benignos, ad iram tardos, ad misericordiam festinos, in aueris firmos, in prosperis humiles, & cautos, quibuscunque dignitatibus sublimatos: se ipsos agnouerit, caueant, ne suos inferiores despiciant. Deceat etiam iudices sapientes, esse, & in lege doctissimos, ne dicere valeant tanquam legem sanctam ignorantes, bonum malum, & malum bonum. Deceat etiam iudices plus Deum timere, quam homines, plus de animarum salute curare, quam corporis, plus honorem Dei, quam mansuetiæ plena diligere. Sed ve vobis ò iudices ve vobis, in eternum, & ultra, quia non est in vobis veritas, non misericordia, non pietas, nò iustitia, nec scientia Dei in vobis potest inueniri. Quid enim inter vos regnat? auaritia, mendacia, clamor, apparentia, peruersio factæ legis, dicetis malum bonum, bonum malum. Ecce acceptio personarum. Non enim est veritas in vobis, Diminuta sunt à vobis veritates, ò patres pauperum, ò vere non patres, sed prædones. Quare nò patres? quia ubique per vos opprimuntur, nec est, qui miseratur populis Dei. Sed si diues locutus fuerit, mox tacuistis, causas suas vsq; ad nubes perduxistis. ò iudices scientiam & iustitiã mundi amantes, attendite quid agitis. Nam scientia mundi pleni estis; & in ipsa moriemini. Quæ est enim scientia mundi, nisi thesaurum congregare, lucrum terrenum acquirere, decipere proximum, mentiri, inuare iustitiam, cauere peruertere, & similia in cunctis agere. ista enim est sapientia huius mundi. In istis fere quasi tota nostra vita consistit. Et ideo attendite qui iudicatis terram, quòd sapientia huius mundi stultitia est, apud Deum. Sed dicitis ò Episcopæ hanc scientiam non amamus, furtum non committimus, proximum non decipimus, nec offendimus. quare? quia nihil aliud recipimus nisi quantum vobis donare voluerit. Ego autem dico vobis, quòd tantum fecistis, quantum facere potuistis; non plus vobis datum. Ideo non plus recipistis, quantum poruistis. leues causas, magnas fecistis. Nam, & siui, non rapuistis, & proximum in uia non depredati fuitis, latrones tamen esse potestis, latro enim timet malum, & ubi non potest, non facit, & tamen latro est. Deus enim cor interrogat & non manum, lupus enim venit frequenter ad ouile, & querit deuorare. Vigilant tamen pastores; latrant canes; & hac lupus timendo fugit. Nunquid non tamen lupum, lupum non esse dicimus? absit, sic, & vos faciatis quantum potestis. si plura possidetis, plura faceretis Eya igitur, ò iudices, attendite ac cum falsis iudicibus. Susannæ confundamini. Suscitabit enim Dominus spiritum Danielis & ponit spiritum eius & sapientiam pueri sui Danielis, in mentem alicuius iuuenis. sicut fecit in Susannæ iudicibus, & confundet omnes falsos testes cum iudicibus. Et tunc scient quid profuerit sibi sua scientia. Considerare ergo, ò iudices terræ, quid per Oseam & seruum suum loquatur. Ait enim visitabo populum meum, & iudices & vias eorum, & cogitationes eorum, & reddam eis, ò quam horrendum est, incidere in manus Domini, ò quanta ultimo, ò quanta miseria malis erit in die nouissimo. Expellentur enim mali mercatores, falsi iudices de domo Domini exulabunt, à domo Dei; expellentur, à paradiso; & ibunt, in locum ubi semper erit fletus & stridor dentium. ideo attendite ad consilium meum, aperite cordis portas, surgite qui dormistis, legite Isaiam Prophetam, sequimini eum, non cras, sed hodie, non tamen hodie, sed nunc. Ait enim Propheta, derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertetur ad Dominum & miseretur eius; quia misericors. Currite iudices, ne iudicemini ad patrem misericordiae: querite veniam, reddite quod percipistis illicite. Querite veniam, quoniam prope est, omnibus inuocantibus eum, inueniri. ipse est, qui sanat contritos corde & humiles spiritu, & corde tribulatos siluabit.

late

late dum lucem habetis, dum dies est. Ecce ò iudices venit iam nox, quia venit iam mors in qua non erit licitum ambulare. Cogitate quid estis, & quo ituri estis. Parentes enim vestri prædicant mortui: Sepulchra clamant infernus vultus; demones expectant sacerdotes prædicant, quid superbis? terra, cinis: ò Iudex qui Deum non agnouisti dum iuxta tumulos patrum tuorum transis, scias quod mortui clamant, terra es, & in terram ibis: homines enim fuerunt, sicut & vos diuitias possidendo: Vbi modo ipsi sunt sic & nos erimus. Vbi superbas eorum? ubi scientia, ubi calhedra magistralis, ubi honor discipulorum, ubi indumenta serico, & pelle decorata? ò cinis & puluis, ò iudex quid es? & quid eris? considera, non ergo tardes conuerti ad Deum; & ne differas de die in diem subito enim venit ira eius: quia iuxta est dies perditionis, & ad se quidem necesse est, & festinant tempora. Nemò tamen, ex nobis desperet nemò diffidat de Dei misericordia. Sed attendite, quia nulla culpa tam magna est, quæ non habeat veniam, & ne aliquis desperet. Mariam illam peccatricem dominam luxurie, vanaglorie, matrem, sororem Marthæ & Lazari, in exemplum assumite, quæ postmodum Apostolorum, Apostola, meruit nuncupari. Adiuuet autem nos ipse Deus & homo, qui pro nobis nasci, & mori dignatus est, amen. Finis, Deo grarias.

Introductio in secundam partem iudicialium dictam. Cap. II.

S Y M M A R I V M.

- | | |
|--|--|
| 1 Pars secunda quid contineat. | 7 Veritas est mater iustitiæ. |
| 2 Probatio est illa quæ facit vincere. | 8 Veritas non opinio est inspicienda in delictis. |
| 3 Pars secunda vna constitutione conuenitur. | 9 Veritas ex quibus occultatur. |
| 4 Defensoris causa quomodo proponatur. | 10 Iura pro inuenienda veritate promissa remedia tribuunt. |
| 5 Constitutio coniecturalis in quor partes diuisa. | 11 Veritas vera est indaganda. |
| 6 Veritas est indaganda. | 12 Veritas omnia vincit. |



SECUNDA nostræ praxis pars, quam iudicialium appellare libuit; eo tendit, vt eum de facto controuersa sit, illud queratur, inuestigetur, vt suo ordine in publicum deueniat, vt vix inquisitus queat negare; & effugere iustam & condignam condemnationem. ¶ Tota enim spes vincendi, iudiciumq; recte absoluendi condemnatione, vel absoluteone; & ratio persuadendi posita est in confirmatione & confirmatione. Nam cum adiumenta nostra exposuerimus, contra iacq; dissoluerimus; absolute nimium manus oratorium confecerimus, teste Cicel. lib. i. ad Heren. ¶ Id enim quod hac 2. parte, continetur, in vna constitutione (secundum eundem Cicero) absolute redditur, coniecturali, scilicet in causa coniecturali, & ex consequenti in hac 2. parte, narratio accusatoris, suspensiones interiectas & dispersas habere debet: vt nihil actum, nihil dictum, nihilquam ventum; aur habitum; nihil denique factum, sine causa putetur. ¶ Defensoris narratio, simplicem, & dilucidam expositionem debet habere, cum attenuatione suspitionis vt in verbo, auditisque aduocatis, & in verbo audiantur in eorum defensionibus dicemus. ¶ Huius constitutionis ratio, in sex partes est distributa, probabile,

Pars secunda quid contineat. Probatio est illa, quæ facit vincere. Pars secunda vna constitutione conuenitur. Defensoris causa quomodo proponatur. Constitutio coniecturalibus in quor partes diuisa.

habile; collationem, signum, argumentum, consecutionem, approbationem, horum unum quoque quid valeat, dicemus; in verbo, auditisque aduocatis, & declarat Cice. vbi supra & in discursu huius praxis, qualiter ad eorum praxim deueniatur, videbimus vsq; ad verbum, & si fuerint confessi, aut conuicti: condemnentur. ¶ In hac igitur parte, aduertentes volo esse iudices, vt sint solliciti, diligentes; & astuti, ad indagandum veritatem, eorum quæ proponuntur per accusatorem, & defensorum. ¶ Nam veritas est mater iustitiae secundum Bald. in lib. tertio de sta ho. & veritas magis inspicitur in delictis, quam similitudo secundum eundem Bald. in lib. 1. 3. col. C. de ser fugi. ver. 80. ¶ Item inspicenda est magis veritas in delictis quam opinio, secundum Bald. in l. si quis seruo. 1. colum. C. de fur. de quo per Fran. Are. in l. is qui, circa principiu 1. col. ff. de acqui. lib. & Bal. in l. 2. C. de ingen. & man. ¶ Veritas enim solet, ex tribus occultari, videlicet ex affectione, amore carnali, & timore, atq; auaritia c. accusatores 3. q. 5. idcirco, aduersus ista tria conentur iudices occurrere. ¶ Pro veritate enim inuenienda omnia iura prodita sunt regula possessori in vi. ca. literas de resti. spoli. & ne pereat, curare debet iudex Spe. in tit. de teste. §. qualiter autem, verfi. deinde, & in titu. de actio. seu peti. §. vtrum, & si. porro. ¶ Aduertant in super, vt perquirant mæram veritatem, sinceram, & non inuolutam nam veritas debet esse sincera, & non inuoluta ca. à nobis de sent. exco. el. 2. Car. in cle. 1. §. porro de sum. tri. ¶ Et hæc est illa ueritas, quæ omnia vincit ca. consuetudo 8. dist. Host. in ca. in audientia de sent. exco.

Veritas est indaganda. Veritas est mater iustitiae. Veritas non opinio est inspicenda in delictis. Veritas ex quibus occultatur. Iura pro inuenienda veritate omnia remedia tribuunt. Veritas est indaganda. Veritas omnia vincit.

Præfatio secundæ partis iudicialium. Cap. III.

S V M M A R I V M.

- 1 In iudicia quot persone requiruntur.
- 2 Præfationes extra causam facientes, an sint tollende?
- 3 Iudices quibus medijs ad iudicandum moueri debeant.
- 4 Reipublicæ inuesti fontes puniri: infantes vero absolui.
- 5 Noxios accusare, innoxiosq; defendere tenemur.

In iudicio quot persone requiruntur.



VTRA personam iudicis, duæ in iudicio personæ necessariae requiruntur, accusatoris & defensoris. uterque enim rem simplicissime exponere debet. Multi tamen petitorum, tum reorum, vtuntur processibus ad rem qua de agatur, nihil pertinentibus. Recensent suâ suorumq; maioru merita in rem publicam quæ fr sint minus illustria, cõmemorant ea quæ aliquis vnquam suorum gentiliu, quam vis sanguine à se remotorum, præstitisset vel principi, vel ipsi reipublicas.

atque, ut id pudore fiat minore, sæpe per alios indicant suæ causæ actores, qui illis ornamenta ac triumphos gentilicios vel per eum applicent ex quibus tandem acutè argumententur, puniendum esse illum qui accusetur seuertissime. ¶ Cum autem tales præfationes ad rem institutam nihil faciant, sed vel emendandi fauoris iudicis, eiusq; mentis à veri cognitione auertendæ, vel aduersarij opprimandi causa aut certe ad tempus extrahendum, iudiciumq; frustandam, adhibeantur; tollendæ sunt è medio, & à foro iustitiæ propulandæ, voceq; præconis (quod olim iussu Arcopagitarum Athenis factu est) interdicens ac partibus ipsis imperandum, vt de se ipsa loquantur aperte & simpliciter, sine

Præfationes extra causam facientes, an tollendæ?

sine succo omniq; fallacia. Si quid per accusatorem falso ac per calumniam, decipiendi vel iudicis vel aduersarij causa; expositu dictumue fuerit, id ne diulata tere, nec impune sit, curet iudex. Est enim Deus ille iudex æquissimus, & occultissimus; omne puniens mendacium, nulli parcens iniquitati. ¶ Omnino iudicis est, sine amore ac miseratione, sine ira, odio, inuidia, sine pertinacia de rebus pure & nude propositis, ex suis ipsarum rationibus ac argumentis, non ex personarum, nec meritum aut de meritum alicuius respectu iudicare. Sed & enim; non vt cupiditati alicuius obtemperet, sed vt reddat vniciuique suum ius. Curent autem tam accusatores quam defensores vt se strenuos gerant muneribus suis exequendis. ¶ Tamen. n. interest Reipublicæ fontes puniri, quam infontes absolui. Sola accusatorem niti veritatem, honestum est: conuicti autè & maledictis indulgere, turpe & in humanum, Romæ quidem honorificum sibi putabât viti principes, tam accusare ciues noxios, quâ defendere innoxios. ¶ Et certè magnificum est in primis, omnibusq; tum priuaris, tum qui in magistratibus sunt, gloriosum, cum à quo nulla, priuatim iniuria læsus, sis accusare: eum etiam defendere, à quo commodi nihil expectes: sed solius Reipublicæ causâ illum adducere in iudicium, hunc periculo liberare. Itaque M. Cicero, Verrem accusauit, defendit Sestium Murenam, & alios per multos. Idem fecisse C. Iulium Cæsarem, illum Romanæ monarchiæ primum conditorem, Cice. restatur. Cato iunior tribunus plebis, cum iure iurâdo professus esset, se ei quicumq; largitione adpisceretur magistratum, diem dicturum esse, accusauit L. Murenam consulem designatum ambitus, quod per largitionem obtinisset. Sed de his infra suo loco dicitur latius.

Iudices quibus medijs ad iudicandum ad moueri debeant.

Reipublicæ interest fontes puniri, infontes non absolui. Noxios accusare, innoxiosque defendere tenemur.

Accusatione porrecta. Cap. IIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Accusatio an sit laudabilis?
- 2 Quod tibi non vis alteri ne feceris.
- 3 Amicitia esse non potest vbi est accusatio.
- 4 Accusatio inimicitiam inducit.
- 5 Reconciliatio ad proximum præcipitur.
- 6 Reconciliatio præsupponit iniuriæ remissionem.
- 7 Inimicus an dicatur qui odij causam tantummodo habet absque apparentibus signis.
- 8 Accusatio illaudabilis.
- 9 Accusatio præsumitur causa inuidiæ facta.
- 10 Accusatio quod si laudabilis.
- 11 Accusare tenemur, quia ius secundum charitatem.
- 12 Pater, iudice mediante, filium castigat.
- 13 Iniuria inferre, est maximum malum.
- 14 Plato hortatur vt vnusquisque accuset, etiam suos.
- 15 Inimicorum proprium est non accusare eorum amicorum.
- 16 Deo non places qui seruos suos accusat.
- 17 Coram fideli iudice dupliciter agi poterit.
- 18 Accusare quis non vindictæ zelo, sed iustitiæ potest.
- 19 Dilectum oculum an sit bonum denuntiar?
- 20 Et quam lo, & cui denuntiandum erit.
- 20 Dilectio inimicorum tripliciter consideranda.
- 21 Signa, vel beneficia dilectionis quæ sint.
- 22 Homo seipsum magisquam alium diligere tenetur.
- 23 Deus beatitudinis causa est.
- 24 Remittere rancorem, & satisfactionem iniuriarum.

Et aliter faciens in sind icatu index tenetur.

- iniuriam; an sit charitatis opus?
- 25 Satisfactio an criminaliter, vel civiliter possit, & debeat peti?
- 26 Satisfactio iniuriae quid sit.
- 27 Damnum est patrimonij diminutio.
- 28 Iniuriam passio, & remittenti, damna & expensae refici debent praeterita & futura.
- 29 Inuidiae causa, & ad viciandum, accusationem fieri praesumitur.
- 30 Laudabile semper offensam remittere.
- 30 Iniuriae remissionis varia exempla.
- 31 Iniuria beneficii vincenda, potiusquam mutui odij, pertinacia pensanda.
- 32 Heres non vindicans mortem defuncti, an sit indignus?
- 33 Lex non debet esse nutritiva peccati vel delicti.
- 34 Accusatio iure canonum permixta est.
- 35 Clericis an accusatio permittatur?
- 36 Clericus accusans aliquem cui poena sanguinis veniret imponenda: protestari debet.
- 37 Clerici bonae fame, an superiores accusare possint?
- 38 Consilium pro clerico accusante, quod dicat conquero, non accuso.
- 39 poena corporalis an imponi possit: ubi accusatio conclusit ad emendam?
- 40 Clerici qualiter puniantur: si egerint criminaliter.
- 41 Iniuria propria inuitabilis, Et ideo inmaforem occidens non sit irregularis.
- 42 Accusatio an sit interdicta laicis?
- 43 Accusare an possint laici clericos?
- 44 Laici clerici tanquam patres reuerentia tenentur.
- 45 Infamatus contra non infamatum, an & quando admittatur ad accusandum, & reficiendum?
- 46 In subsidium clericorum admittitur qui libet laicus ad civiliter denuntians.
- 47 Crimen omne de iure canonico publicum, & infra ius. 62.
- 48 Accusator an teneatur facere inscriptionem.
- 48 Inscriptio, seu subscriptio forma.
- 49 Talionis poena suppletur simili modo.
- 30 Talionis poena omissa, an vitietur processus?
- 31 Accusator debet iurare quod non animo calumniandi accusauit.
- 32 Accusatio praesente reo offerri debet.
- 33 Accusatio per praesentes fieri debet.
- 34 Accusare an possit mulier per procuratorem.
- 35 Ecclesia an agere possit iniuria illata clerico?
- 36 Clerici sunt liberae persone.
- 37 In practica subtilitates viticiende sunt.
- 38 Ecclesia an possit remittere iniuriam illatam clerico?
- 39 Iniuria qualiter in foro canonico extimabitur?
- 40 Accusatore desistente, an iudex possit ex officio procedere?
- 41 Desistentia in quibus casibus sit permixta?
- 42 Motus desistendi a iudicio triplex.
- 43 De iure canonico, omne crimen est quasi publicum, & supra ius. 47.
- 44 Reus per transactionem an habeatur pro confesso?
- 45 Transactio an locum habet quando curia seculari reus venit tradendus, vel perpetui carceris poena imponenda, vel sanguinis?
- 46 Transactio in actionibus popularibus quando & quomodo liceat.
- 47 Pactum & transactio quando excludant denuntiationem, & quomodo?
- 48 Poena perpetui carceris an capitalis, & mori similis dicatur.
- 49 Exceptio illegitimationis personae quando debeat opponi?
- 70 Exceptio, tua non interest, quando opponatur?
- 71 Accusatore illegitimo non repulso, an valeat quod actum est?
- 71 Accusatio, lite pendente, praestantur alimentum.
- 73 Praescriptio in delictis, an currat de iure canonico?
- 74 Monitorio non est necessaria in accusationibus.
- 75 Accusatio fit ab illis quorum interest.
- 76 Accusatus non accusat, accusatione pendente.

- dente.
- 77 Matrimonium contractum per vim & metum, an agatur vt dissoluatur?
- 78 Metus magis masculinum quam feminam excusat.
- 79 Matrimonium qui, & quando possint accusare?
- 80 Testes melius veritatem scientes, ceteris praefereendi.
- 81 Qui ab accusando repellendi sunt.
- 82 Testes omni exceptioe maiores sint: qui repulsi a testi, cando, & ab accusando repelluntur.
- 83 Consanguinei testes quando ceteris praefereendi.
- 84 In qua causa, & quando idem accusator & testis esse poterit.
- 85 Matrimonium dicitur magis denuntiarum quam accusari.
- 86 Iurare debent coniuges stare mandatis ecclesiae.
- 87 Defensore non apparente in causa matrimonij, qualiter procedendum?
- 88 Iudex potest ex officio procedere in causa matrimoniali.
- 89 Matrimonium inter patrem in sanctis, & filiam in sanctis, an valeat?
- 90 Fratruitas iurata an successionem praebet?
- 91 Affinitas an contrahatur per coitum fornicarium?
- 92 Affinitatem per fornicarium coitum quomodo & quare ius canonici adinuenit?
- 93 Contrahens contra prohibitionem canonum, contra leges contrahere videtur.
- 94 Novum statutum quando ad praeterita extendatur?
- 95 Lex nova non trahitur ad praeterita, sed ad futura.
- 96 Accusationis ordo procedendi differt ob ordine inquisitionis.
- 97 Accusatore desistente, ius procedit.
- 98 Clericus accusatus de vulnerato, & captus a iudice laico, quando ad expensas & medicamenta ab eo collemnabitur.



CANONICAM Criminum praxim, ad comunem utilitatem edocere volens, illud praeter ceteris, indagandum non fuisse duxi. ¶ An accusatio, de sui natura, sit illaudabilis, & inspecta Christiana, doctrina reprobata, vel potius laudabilis? & ad partes arguendo; primo siquidem, aspectu, non ab re dici possit, esse illaudabilem; & hoc quidem, ex pluribus. Et primo, per id quod habetur Prouer. 1. 1. quatenus ibi dicitur, quod qui ambulat fraudulentus, reuelat archana: qui autem fidelis est, celat amici commissum ei, qui ambulat 5. quae. 5. item per id quod habetur Prouerbio 25. quae viderint (inquit) oculi tui, ne proferas in iudicio cito, ne forte emendare non possis. ¶ Item: ex lege naturae tenemur facere alteri, quod nobis fieri nolumus; sed nullus vellet accusari, ergo nullus debet alium accusare. Item Matt. 5. dicitur, & expresse praecipitur, quod si quis te percusserit, in vna maxilla, debes ei praebere alteram: ergo non debes accusare. & Luc. 6. dicitur, qui auferit quae tua sunt, non repetas, & qui auferit tibi vestimentum, & tunicae noli prohibere. Item. 1. ad Cor. 6. dicitur delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos: quare non magis iniuriam accipitis? Item rursus Matt. 5. dicitur si quis te angariauerit mille passus, vade cum illo alia die: Si ergo non licet effugere angariam; ergo minime licet de ea proponi accusatio. Item dicitur Luc. 6. quod tantum amici sunt diligendi, verum etiam inimici: & benefacientum est illis qui oderunt nos, ergo & si quis offenderit nos in personam, vel circa res, non tantum accusari nequit, sed diligendus est. ¶ Vbi autem est accusatio non potest esse amicitia, sed potius inimicitia: glo. est in leg. licet. ff. de arbit. & in §. Item. inimicitiae in verbo si capitales insti. de excusato. tuto. & in §. si. verò quis dicatur in verbo de crimine in Auten. de test. Bal. in l. 3. ff. de testi.

Accusatio an sit laudabilis?

Quod tibi non vis alteri ne feceris.

Amicitia non potest esse ubi est accusatio.

Abba.

Abba. & Maria. Socci. in ca. accedens el. 2. vt lite non conte. Alber. in Aucten. si testis. col. 2. C. de testi. Additio Præterea sicut spontanea criminosa dispositio ne quis dicitur & præsumitur inimicus secundum Abb. post Host. in c. cum P. Manconella in fin. extra de accus. voluit Alex. in l. testibus. ff. de testi. & p. Host. in c. meminimus extra de accus. ita & accusatio, cum accusatio & restificatio à pari procedant glo. in l. qui in iudicio in versic. iudicatus. ff. de accus. ca. 1. r. 4. q. 3. Hypol. de Mar. in consi. primo in 4. col. in versic. nam accusare. Et ex prædictis inferitur quod qui repellitur à testificando, repellitur & ab accusando Barbat. in c. 1. de accus. Fran. Ant. Monac. ¶ Quod quidem adeo procedit quod & si accusatio de crimine capitali minime sit, nihilominus inimicitiam inducit. l. r. §. 1. & §. fin. ff. de iniur. & §. patitur insti. eod. lex enim appellat accusatorem inimicum c. 1. §. illi ibi nec inermes inimicis, de resti. spolia. lib. 6. & ca. item cum quis eo. titu. & c. meminimus de accusa. ¶ Nec à longe differt quod Matth. c. 5. præcipitur reconciliatio ad proximū inquit enim si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque ibi munus & vade prius reconciliare fratri tuo. si ergo præcipitur reconciliatio, prorsus prohibetur accusatio. ¶ Reconciliatio enim arguit remissionem iniuriæ. vt plenè declarat Iacob. de Belui. in sua praxi in titu. de iniur. in verbo, quod dicitur reus malitiose fin. col. & alias dixi in practica mea causa cri. in verbo recipiantur defensiones verum ultra ibi dicta aduertit in hoc, quod non est simpliciter verum dicere quod reconciliatio tollit inimicitiam, & effectus qui causantur ab ea; nam in contrarium est text. & ibi gl. in c. 3. q. 5. & ideo dicitur ibi Præpos. quod est in arbitrio iudicis, considerare, an illa reconciliatio faciat cessare inimicitiam, & effectus ipsius, considerabit ergo an reconciliatio sit vera, an vero simulata, an post eam sequuti sint actus inducentes amicitiam, an sit de recenti, & an leuiter facta; possent enim esse tales circumstantiæ, quæ demonstrarent veram reconciliationem: & tunc non obstant inimicitia vt est bonus tex. (secundum eum in lathletæ. §. dat remissionem. ff. de excusa. tuto. & hoc procedit nedum in remissione & reconciliatione antiqua sed etiam de recenti quod quidem est satis notandum. & ideo sint cauti aduocati in probando optimas circumstantias, probatur clarius in l. in ipsius & ibi Bal. C. fam. hær. c. Additio ad idem vltra prædicta adde Abba. in ca. 1. in 2. not. extra de iud. idem in c. proposuisti in 4. no. extra de for. compet. vbi qui mihi aduersatur in lite mecum contendendo, de iure dici potest aduersarius, & oritur inimicitia: subiungitq; no. quod ad causandam inimicitiam, non inspicitur si iusta vel iniusta causa præcesserit. sed an habuerit commouere animum alterius ad odium cap. meminimus & c. repellatur de accusat. ¶ Et ex hoc dixit Inno. in ca. cum r. & A. de re iu. quæ prosequitur Fel. in ca. cum super extra de offi. & potest iudic. deleg. quod nedum dicitur inimicus qui habet apparentia signa odij, sed etiam qui habet causam odij sine signis: etiam si ostendat amorem Bald. in l. præscriptione. 14. col. C. si contra ius. quinimo ex lite super omnibus bonis Abb. in d. c. 1. Alex. in cons. 99 per totum lib. 1. Fran. Ant. Monac. ¶ Ad stipulationem prædictæ opinionis tex. in c. si quis Episcopus 2. q. 7. vbi expresse vocat accusatorem illaudabilem. Additio idem gl. not. in uel. illaudabilis in ca. si quis Episcopus 2. q. 7. glo. in versic. æmuloꝝ in c. decreto 2. q. 7. Fran. Ant. Monac. & est ratio (secundum glo. ibi.) ¶ Quia semper accusatio præsumitur fieri causa inuidiæ vt 6. quest. 1. si omnia, & vix sine culpa experiri potest. ¶ Sed in contrarium videntur pariter multa facere, & primo id quod habetur Leuit. 5. si peccauerit enim (inquit) anima & vocem iurantis auerit, restitq; fuerit quod aut

Accusatio inducit inimicitiam.

Reconciliatio ad proximū præcipitur.

Reconciliatio præsupponit remissionem iniuriæ.

Inimicus dicitur qui odij causam habet absque apparentiæ signis. Accusatio in laudabilis.

Accusatio præsumitur causa inuidiæ facta. Accusatio, quæ sit laudabilis.

aut ipse vidit, aut conscius est, nisi iudicauerit, portabit iniquitatem suam ex quod inferitur, secundum Aug. quod si peccat homo qui scit aliquem falsum iurare, & tacet, ergo vt non peccet debet accusare. Itē non à longe distat id quod dicit Aug. in regula sua. Non vos (inquit) iudicatis esse maleuolos, quando crimen alterius iudicatis: magis quippe innocentes estis iudicando crimen: quam si fratres vestros quos iudicando corrigere potestis: tacendo perire permittatis. Sed quilibet tenetur procurare salutem fratris, ergo ipsum debet accusare: vt corrigatur, item idem Aug. ibi inquit si frater tuus vulnus habet in corpore, quod vellet occultari, cum timeat secari; nonne crudeliter à te sileretur, & misericorditer indicaretur? quāto ergo potius debes manifestare ne deterius putrescat in corde. Item idem Aug. ad Vincentium donatistam. vtilius (inquit) esurienti panis tollitur: si de cibo securus, iustitiā negligebat: quā esurienti panis frangitur vt iniustitiæ seductus acquiescat. Item qui freneticum ligat, & litargicū excitat; ambobus molestus: ambobus amat. Itē quibus non potest amplius amare quā Deus: & tamē nos non solum suauiter; verum etiam terrore salubriter non cessat.

11 ¶ Ex quibus constat quod ex charitate est accusare fratrem ad correctionē: tenemur autem ad opera charitatis. Item Ambros. in quodam sermone. non osculatur (inquit) pater semper filiū? ¶ Sed aliquando castigat. Additio quod quidē licet ipsi patri posse. s. mediāte iudice terrore & castigare filiū, obsequiū non præstantem: & non (vt oportet) conuersantē: & iudex tenetur: alias in iudicatu teneretur. nec quicquā. §. de plano. ff. de offic. procons. Franc. Ant. Monac. ¶ Ergo quando castigatur qui diligitur, circa eū pietas exercet si ergo tenemur ad opera pietatis in proximū, tenemur ad accusationē, vt castigetur. Idem in eodē. Habet amor plagas suas, quæ dulciores sunt cum amari se inferunt. Dulcior est enim religiosa castigatio, quā blanda remissio. Vnde ait Salomon meliora sunt vulnera diligentis, quā fructulenta odientis oscula proverbio 27. Item Plato libro octauo, in Eutipbro. vel de sanctitate, sic inquit. Ridiculum est, dō Socrates, si quid interesse censet, domesticus ne an extraneus sit occisus neque id duntaxat obseruandum esse, vt iure iudicet quisquis occidit, nec ne. Quod si iure dimittendum; sin autem in curia, persequendum, licet qui peremit, domesticus familiarisq; sit. inferitur ergo accusationem fieri debere. Item idem Plato lib. 24. in gorgias, vel de Rhetorica inper alia hæc dicit.

13 ¶ Quod inter mala illud maximum est iniuriam alteri inferre, ac efficere ne iniurians pœnam luat ob iniuriam factam omnium natura maximum malum est. Cum ergo per accusationem efficitur vt pro delicto quis luat pœnas, pater iam accusationem esse quam maxime laudabilem.

14 ¶ Idemque Plato, paulo inferius hortatur vt vnusquisque sui ipsius, suorumq; sit accusator, atque ad hoc oratoria facultate vtatur, vt patefactis iniurijs à maximo iniustitiæ malo soluantur. ¶ Nec multū à longe dicit quod cum sit conueniens vt amicus accuset amicum, vt luat pœnas, contra vero faciendū esset, cum quis inimico suo malefacere optaret, eo etenim casu cauendū esset, ne ipse ab aduersario iniuriam patiat: ac si alijs iniuriam fecerit inimicus omnī studio providendū esset, & verbis, & operibus, ne luat pœnas, neque ad iudicem trahatur: verum si ad eum raperetur, forte annitendum, vt inimicus euadat nec sumatur de ipso supplicium. Imo si aurū multum abstulerit, id vt ne restituat, sed postidens ipse in se, atque suos iniuste impieque profundat, sin morte digna commiserit, ne moriatur vnquam si fieri posset, sed immortalis sit malus. Sin autē minus id fieri posset, saltē, vt in ea paruitate plurimū temporis viuat.

15 ¶ Sic ergo inimicōtū proprium est non accusare, accusare autem amicorū iam constat.

Accusare tenemur quia est secundum charitatem. Pater iudicet median- te filiū castigat: Et aliter facies in iudicatu tenetur iudex.

Iniuriam inferre, est maximum malum.

Plato hortat ut vnusquisque accuset, etiā suos.

inimicorū propriū est

non accusa
re e contra
amicorum.
De eodem,
ex Theolo-
gis.
Deo no pla
cer qui ser-
uos suos ac-
culat.

constat. quid igitur dicendum? ex sacris Theologis Bea. Tho. secunda secunda
quest. 68. art. primo dicit quod facienda est differentia inter accusationem, &
denunciationem. primo siquidem casu cum attendatur ad punitionem, crimi-
nis videtur, non esse licitam. Additio prout in cap. si omnia 6. quest. prima
& ibi Archidia. qui plura sentit. ¶ Vbi Deo non placet qui seruos suos accu-
sat, cum aliis si licita diceretur, absurdum inde vniuer, quod omnia hoc in
seculo iudicanda essent, quod falsum in se obtinet, cum locum Dei omnipo-
tentis iudicium habere oportet, & diuinæ gratiæ plenitudo humana non in-
diger adiectione Fran. Ant. Mona. nec obstat dicere quod per accusationem pu-
niantur delicta, & ideo videatur licitam fore, quia responder ipse, quod pœnæ
præsents vitæ non per se experuntur, non enim est vltimum hoc retributionis
tempus. Secundo casu circa denunciationem, quia in denunciatione attenditur
emendatio fratris, & pœnæ tunc sunt medicinales, cōferetes, vel ad emendatio-
nem personæ peccantis, vel ad bonum reipublicæ, cuius quies procuratur, per
punitionem peccantium, potest & debet licite fieri denunciatio, si tamen esset ta-
le crimen, quod vergeret in detrimentum reipublicæ, tenetur homo ad accu-
sandum. Additio tex. in cap. præsunt 2. quest. 7. in illis verbis, tanta est la-
bes illius criminis. De quibus infero qd̄ quamuis aliquando non liceat accusa-
re, tamē si labes criminis tanta extiterit licet accusare Fran. Ant. Mona. dum
modo sufficienter posset probari, quod quidem pertinet ad officium accusato-
ris. Sed si tale non esset delictum quod vergat in detrimentum reipublicæ, vel mul-
torum non tenetur homo ad accusandum Alexan. vero de Alef. par. 3. sup̄ sum-
mæ quest. 42. membro primo dicit, quod aliud est ex charitate, aliorum crimi-
na indicare, vt qui secreta correctione nō possint corrigi, cōiuncti iudicis senten-
tia corripentur. Aliud est insidiando falsa obijcere, vel insidiando vera per cō-
tumeliam exprobare, siue promisso iuris ordinē in accusationem prorumpere
primum enim Charitatis est, reliqua vero impietatis, seu iniquitatis officium &
in quest. 64. art. 1. de præce. pa. dicit quod si mea bona sunt ablata, licet repetere
illa coram iudice fideli, licet non coram infideli. ¶ Et secundum eum coram
fideli iudice licet repetere dupliciter, aut cum contentione & fraude, aut cum
charitate, & amore iustitiæ, primo modo nulli licet. Et secundum hoc intelli-
gitur, illud præceptum Matth. 5. si quis voluerit tecum in iudicio contendere,
dimitte ei & pallium. Secundo modo licet infirmis & imperfectis repetere sua,
perfectis vero nō licet. Et hoc est, quod dicit gloss. 1. Cor. 6. perfectis licet repe-
tere sua, simpliciter, scilicet sine causa, sine lite, seu iudice. Non enim conuenit
eis mouere litem seu causam, ante iudicem, infirmis vero licet repetere sua,
mouendo causam ante iudicem, sed nō cum contentione, & fraudulenter vel
apud infideles iudices, ex quo manifestum est, quod repetere sua contentio-
se, vel fraudulenter, vel coram iudice infideli est prohibitum omnibus. Repe-
tere vero sine cōtentione sine fraude nec corā iudice omnibus est concessum.
Repetere vero coram iudice, sine cōtentione, & fraude, infirmis est concessum,
perfectis vero prohibitum est. Sicque patet non esse laudabilem accusationem.
Est tamen bene verum quod idem Alexan. de Alef. ibi. quest. 67. 3. membro,
dicit quod tenemur dimittere rancorem, ex appetitu vindictæ, sed non tene-
mur dimittere punitionem ex zelo iustitiæ. ¶ Sicque videtur sentire quod
quis potest accusare non zelo vindictæ, sed iustitiæ potius. Similiter sacri ca-
nones distinguunt prout faciunt sacri Theologi, vt aliud sit aliorum crimina
ex charitate deferre, aliud insidiando falsa obijcere, vel insidiando vera facile
exprobare, vt primum sit charitatis officium, secundum vero impietatis, vt ha-
betur

Corā fide-
li iudice du-
pliciter agi
potest.

Accusare
q̄ non vin-
dixit zelo
sed iustitiæ
potest.
De eodem
secundū Ca-
nonistas.

betur in cap. qui ambulat 5. quest. 5. Item text. in cap. summa iniquitas 6. q. 1.
dicit quod summa iniquitas est fratres detrahere, & accusare. & habetur secun-
da quest. 7. cap. si quis Episcopus. & cap. homicidiorum de pen. distin. prima &
in cap. si omnia ea. 6. quest. 1. & ad hoc potest etiam adduci. 23. per totam. Præ-
po. in cap. non uos. 5. quest. 5. refert quod Cardin. summa distinguit quod
aut crimen quod quis indicat est occultum, aut manifestum, quod potest in
iudicio probari, si enim erit crimen occultum, & sit in secreto, & tunc subdi-
stinguendum esset, quod aut indicat iudici, & in iudicio, aut indicat alicui
probo viro qui posset prodesse, & non obesse, vt peccator emendetur.
¶ Si enim delictum esset occultum, & quod quis scit in secreto indicat in iudi-
cio iudici, conclusio est, quod talis peccat & maleuolus erit iudicandus, quod
dicit ex pluribus probari; Primo, quia sic faciendo, diffamat fratrem suum, con-
tra benevolentiam charitatis. Secundo, quia facit contra præceptum Domi-
ni, de fraterna correctione. Matth. 18. si peccauerit in te frater tuus. Tertio,
quia sic agendo, constituit se proditorem, & non correctorem, quia ille vi-
dens se reuelatum, & secreta negabit, & sic cōmittet falsum, & detribit efficie-
tur. Quarto, quia sic indicans, exponit se periculo, vt succumbat, cum hoc pro-
bare non posset, & sic neque bonus, nec beneuolus dici debet, sed maleuolus
reputari. Si autē est occultum peccatum, & in secreto scitum, & dicitur probo
viro, & priuata personæ, & nō vt iudici, sed amico qui possit & velit prodesse,
& nō obesse, & hac intentione vt absque infamia, peccator corrigatur, & emen-
detur, & tunc conclusio erit, quod talis ita procedens, non debet dici maleuo-
lus, sed beneuolus, quia ad bonum fratris, charitatiuè mouetur, & vt fratrem
lucretur, quod pertinet ad charitatem. Si autem ad exprobandum obijcit, tunc
peccat, & est maleuolus, & si verum dicat. Et hoc indistinctè siue exprobrat cri-
men occultum, & non probabile siue notum vel probabile, Si vero peccatum
est notorium, & possit probari, dummodo hoc faciat non ex odio, sed amore
& zelo iustitiæ, vt peccator corrigatur, & ne eius peccatum alios inficiat
aut obstat reipublicæ, sed vt laeso satisfiat; tunc est conclusio quod qui hoc pec-
catum iudici indicat, non maleuolus, sed beneuolus dicendus erit. Vnde Apo-
stolus notorium peccatorem tradidit Sathanæ, ad interitum carnis, vt spiritus
saluus fieret. 1. Cor. 5. & hæc dicit procedere tam in denunciatione quàm in
accusatione. Ego tamen nec ex Canonistis, nec ex Theologis adhuc video reso-
lutam quæstionem, omnes enim dictæ opiniones tendunt in delictum com-
missum in alium, non aut in delictum commissum in personam accusare volentis,
aut suorum. Vnde in hoc sunt qui dicunt, quod iniuriatus non tenetur remitte-
re nisi rancorem animi, non autem debitum iustitiæ, & sic satisfactio in iu-
riæ, vt concludit Specu. in tit. de Treug. & Pa. nu. 2. allegat pro hoc text. in cap.
si illic. 23. quest. 4. qui tex solum probat non posse quem cogi ad remittendā
iniuriam. Imò dicit ipse quod benefacit quis agendo pro iniuria sibi illata ne
crimina remaneant impunita. ca. vt fame extra de senten. Exco. ellegat etiam
tex. in ca. vt emendat. 45. dist. vbi notabiliter iuncta gloss. probatur sua opi-
nio, quod quis tenetur dimittere rancorem animi, non aut satisfactio in iu-
riæ. Et ideo potest quis accusare pro iniuria propria, ita tamen vt non faciat vici-
scendi animo. Id etiam tenet firmiter gloss. in ca. si is qui prælat. 23. quest. 4.
& est text. in ca. si quis contristatus & ibi gl. 90. distin. & habetur per do. Abb. in
ca. 1. de iniur. & dam. dat. 45. dist. vbi notabiliter iuncta gloss. potest dici.
¶ Quod dilectio inimicorum, & reconciliatio, quæ nobis præcipitur in Euan-
gelio, tripliciter potest considerari. secundum Beat. Thom. secunda secunda

Delictū oc-
cultum, an
sit bonum
denuntian?
Et quando
denuncian-
dum erit.
Et cū.

Auctoris
opinio.

Dilectio ini-
micorū, tri-
pliciter cō-
sideranda.

quæst. 25. de obiecto charitatis art. 8. Vno modo, vt inimici diligantur in quantum sunt inimici, & hoc est peruersum, & charitati repugnans, quia hoc esse diligere malum alterius. Alio modo potest accipi inimicorum dilectio, quantum ad naturam, scilicet in vniuersali, & sic dilectio inimicorum est de necessitate charitatis, vt scilicet diligens Deum & proximum, ab illa generalitate dilectionis proximi inimicos suos non excludit. Tertiò modo, potest considerari inimicorum dilectio in speciali, vt scilicet aliquis in speciali, mouetur motu dilectionis, ad inimicum, & istud non est de necessitate charitatis absolutæ, quia nec etiam moueri motu dilectionis in speciali, ad quoslibet homines singulariter, est de necessitate charitatis, quia hoc esset impossibile. Est tamen de necessitate charitatis secundum præparationem animi, vt scilicet homo habeat animum paratum ad hoc, quod in singulari inimicū diligeret, si necessitas occurreret. Sed quod absque articulo necessitatis, homo etiam hoc actu impleat, vt proximum diligit propter Deum hoc pertinet ad perfectionem charitatis. Cum enim ex charitate diligitur proximum propter Deum, quanto aliquis magis diligit Deum, tanto etiam magis ad proximū dilectionē ostendit, nulla inimicitia impediēte. Sicut si aliquis multum diligeret, aliquem hominem, amore ipsius, amaret eius filios, etiam sibi inimicos. Debemus enim inimicos odio habere, in quantum sunt inimici, id est nobis displicere debet, quod sint nobis inimici, sed in quantum sunt homines, & caritativis capaces debemus eos diligere. ¶ Sunt enim quædam signa, vel beneficia dilectionis, quæ exhibentur proximis, in cōmuni, puta cum aliquis orat pro omnibus fidelibus, vel pro toto populo, aut cum aliquod beneficiū impendat aliquis toti communitati, & talia beneficia, vel dilectionis signa inimicis exhibere, est de necessitate charitatis, & præcepti. nam si non exhiberentur inimicis hoc pertineret, ad luorem vindictæ. Alia vero sunt beneficia, vel dilectionis signa, quæ quis exhibet particulariter, aliquibus personis, & talia inimicis exhibere, non est de necessitate salutis, nisi secundum præparationem animi scilicet vt subueniatur eis in articulo mortis. Ad propositum quo nostrū (ne superuacuo autoritates videar citare.) ¶ Homo in particulari, debet magis diligere seipsum, quam alium amicū, vel inimicū. secundum eundem Beat. Tho. secunda secundæ. q. 26. arti. 4. Item magis debet diligere Deum, quam amicū vel inimicū, auctore eodē Beat. Tho. quæst. 26 art. 2. inquit enim quod in vnaquaq; amicitia, respici debet principaliter, id quo principaliter inuenitur, illud bonū sup cuius communicatione fundatur, sicut amicitia politica, principalis respicit principem ciuitatis, à quo totius bonum ciuitatis dependet, & vnde ei maxime debetur fides, & obedientia à ciuibus. Amicitia autem, charitatis, fundatur super communicatione beatitudinis, quæ consistit in Deo essentialiter, sicut in primo principio, à quo deriuatur in omnes qui sunt beatitudinis capaces. ¶ Et ideo principaliter & maxime Deus, ex charitate est diligendus. Ipse enim diligitur sicut beatitudinis causa, proximus autē sicut beatitudinē ab eo simul nobiscum participans. Sicque cum verum sit hominē debere plus diligere seipsum & Deum quam amicū vel inimicū. Sequitur quod iniuriatus, re verbis, & facto ab aliquo suo inimico, tū ex dilectione sui ipsius, tum ex dilectione Dei, prætermisso luore odij rancori, ac vindictæ, potest licite pro iniuria agere, tum vt ille reddatur iustior, re publicæ satisfiat, & ceteri terreatur, ac abstineant ab iniurijs. Quod quidem Deo summe placitum est. Tum etiam vt ipse iniuriatus satisfactionem recipiat suæ iniuriæ, & iniuriantis exoneret conscientiam. ¶ Remittere enim rancorem & satisfactionem iniuriæ iniuriantis, est potius

De eodem.

Signa vel beneficia dilectionis quæ sint.

Homo seipsum magis quam aliū diligere debet.

Deus beatitudinis causa est.

Remittere rancorem &

21

22

23

24

tius

tius opus contrarium charitati, quam secundum charitatem. Effet enim diligere cum illaqueatum, & peccatis irretitum, & sic inimicum Dei cōtra text. in ca. quisquis. 23. q. 4. Nam dicit Augu. ad Mace. quod homo debet diligere proximum suum, sicut ipsum vt quem potuerit hominē beneficentia, consolatione vel informatione doctrinæ, vel disciplinæ coercionē, abducatur ad colendum Deum de quo in cap. debet. 23. quæst. 4. & Idem Augu. ad donatum presbyterum mali (inquit) sunt prohibendi à malo, & cogendo ad bonum qua de re concluditur in cap. mali ead. 23. quæst. 4. quod vindicta est inferenda, non à amore ipsius vindictæ, sed zelo iustitiæ, non vt odium exerceatur, sed vt prauitas corrigatur. Nam dicit idem Augu. de Sermo. Do. in montelib. 1. quod ea vindicta, quæ valet ad correctionem non prohibetur quæ etiam ad misericordiā pertinet, nec impedit illud propositum, quo quisq; paratus est ab eo quem correctum esse vult, plura perferre. quo satis apparet, posse peccatum potius amore vindicari, q̄ impunitum relinqui, vt illum quem vendicat, non pœna miserum, sed correctione beatū esse velit paratus tamen sit (si opus fiat) quo animo plura tollerare ab eo illicita, quem vult esse correctum, siue in eum habeat potestatem coercendi, siue non habeat. Ex his igitur concludo licite zelo iustitiæ ad satisfactionem iniuriæ agi posse. ¶ Est tamen summe considerandum & aduertendum in hoc, quod cum verum sit, non teneri iniuriatum remittere satisfactionē iniuriæ sed rancorem tantū, quod non potest neq; debet agere criminaliter, & ad punitionē, imò teneri remittere querelā, si quā fecerit iniuriatus ipse, quia per querelā intentatur puniatio iniuriantis, non autem satisfactio iniuriæ simpliciter. ¶ Quæ (secundum Cardi. in cle. 1. de Pœn. in §. ciuitas. 4. q.) nihil aliud est, nisi quod debet satisfieri iniurato, de damnis iniurijs expensis, & interesse c. cōquestus extra de for. compe. & c. olim extra de pœn. Et de iniuria fit satisfactio secundum extimationē iudicis c. cōtingit extra de sen. exco. & de adulter. ca. intelleximus & ista satisfactio fit pecuniariter ca. parrochianos extra. de sen. excom. & c. ea noscitur, & c. quamuis. Et hæc est illa satisfactio (secundum eandem Cardi. vbi supra) quam non teneri iniuriatus remittere. & quod debeant satisfieri etiam damna facit 2. q. 1. c. in primis, & c. olim de iniur. ¶ Et dicitur damnū diminutio patrimonij. l. damnū. ff. de dam. infect. Et sic debent restitui omnia quæ occasione iniuriæ, amisi iniuriatus. ¶ Et quæ habuisset, si non essent factæ iniuriæ. Et si iniuria foret personalis, vt quia quis sit percussus, & vulneratus; tunc iudex ante omnia, restitui facere debet, omnes expensas medicorū, & alia damna. l. ex hac lege. ff. si quad. paup. fec. dica. & l. qua actione. §. 1. ad l. aquil. & etiā omnes operas amissas, & quas amissurus esset, in perpetuum, propter offensam illam personalem, si ex illa esset debilitatus, vel in quantum esset minus lucratus vt ibi tex. ac si esset aduocatus, vel artifex cui oculi essent obsecati, vel manus debilitata. Si autē nō haberet artē nullo opere extimantur arg. l. si. de delibera. cau. & si aliquis esset occisus, & haberet filios paruulos, qui nō possent viuere, dabit aliquid pro sustentatione, & de hūōi satisfactio ne late loquitur Par. de Pat. in tract. findi. in verb. cōpositio vers. quia pluries. Ad has igit & similes satisfactioes posse de conscientia agere iniuriatū, clarissimi iuris esse dignoscitur. Sed nunquid teneretur remittere iniuriam, & querelam, intentatā ad puniendū pœna ordinaria in corpus, reseruata satisfactioe faciendā arbitrio iudicis secundū cōsiderationes factas p̄ Par. vbi supra. Ex hoc enim pendēt leges & p̄fete. Adde hic dicta inferius num. 35. versus finē & vide Gem. in c. 2. de homi. in vi. Adde et, qđ pro ista opinione bene facit qđ dicebat Reuerēdissimus Hieronymus Seripandus Archiepiscopus Salernitanus Salerni

Satisfactio nem iniuriantis, an sit charitatis opus.

Satisfactio an criminaliter vel civiliter possit, & debeat peti. Satisfactio iniuriæ qđ sit.

Damnū est patrimonij diminutio. Iniuriā passo, & remittenti damna & expēse rescit debeat præterita & futura tali occasione.

sub die natiuitatis Domini, exponendo illa verba, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, quod pax Dei non est cum eo, qui non habet bonam voluntatem, habere bonam voluntatem est, non sequi voluntatem suam, sed Dei, & ideo sicut Deus in totum remittit, ita & nos remittere debemus in totum. Et in trepide dico, quod tenetur in foro cōscientiæ, remittere querelā si quam fecisset, & si non fecisset non debet eam exponere. ¶ Præsumitur enim semper, quod inuidiæ causa, & ad vilescedum fiat accusatio. ca. quahitas de pæn. dist. 5. & 2. q. 6. c. decreto. & hanc meam opinionem in particulari firmat text. in ca. si quis Episcopus 2. q. 7. Et ideo discant sacerdotes, non absoluerit cōfidentes, nisi facta remissione iniuriæ, & facta pace. referuata satisfactione. ¶ Semper. laudabile fuit remittere offensam. ¶ Nam legitur de A. Gabinio apud Valer. Maxi. libro 8. cap. 1. quod cum in maximo infamix firæ ardore, suffragijs populari Memnio Accusatore subiectus, abruptæ esse spei videbatur, quoniam & accusatio patres suas plene exhibebat, & defensionis præsidia, in ualida fide nitentur, & qui iudicabant, ira perciti, pœnam hominis cupide expectabant. ¶ Igitur hætor, & carcer ante oculos obscurabatur, cum interim omnia ista propitiæ fortunæ interuentu depulsa sunt filius namque Gabinij Sifenna, cōsternationis impulsus ad pedes se Memnij supplex prostravit, inde aliquod fomentum procellæ petens, vnde totus impetus tempestatis eruperat, quem truci vulnere, à se victor insolens repulsum, excusso è manu annulo humi iacere, aliquandiu passus est. quod spectaculum fecit, vt Lelius Tribu. pl. approbantibus cunctis, Gabinium dimitti iuberet, ac documentum daretur, neq; secundarum rerū prouentu insolenter abuti, neque aduersi propere debilitari oportere. Sicque & rancorem, & satis fatiōnem remisit. & ob idem vltq; nunc, Memnius laudator. De Cicero. etiam legitur, quod A. Gabinium repetundarum rerum summo studio defendit qui cum in cōsulatu suo, vrbe expulerat. Idemq; P. Vatinius dignitati suæ semper in festu, duobus publicis iudicijs tutatus est; vt sine vilo crimine leuitatis, ita cum aliqua laude. ¶ Quia speciosius aliquotō iniuriæ beneficijs vincitur, q̄ mutui odij prinacia pensatur. Eo de P. pulchro ibidē legitur, qui factu Ciceronis imitatus, (vidēs esse probabile atq; laudabile) in celsi criminatibus lenulis accusatus, vnum ex his. ambitus reum patrociniō suo protexit, atque in animum induxit, & iudicem, & prætorem, & testem, Veltæ adem intruens, amicū lentulo agere. Intra quam ille salutē eius fœdore crimine obruere cupiens, hostili voce perorauerat. Et Caninius autem gallus rerum pariter, atq; accusatorem admirabilem egit, & C. Antonij quem damnauerat, filiam in matrimonium ducendo, & M. Colonium à quo damnatus fuerat, rerum suarum procuratorem habendo. Et de Africano Posteriore legitur lib. 5. ca. primo quod cum à quæstore suo hæstæ sibi iectus captiuos vendente, puer eximix formæ, & liberalis habitus mistus est, de quo cum explorasset numidiam esse orbem relictum à patre, educatum apud auunculū Masinissam, & ignorante immaturam aduersus Romanos ingressum militiam, & errorē illius veniam dandam, & amicitia regis fidissimi Pon. Ro. debitam venerationem tribuendam, existimauit. Itaque puerum annulo, fibulaq; aurea, & vnica luti clauia, hispanoq; sagulo, & ornato equo donatum, datis qui eum prosequerentur equitibus, ad Masinissam remisit de Gn. Pom. lib. 5. apud eundem legitur c. 1. qui regem armenia tigranem qui & per se magnam cum Po. Ro. bella gesserat & infestissimum vrbi Mithridatem ponto pulsum, viribus suis protexit in cōspectu suo diutius iacere supplicem, passus non est; Sed benignis verbis recreatum, diadema, quod abiecerat, capiti reponere iussit. certisq; rebus imperatis.

Inuidia ei & ad vilescedum acutit onē fieri præsumitur. Laudabile semper offēsam remittere.

Iniuria remissionis e xempla vana.

Iniuria beneficijs vincitur. quā mutui odij pertinacia penanda.

imperatis in pristinum fortunæ habitum, restituit; æque pulchrum esse iudicans, & vincere reges, & facere. ¶ Ex his enim infero ad quæstionem, de qua alias in ciuitate Salerni interrogatus fui; nos scitis quod de iure ciuili, hæres non vindicans mortē defuncti, indignus est hæreditate, & ea priuatur. Auctore Papinianio Iureconsulto; in l. hæredem. ff. de his quib. vt indi. & habetur in l. 1. C. eo. tit. pone quod aliquis ductus amore Dei non vindicat mortem defuncti, imo remittit iniuriam, & omnem offensam, & facit pacem cum occisoribus, nunquid debeat priuari hæreditate, & indignus reputari? quilibet diceret quod sic; eo quia iura sunt clara & vulgata, & in claris nō est opus ire per mendicata suffragia. Ego tamen dixi, & nunc dico ex prædictis quod non, & quod illa pœna abiit in desuetudinem, ex quo est nutritiua peccati. ¶ Et lex non debet esse causa peccati & delicti secundum Bald. in l. 2. C. de indi. 6. tolle. videmus enim quotidie fieri transactiones & remissiones & paces per hæredes defunctorum, & tamen nunquam vidi, nec audiui fuisse oppositum de indignitate ista, & hæc mea opinio satis fundatur ex text. in l. pactum quod curatoris, & nota. ibi à doctori. quatenus ibi permitti videmus posse pupillum causa cognita facere pacē de morte patris, cum occisoribus. Et pro certo ego nolui stare meæ opinioni, sed dum essem Neapoli interrogauī nonnullos famosos doctores, & magnos practicanes & præsertim Magnificum Marcum Antonium Floccarum, & omnes vnanimiter mihi dixerunt meam opinionem esse verissimam, & quod illa pœna abiit & recessit ab aula. est tamen bene verum quod illa pœna haberet locum, si hæres colluderet cum occisoribus? Et hoc est forte illud quod voluit dicere text. in d. l. hæredem. ibi sciens. ¶ Vt cunq; tamen sit, iure canonum permitti videmus accusationem imo statutum reperitur, quod etiam illæ personæ quæ sunt propter aliquā causam prohibita accusare, nihilominus prosequentes eorum, & suorum iniuriam, admittuntur ad accusandū 4. quæst. 6. ca. omnibus. & c. cum dilectus extra de accusa. facit tex. in l. hi tamen omnes. ff. eo. tit. ¶ Et clerici qui magis deberent attendere, quam laici supra allegatis considerationibus, & regulis minime prohibentur accusare, si suam, vel suorum iniuriā prosequantur. Est tamen in hoc aduertendum secundum Do. Abb. in cap. cum P. Manconella extra de accusa. quod aut quærimus, an clerici possint accusare laicos an vero clericosmet? primo siquidem casu, clericus non potest (secundū eum) accusare laicum, ad vindictam publicam, etiam si nō veniat imponenda pœna sanguinis. per c. sacerdotes 2. q. 7. & est ratio, quia accusatio, dicitur illa dabilis intentionis c. si quis Episcopus 2. q. 7. vnde clericus immiscere se nō debet huiusmodi odiosis litigijs. Item quia clerici debent esse segregati à vita laicorum. Et hoc vltū est si suā vel suorum iniuriam nō prosequatur. Si vero suā vel suorum iniuriā prosequeretur, aut suæ Ecclesiæ, & tunc si pœna sanguinis non venit imponenda, potest licite accusare laicum ca. cum sit generale de for. compe. & in ca. prælati de ho. in vi. ¶ Et si veniret imponenda pœna sanguinis, etiā potest accusare laicum, prosequendo iniuriā propriā, debet tamen protestari quod nō intendit accusare, vt pœna sanguinis imponatur. vt in d. ca. prælati de homi. lib. 5. Additio. Quas prædictas duas conclusiones procedere dicas, dummodo clericus ciuilitè, non autē criminaliter accusauerit in prosecutione suæ vel suorum iniuriæ, laicū cum clericus criminaliter nullo modo potest laicū accusare. Ita Archidia. in ca. experientia & in ca. clericū 1. q. 1. inde per prædicta vnica sit cōclusio, clerico in sua vel suorum prosequendo iniuria, ciuilitè tantum, licere accusare, idem Archidia. in cap. laicos 1. q. 1. quæst. 7. gl. est not. in versiculo laicos. in cap. laicos 2. quæst. 7. Vbi plusquam satis ad propositum.

Hæres non vindicans mortē defuncti an sit indignus?

Auctoris opinio Lex nō debet esse nutritiua peccati vel delicti.

Accusatio iure canonum permittitur.

Clericis an accusatio mittatur.

Clericus accusans aliquē cui pœna sanguinis veniret imponenda, protesta n debet.

Clerici bonæ famæ an superiores, possint accusare.

Consilium pro clerico accusante quod dicat conquero nō accuso.

Pœna corporalis an imponi possit, ubi accusatio cōcludit ad emēdata.

De eodem. Clerici qualiter puniuntur si egerint criminaliter. De eodem.

Iniuria propria inculpabilis, & ideo inu-

Fran c. Ant. Mōna. Secundo casu clerici bonæ famæ possunt nedū accusare clericos simplices, sed etiam eorū superiores. vt in ca. ex parte, & in c. veniens, & in ca. licet extra de accusa. si vero essent malæ famæ nō admittunt. ut in c. cū dilectus eo. tit. nisi in exceptis criminibus: quia in illis admittuntur etiam contra non infamatos; & in hoc secundū eum, differunt à laicis. Et cum hac doctrina do. Abba. transit Sande. ibidem. dicit tamen vnum verbū, quod consilium est.

¶ Quando clericus vult accusare, vt non dicat accuso, sed cōquero. secundum lo. An. in cap. 2. de homi. Artamen hodie est expeditum, quōd siue per verbum conquero. siue per verbū accuso, clericus ageret contra laicū, si præcessit protestatio quōd non intendit, vt pœna sanguinis emittatur, etiā si postea pœna sanguinis esset emissa, & sciuisset pro certo clericus, eam pœnā imponi debere, & accusatum esse moriturum, nullam irregularitatem incurrit. vt in ca. 2. extra de homi. in vi. & declarat Sande. in ca. postulasti eo. tit. sed Sande. ibidem dicit hæc procedere, quando clericus ciuilitate, vel criminaliter agens. prætenderet interesse, & sic satisfactionē iniuriæ, secundum considerata per me superiori loco alias si cōcluderet condemnari, ad pœnam secundum formam iuris, talis protestatio non releuaret, de quo dicit notari per doctō. in d. ca. 2. item dicit prædictam protestationem nō saluare in foro conscientiæ, vbi in corde haberet desiderium pœnæ criminalis. secundū do. Anto. in d. c. postulasti. & Imol. in ca. 14. col. de postul. prela. & ita etiā prosequit Fran. in d. c. 2. & sic (vt vides) nō potest clericus agere nisi ciuilitate, ad emendā, nō autē criminaliter ad vindictam; etiā si suam prosequatur iniuriam, vt bene declarat vbi supra Francus. & Gem. quæ prodeco, notes ad opinionem meā supra sumatā. Et scias ea seruari in actu practico ne illaquearis. ¶ Nec sis anceps (amantissime practice) quod & si accusatio non concluderet ad punitionem, sed ad emendam tantum, posse iudicem procedere ad punitionem etiam corporalem, vbi essemus in casibus talem exigentibus pœnam. id enim ex tex. in d. ca. 2. excepit Fran. intelligens tamen, si de delicto constaret per confessionem rei; non autē si per testes aliasue probationes. eo tamen casu non ex eodem processu, ad talē punitionē procedere facile possit; licet inquirere, & nouū inchoare processum permitteretur. expēdit in hoc tex. in l. 2. § si publico. ff. de adul. Minimeq; te lateat, prædicta procedere, in iudice, qui ad pœnā sanguinis, alias procedere possit. ut ibidem ad notandū reliquit idem Franci. sequunturq; ceteri doctō. ¶ Sed postquam in hanc incidimus quæstionem illud addendum duxi qua pœna puniuntur clerici qui nō ad emendā, sed ad punitionē, & vindictam publicā, suas proposuerit querimonias: in quo quidem, dicendum est; q̄ primo incurrit irregularitatē d. c. 2. Item vterius, si non essent forte ordinati, non possent de cætero amplius ordinari ca. seditiosos. 45. distin. Puniantur etiam pœnis statutis per constitutiones synodales. Rursus siste pedē, nec cursum prætereas, nam quæ dicta sunt, clericos cū protestatione extra pœnā sanguinis. euitare irregularitatē, etiā si mors accusatorum interueniat. procedunt si prosequētes eorū propriā, iniuriā egerint, vt secus si suorum iniuriam nō prosequerentur. ita enim aduertit Fran. in d. c. 2. in princ. etiā si cum protestatione iam dicta egerint. Non enim isto casu loquitur tex. ille, citat. c. ad audientiam extra de deci. & tex. & glo. not. in vers. suū in de i. de homi. etiam si pro suis, qui aliās venirent appellatione suorum, nisi essent serui, vel ancillæ illa præcipue ratione mouetur, quia tex. in d. cap. 3. non loquitur nisi de iniuria propria. ¶ Iniuria enim propriam inculpabilem vocat Gloss. in d. cle. adeo q̄ si quis de defendendo occiderit suum inuaforem, irregularis minimē dicendus erit, secus si pro defensione suorū, cum illa iniuriam

38

39

40

41

42 r̄ am euitabilem vocat. quam glo. approbat ibi. do. Cardi. ¶ Prosequendo nunq̄ telam iam cēptā, illud consequens est videre, an laicis interdicta sit accusatio? in quo non ambigendum patet, eis regulariter permissam fore, nisi speciatim reperiantur prohibiti l. ff. de pub. iud. & insti. eo. in prin. & l. qui accusare. ff. de accusa. est tamen aduertendū secundū do. Abb. in ca. cum. p. Manconella, q̄ aut crimen est publicum, strictē, large, vel largissime, aut crimen est priuatum, primo si quidem casu, clausis oculis permissam fore accusationem testatur. secundū vero casu, aut tractatur de pœna corporali, aut pecuniaria, primo casu ille tantum accusat, cuius interest, at secundo, quilibet de populo admittitur expēdit in hoc prodigē doctrinā gloss. & Bar. post illā in rub. ff. de popu. actio. Addit huiusmodi dictis aliquantulum piperis. (vt hæc intelligantur) si laici essent bonæ famæ, aliās si malæ, non admitterentur, nisi in criminibus exceptis c. 1. de confes. & 1. q. 3. c. si, & voluit Inno. ibidem. & ultra eum, nisi essemus in prosecutione iniuriæ propriæ vel suorum, vt 4. q. vlti. c. omnibus, & ca. de cætero extra de testi. Diffusiore quidem sermone hanc materiam explicatam reliquit Præpos. in c. de accusatione 2. q. 8. ibique simul explicat, quando crimē dicatur publicum strictē, quando latē, & quando latissime. ¶ Sed postergaris his te tantum certioratū esse volo, An laici possint accusare clericos? & angularem esse lapidē in c. cum. p. Manconella nemo est qui negat, nō posse. Ad dictio tex. est in clericis & in c. sicut 2. q. 7. Idē Archid. in c. 1. & 2. q. 7. vbi plures ponit rationes quibus non liceat laico clericum accusare Fran. Ant. Mōna. Verum ne prodigaliter, illū tex. expendas, illud scito versute practicæ, quōd criminaliter non posse laicum, accusare clericum, omnes admittunt, regulariter, etiā si esset patronus ecclesiæ. vt in d. c. cum. p. Manconella, tradit magistraliter not. Sicul. auctoritate glo. in ca. i. summa. 2. q. 7. illa præcipua ratione motus, quia laici præsumuntur ex odio accusare clericum. vt 2. q. 7. ca. laicos, & ca. laici.

44 ¶ Itē quia debent clericos reuereri tanquā patres, cōues 2. q. 7. & c. sacerdotēs. hanc quidem conclusionem nō generaliter admittendam dixit, sed duobus casibus cessare dixit, primo, si suam vel suorū iniuriam prosequatur c. de cætero. Extra de testib. Secundū, nisi sit crimen exceptum. Additio quod est verū, sed non corā quolibet iudice ita Archid. in c. clericum 1. q. 1. & procedit id quōd supra dictū fuit dūmodo accusatoris discussa extiterit existimationis opinio per tex. in c. clericus. & in c. querendū 2. q. 7. Fran. Ant. Mōna. Adhū ipse pimpi nellā, vt hæc vera sint, in secunda fallentia, quādo laicus illi accusator aliās possit clericari, & ascendere ad illum ordinem, in quo tunc temporis reperitur accusatus cap. ipsi Apostoli 2. q. 7. vnde insert. q̄ irregulares non admitterentur ad accusationem clericorū: quia non possent illum ordinem habere. referit tamen Sande. ibidem quod ualde miratur de hoc Maria ea quidē ratione; quia sequeretur, q̄ coniugati iugales, & multi alij inhabilitarentur; nec esset dicendum, q̄ per mortem vxoris, vel aliter, possent effici capaces ad ordines: quia ex hoc ipso sequeretur quod omnes essent habiles. Nec aliud dicit in hoc capite. Et omnes videntur transire cum Sicul. Ego autem intelligerem quando in accusare volente, concurreret ea incapacitas ascendendi ad illum ordinem, quæ & ipsum faceret suspectum, & sceleribus maculatū iuxta text. in ca. accusatio. 2. q. 7. & tex. in ca. i. fames. 6. q. 1. nō autē de illa incapacitate, & inhabilitate, quæ nō est ratione vitæ, & probitatis, aut improbitatis. Si tamen essemus in clericis accusare volentibus, tunc quilibet inhabilitas sufficeret; p̄ tex. in d. c. ipsi Apostoli qui ppriē loquit in clericis. Cogita tū. Abā rursus pimpencillā addebat Bat. & sequitur Sandeus. Si accusaret bono zelo, & non ex odio, cui alias repelleretur.

forem o cel dens nō sit irregularis. Accusatio an sit inter dicta laicis?

Accusare an possit laici clericos?

Laici clericos tanquā patres reuereri tenentur.

Auctoris opinio.

Ut ibi. yltra But. dicit non admitti si esset male famæ, & vilis, nisi persona accu-
 sanda esset æque vilis & male famæ. Et hæc de plano admittit vbi clericus ac-
 cusandus esset. ¶ At si laicus de simonia contingeret accusari, etiam infama-
 tus contra non infamatum, admittitur ad accusandum, & testificandum. Nec
 quando loquitur de laicis. But. ponit fallentiam de non valente ascendere ad
 illum ordinem, cuius esset accusandus; sed illam tantum ponit, quando loquitur
 de clericis; & sic credo quod mea proflus intentionis fuit. Si vero laicus ci-
 uiliter de crimine contra clericum agere voluerit, & tunc. Sicul. si est patro-
 nus: non excludit, etiã si ageretur de priuatione beneficii; ut notari affirmat in
 cap. ex parte Adæ de testi. & in cap. filijs 16. q. 7. de parochianis dicit esse du-
 bium. At in ca. illa præpositorum, eo. tit. de accus. dicit quoddam patroni ecclesiæ, &
 parochiani, possunt agere ciuilliter de crimine contra prælatum vt priuatur
 ecclesiæ: quia eorum interest, habere bonũ prælatum. argu. 8. q. 1. aucta. cum
 alijs per eum allegatis ibi: & hanc opinionem tenuit in d. c. Ana Ferrarier. ille
 Sande. in d. ca. cum P. scriptum reliquit, quod aut laicus vult se opponere ele-
 ctioni, & tractatur de promotione, & tunc patronus laicus excipiendo admit-
 teretur, laici vero omnes non admitterentur contra episcopũ. Si vero prælato
 iam instituto opponatur de dilapidatione, tunc quilibet laicus potest opponere,
 etiam si nõ essent parochiani. Alium esse casum affirmat, cum ageretur vt cle-
 ricus deponatur ab administratione, in quo cõmunẽ opinionem forte, non
 auarẽ affirmat, vt patroni & parochiani possint accusare. Licet meli' esse, asla-
 rat, si ageretur per viam denunciationis. hæc ille. Alios vero laicos qui non es-
 sent parochiani vtique non anceps, excludendos fore, asserit. Illa motus ratio-
 ne; quia eorum nõ interest. Non tamen defuerunt alij summæ auctoritatis viri,
 qui fortiter tenuerint, quoslibet laicos, admitti, vt & ipse astruit in d. c. illa præ-
 positorem. Sande. in d. c. ex parte adæ. tenentium opinionem contrariam non
 nullas bonas rationes allegat; non tamen adeo efficaces sunt, vt ipsum remo-
 uissent ab opinione supra firmata. Pluribus tamen modis eam limitandam in-
 struit. ¶ Et inter ceteros cõ agatur de dilapidatione rerũ ecclesiæ, quia in subsi-
 dium clericorum admittitur quilibet laicus, ad denunciandum ciuilliter. Item
 si ageretur de crimine famoso, & scandoloso, si tamen ageretur via denuncia-
 tionis vbi præcessit monitio fraterna. Item in casibus vbi laicus potest accusa-
 re clericum criminaliter. ¶ Illud quidem, nunc consequens esse scire; circumspice
 te vir, quoddam gl. in cap. infames. 6. q. 1. astruit omne crimen iure canonum esse
 publicũ. vt illo tex. citat probari vide aliã gloss. in cap. 1. de collu. deteg. & vide
 quæ dicam in verbo inquisitione formata. Nunc autẽ aduerte, tu qui tractas
 de pane lucrando; quod accusatio in foro canonico eisdem poenæ solemnibus
 in foro iudiciali canonico est instituenda, quibus in foro ciuili laicorum; mu-
 tatis tamen mutandis. Nam sicut in foro laicorum dicitur regnante rege, in fo-
 ro canonico dicitur sub pontificatu talis Papæ sub administratione & regimi-
 ne talis Episcopi, & sub vicariatu talis, cum anno, mense, & loco, de quibus ha-
 betur in ca. per scripta 6. q. 8. § libellorum, & ibi not. per Archiada. ¶ Nec scire
 omittas, quod accusator debeat se inscribere, seu subscribere professionem fa-
 ciens: quod talem reum pro tali crimine detulit, vt in libello: obligans propterea,
 se ad poenam talionis, idest ad eandem poenam, nisi probauerit: & promittat
 se perseueraturum vsque ad finem causæ, vt in d. §. libellorum, & in cap. su-
 per his de accusa. ¶ Et erit forma inscriptionis, seu (vt aliqui appellant) subscri-
 ptionis: vt accusator (per se, si scribere sciat, vel per alium si scribere ignoret) di-
 cat ego talis accusator profiteor me detulisse talem reum, talis criminis, prout

In famatus
 contra non
 infamatu
 na & quan
 do admit-
 tatur ad ac-
 cusandũ &
 testifican-
 dum?

In subsidiũ
 clericorum
 admittitur
 quilibet lai-
 cus ad ciui-
 liter denũ-
 tiandum.
 Crimẽ omi-
 ne, de iure
 canonico
 publicum.

Accusator
 an teneat-
 ur facere
 inscriptionem.

Inscriptio-
 nis forma.

45

46

47

48

in libello, & me uelle prosequi vsque ad finem causæ. ¶ Et uelle subire poenam
 talionis. i. similitudine supplicij, quo debuisset puniri reus, si probauerit, quod
 in accusatione detulit. secundum omnes doct. post. Ioan. And. in d. c. super his
 extra de accusa. & in foro canonico requiritur talis inscriptio, etiam hodie. se-
 cundum Præpos. in cap. de accusatione 6. q. 8. 4. & 5. col. ¶ Si tamen omittatur,
 non ex hoc vitabitur processus; quia suppletur a lege, vel canone, vt accusator
 intelligatur obligatus: si non probaret ad poenam talionis, & ad prosecutionem
 accusationis, vt tenent communiter Doct. in d. c. super his extra de accusa-
 tione. & est glo. in l. 2. in verbo periculi. C. de si. instru. & habetur per Salin. d. l.
 qui crimen, & per Præpo. in d. c. de accusatione. Ego tamen nunquam vidi fieri
 distam inscriptionem: prout etiam de tempore suo attestatur Spec. in titu-
 de accus. §. i. nume. 3. est tamen bene verum, quod in plerisque curiis, sunt sino-
 dales constitutiones, & ritus, super hoc expresse providetes, qui seruandi sunt.
 Et inter ceteras curias, est Neapolitana, quæ habet sextũ ritum in ordine, quo
 cauetur, vt nemo ad accusandũ admittatur nisi se obliget ad certam poenam de
 probando: & est cõstitutio sinodalis nume. 55. qua cauetur requiri inscriptionẽ.
 ¶ Aduerte ulterius oculate uir, quod accusator debeat etiam iurare, quod non
 animo calumniandi querimoniam proposuit: sed pro irribus suis tantum.
 Auctore Bart. in l. is qui reus. ff. de pub. iud. & Præpo. in d. ca. de accusatione. 3.
 col. 2. q. 8. quod quidem nec seruari uidi: nisi potente aduersario. ¶ Nec lippis
 oculis, illud est videre, quod accusatio presente uero offerri debeat cap. char-
 te 3. q. 9. & ca. in primis 1. q. 2. quod intelligo vt possit ad diffinitiuam procedi,
 & comparere reo. Alias non esset hoc necessarium. ¶ Siste pedem, nec præte-
 res doctẽ uir; illud quod non inuicundẽ scito, quod accusatio debet fieri per præ-
 sentes, nõ autem per absentes, & sic per procuratorem cap. qui accusare 3. q. 9.
 & cap. absens. ead. cau. & q. nisi fuerit accusatio iniuriarum, quæ potest fieri per
 procuratorem d. ca. absens. §. nisi, sed si ageretur de crimine iniuriarum, ciuili-
 ter, nedium illustris, sed quilibet persona per procuratorem agere potest: vt de-
 clarat Præpo. in d. ca. absens. §. nisi. ¶ Tu autem oculate uir, qui omnia scire cup-
 pis, quid de mulieribus dices? in ambiguum te versantem video. Sed arripe que-
 so, aures tu scis quod iure canonũ prohibetur accessus, & vagatio mulieribus
 ad tribunalia. per tex. in ca. mulieres de iudit. in vi. pro qua uis causa. ex hoc. n. 1.
 inferro (pro digaliter illum tex. expendens) quod etiam ad faciendas accusatio-
 nes criminales, non adantur mulieres de persona ad cõparendum in iudicio.
 ¶ Sed pro Deo (politice uir) quid dices que so, an ecclesia agere possit actione
 iniuriarum pro iniuria illata clerico? scito ex nunc nos nauigare fanaticum
 sinum, ideo percurramus, ne in Austerum incidamus. Sicul. autem in cap. con-
 tingit extra de sentent. excom. scriptum haud dubiè reliquit quod sic. & ibi te-
 net glos. expressius uero astruit gloss. in cap. parochianos eo. tit. licet enim ma-
 ritus agit pro iniuria illata uxori, & pro iniuria illata filio, agit pater: ita eccle-
 sia agit pro iniuria illata clerico. & est ratio propter nimiam coniunctionem,
 quæ est inter clericum & ecclesiam. Nam iniuria non potest fieri clerico quo-
 minus tangat ecclesiam: sicut dicitur de iniuria illata uxori vel filio. l. i. in fin.
 & l. eum qui nocentem in fine. ff. de iniur. & ad hoc ponderat text. in d. c. con-
 tingit in duplici loco, & citat text. in cap. 2. de pen. & hæc opinio uerior est (se-
 cundum eum) quam opinio Inno. ibidem: quatenus uolebat, quod nisi fieret
 iniuria clerico, in odium ecclesiæ, quod non posset agere ecclesia, actione iniuriarum.
 Vides nunc uerum esse, nos nauigare fanaticum sinum, & forte cum
 Auctro. Quoniam quantę auctoritates sit Inno. tussis & tamen si eius doctri-
 na.

Talionis
 pena sup-
 plicij simi-
 litudo.

Talionis
 pena omis-
 sa, an uitetur
 processus.
 Auctoris o-
 pinioni.

Accusator
 debet iura-
 re qd non
 animo cal-
 umniandi
 accusauit.
 Accusatio
 presente reo
 offerri deet.
 Accusatio
 p. presen-
 tes fieri de-
 bet.

Accusare
 an possit
 mulier per
 procurato-
 rem?

Ecclesia an
 agere possit
 pro iniuria
 illata cleri-
 co.

Clerici sūt liberae personae

na consideratur, forte non mereretur sic large reprehensione notari. Nam dicitur ipse clericus sunt liberae personae, & proinde eo casu non competit actio iniuriarum pro iniuria illata liberae personae quae bona fide mihi seuit. Nisi fieret in meam iniuriam: quia tunc bene competit, vt in l. de iniur. §. pe. & antepe. & sic actio iniuriarum non competit ecclesiae. Non tamen negat, quin competant pro dicta iniuria illata clerico aliae publicae actiones, vel auctoritate canonis si quis suadente 1. §. q. 4. & alios accusare iniuriantem posse. Et sic (vt vides) virtus consistit in modo practicandi. Nam (secundum eum) si accusatur actio iniuriarum iniurians inepre agitur: si vero de sacrilegio, quia offendit personam ecclesiasticam, & recte agitur, & huius opinionis fuit alter magnè auctoritatis Butr. Sande. in hanc eandem quaestionem incidens, ibi Sicul. nō iniucunde sequitur. Reiecta opinione Inno. & Butr. Multa possent adduci pro, & eōtra.

In practica subillitates reijciendae sunt.

Tamen quia sumus in praxi in qua reijciuntur subillitates, transeo ego etiā cum opinio. Sicul. & cum ea videtur transire Cardin. in clem. 2. de pen. in prin. Imò nedum ecclesijs potest agere, pro iniuria illata clerico, sed etiam quilibet de populo, cum sit crimen publicū, secundū Barto. in l. quis in hoc genus. C. de episc. & cleri. & per ius nostrum regni, statutum est, quod ex officio in tali casu procedi potest, vt in cap. de iniurijs. Et voluit ante dictam prouisionem Barto. vbi supra. Additio & pro tali opinione facere videtur tex. in ca. postulasti extra de iude. vbi iniurians clericum, non tantum clerico, verum etiam ecclesiae satisfacere tenetur. Et miror quomodo illum tex. nō viderint, vnde cum satisfactio praesupponat iniuriam illatam. Barto. & ceteri scribentes in l. si tibi decem §. quādam. ff. de pact. in l. non solum §. 1. ff. vnde vi. Et ea licere, clericō actione iniuriarum agere gloss. in vers. laicos in cap. laicos 2. quāst. 7. cum rancorem tantum teneatur dimittere. Abb. in cap. primo in fine colum. circa finem extra de male. ergo licebit ecclesiae, cui per praedicta satisfactio debetur tanquā iniuriata & vrgentissima ratione, cum qui illos tangit, ecclesiam tangit, vt Dominus ait omnipotens, qui vos tangit, me tangit, & pupillam oculi mei. not. tex. in cap. accusatio. 2. quāst. 7. quinimo alibi, Dominum crucifigunt, qui eum in sacerdotibus persequuntur cap. nulli. 3. quāst. 1. Et cum ista opinione tanquam verissima pertransco. Franc. Anto. Monac. Ex hac enim in alteram incidimus quaestionem, an ecclesia possit remittere iniuriam factam clerico, vel clericus iniuriam sibi factam? Idem Sicul. in ca. parrochianos extra de sen. excom. scriptum relinquit quod cum duae (vt dixit) competant actiones, Ecclesiae, & clericō vnusquisque suam remittet. citat cap. cum desideres & cap. contigit eod. tit. & quae notantur in cap. si is qui 23. q. 4. & in cap. solennitate. 63. distin. Additio. Et plus aduertat quod do. Abb. in praecitato loco inquit, clericum quo ad se tangit posse remittere, quo autem ad Ecclesiam tangit, quis possit remittere, nō aperit in quo Doct. satis ad inuicem contrariantur, volunt nanque aliqui praelatum, aliqui solum Episcopum. cum non sit in bonis nostris ante litem contentam. l. iniuriarum ff. de iniur. Episcopus. n. est pater. 95. distin. cap. esto subiectus. vnde sicut pater de filio potest l. sed si vnus. §. filio familias. ff. de iur. ita & Episcopo solo. Alioqui oppositum sentiant, vt Abb. in d. c. contigit 3. cgl. vers. in eadem gloss. dicens solum Episcopum, non posse, sed bene cum consensu capituli, ita glo. in vers. iniuriosa in d. cap. contigit glo. est nota. in vers. postumus in cap. is qui prelatas 23. quāst. 4. & euacuat nota. Fel. in d. c. contigit in 2. col. in vers. in eadem, ibi refer. communem opinionē esse negatiuā cum Abb. & gl. Et ex praedictis quaesuit nota. Bal. in cap. 1. §. quia in 2. col. in vers. quēro nunquid de his qui seu. dar. pos. nunquid praelatus possit

Ecclesia an possit remittere iniuriam illatam clerico.

fit remittere felloniā vassallo? & decidit vt ibi. Quid autē si clericus habeat plures ecclesias, cui competat actio iniuriarum? vide Abb. in cap. parrochiano. 1. col. vers. quid autem de senten. excom. Franc. Anto. Monac. Sed qualiter in foro canonico extimabitur iniuria? Glo. in ca. si canonici de offic. ordi. in 6. dicit quod debet dicere, quod potius voluisset perdere de suo centum vel mille, quam talem sustinere iniuriā. & postea taxabit iudex, ne in infinitum ille taxet. & hanc glo. approbat Sicul. in cap. olim extra de iniur. & damn. dat. In roeā nūc Euphratem melliflue vir, & illud discutiamur an accusatore desistente, possit iudex ex officio procedere? In quo tex. in cap. 1. & ca. 2. de collu. dete. non obscure, videtur dicere, quod sic. quod quidem Panor. ibi intelligit procedere, ex noua instantia, quando desistit accusator, per viā transactionis, & facta est in casibus licitis, alias si facta esset, in casibus illicitis, etiā ex eadem instantia, possit procedi. Est tamen aduertendū, quod idem Panor. ibidem, postquā dixerat, quid operetur transactio, vbi facta esset in casu licito, dicit esse inferendum, quod de iure canonico, post transactionē in casu licito factam, non potest iudex inquirere de illo crimine, nisi praecedat infamia. Et in cap. 2. eo. tit. circa finē, dicit, quod quando transactio fit in casu illicito, accusatore desistente, potest iudex procedere, ad ulteriora, etiam super illa instantia iam inchoata; quantumcunque non procedat infamia. sed heu docte vir, Euphratem introire credebā, sed iam Phlegetontem amnem incidimus. Nam ad sciendam veritatem huius quaestionis, oportet videte in quibus casibus sit licita desistentia, & quid operetur ea facta. In quo quidem puncto memorabilis ille vir Ant. à Butr. in d. cap. 1. per quatuor fere columnas dicebat. faciendo duos casus, primus est, an, & quando, & in quibus possit a lite recedi, & desisti. Secundus est de effectu desistendi per viam transactionis. Rursus praemittit esse causas mere ciuiles, ciuiles de crimine priuato criminales de crimine publico, & quasdam populares, alias mixtas, & alias spirituales. Praemittit insuper triplicem esse modum, desistendi in iudicio cepto per viam simplicis desistentiae, idest gratiae, per viam pacti gratuiti, & per viam transactionis, & aliquando per viam abolitionis, & iudicis auctoritate. Item aliquando desistentiae sunt licitae, & aliquando illicitae, Nec exiguae investigationis est, an desistentia sit licita an vero illicita? secundum eum; quoniam si sit simplex desistentia, accusator desistens repellitur ab accusatione eiusdem cap. veniens extra de accusa. & aliquando repellitur ab accusatione aliorum, si forte quis desistat in crimine publico propter quod infamatur, & sic propter infamiam ab aliorum. accusatio ne merito repellendus erit. Et quandoque incidit in Turpillianum, quia vltra illud reperitur alia poena quae est poena 3. aureorum, idest quinque librarum auri. & infamiae, & extraordinaria poena 1. 3. in ff. de preua. Et quando desistit per verā calumniā, poena est similitudinis supplicij, in publicis criminibus. Sed in priuatis, est poena arbitraria & extraordinaria. l. si quis reperere. ff. ad Turpil. Si vero quis desistit per viam pacti, & poena erit, quia repellitur ab accusando accusatus, vel alius. Et si per viam abolitionis, nulla poena erit, nisi quia quo ad eum instantia iam perempta est & vltierius nō auditur. Sed si per viā transactionis desistentia sit, habent locum poenae de quibus in simplici desistentia. Ex parte autē accusari, aliae proditae sunt poenae, quando transactio fit in casu illicito, & sunt, quia vltierius potest accusari. Itē quia tela iudicij adhuc durabit, in tantū quod processus in terminis in quibus reperitur potest ex officio per iudicē expediri. l. 2. C. de aboli. vel iudex iterato potest inquirere. Deueniendo nūc ad rem nostrā, si sumus in causis merè ciuilibus, & tunc aliquando quis vult desistere per

Iniuria qua liter in foro canonico extimabitur? Accusatore desistente an iudex possit ex officio procedere?

Desistentia in quibus casibus sit generalis?

Modus desistendi a iudicio tripliciter.

per gratiam, vel per transactionem, & licitum ex parte vtriusq; in omnibus casibus, in quibus permiffa est transactio. Sed vbi esset prohibita, vt in matrimonio, & monacatione, & similibus, tunc non esset licita. Vbi autem quis veller desistere, non per gratiam, sed propria auctoritate, & tunc ante litem motā potest, quia agere voluntariū est vt. C. vt ne inui. nisi diffamaret l. diffamari. C. de inge. & ma. Si vero vult renunciare liti, & potest. sed non potest iudicium suspendere. Si vero sumus in causis, ciuilibus de crimine priuato, & tunc idem per omnia dicendum est, prout dicitur de ciuilibus secundum glo. in l. transigere. C. de transa. in criminibus autē priuatis quæ intentantur criminaliter aut inchoatum est iudicium, aut nō. primo casu, aut accusator vult desistere, ex gratia, & nō potest impunē, nisi prout dicitur in criminalibus publicis. Quādoq; quis vult desistere, per viam transactionis, & nō potest, quia saltem desistēdo punitur pœna extraordinaria. Aut vult desistere cū licentia iudicis, & potest. Secundo casu potest desistere ad impediendum se, & non alium. Et sic poterit ab altero accusari, licet sit iniuria facta sibi, tamen non est, quin etiam non sit facta agnatis, & sic tenet sibi non posse per eum fieri, quominus illi agnati nō accuserent. ¶ Maximè quia de iure canonico, omne crimen est quasi publicum, quia pro omni peccato, & crimine auditur quilibet de populo; saltem per viam denunciationis, quæ cōpetit ciuilibet de populo. Sed hæc, (dicit ipse) procedūt, quando ex priuato crimine, oritur ius agendi, seu denunciandi, & per partes irremissibile, vt per pactum. Et quando oritur ius agendi ad deponendum à beneficio. Nam hoc casu, idem dicendum est, prout in crimine publico, quia hoc casu etiam pro priuato crimine, de iure canonico potest dici accusatio publica. quo casu si subest sola desistentia, ex parte accusatoris ex gratia, in denunciatione; esset impunis à pœna temporali, sed nō à pœnentiali, vt not. 2. q. 1. cap. si peccauerit, ex parte accusatoris per viam pacti, vel transactionis etiam esset immunis à pœna, sed non haberet effectū repulsionis eiusdem, vel alterius, ex parte rei, nihil sibi proficeret, quoniam idem, vel alter posset agere. Si autem sumus in causis criminalibus, de crimine publico, aut sumus in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis, & potest per viam transactionis, desistere accusator, & proderit accusatori ad vitandam pœnam talionis, non quo ad vitandā pœnam turpilianam, vbi desistit lite iam mota, dicit tamen quod forte proderit, quo ad vitandam pœnam expensarum reo, quia ex hoc, repellētur actor, ex vi transactionis, & ex vi turpilianam, vbi desistit post litem motam. Item operatur quo ad repulsionem cuiusq; alterius accusatoris, vel iudicis; eandem instantiā repetentis, venientes autem, inchoando diuersam non instantiam repellēt. & in hoc non proficiet. ¶ Item proderit, quia ex transactione, reus nō habebit pro confesso de delicto. Dicebat insuper, quod si pœnæ ingerentes pœnam sanguinis, alterentur ad pecuniariam, ex forma statuti, vel aliter, habebit locum transactio. Ex quo dicit inferendum, quod cum per ius canonicum alteretur pœna sanguinis, quandoq; pœna depositionis accidentalis, & quandoq; ad pœnam suspensionis, si aliud non obuiaret, habebit locum desistentia, & ex parte accusatoris, cap. veniens de accusa. dummodo ante inscriptionem. vt ca. licet de accusa. post inscriptionem non esset licita desistentia per gratiam. vt dictis iuribus. Desistentia autem via translationis non esset licita, quia dicit continere speciem simoniæ, volens redimere spiritualium depositionem vel suspensionē. Ex parte rei etiam non esset licita, eadem ratione. ¶ Rursus querit an in casibus in quibus reus venit tradendus curiæ seculari, possit fieri transactio? & dicit quod satis credit quod sic, quia satis sumus in pœna mortis. In casu vero

De iure canonico, oē crimen est quasi publicum.

Reus per transactionem an habeatur pro confesso?

Transactio an locum habeat, qñ

vbi pœna perpetui carceris veniret imponenda, non haberet locum transactio. In casibus vero in quibus pœna sanguinis non venit imponenda, non potest transigi, nec quis potest desistere per viam transactionis. Et est ratio huius regule, ne delicta remaneant impunita, & sic fauore reipublicæ ca. vt famæ extra de sentent. excom. Verum in hoc aduertendum est sagax vir, quod aut querimus an sit licita transactio, ex parte accusatoris, an ex parte rei? Primo casu, ante inscriptionem, licet ei desistere, citra aliquam pœnam ca. veniens de accusa. & c. licet. Nō tamen ex sola desistentia, repellitur postea à potestate accusandi, quia speciale est in adulterio. per l. si maritus. § si negauerit. ff. de adulter. Aut vult desistere, post accusationem porrectam impetrata abolitione; & cum causa concessa, & potest 3. q. 8. ca. libellorum. Aut vult desistere, non impetrata abolitione. & non licet. imo desistens, incidit in turpillia, & illa pœna punitur. Item & pœna talionis, & tanquam infamis repellitur ab accusando. Aut desistit, per viam transactionis, & adhuc & non licet, quominus & patiantur pœnas de quibus dictum est, quia in tali crimine non licet transigi. Et tunc repellitur ab accusando, non ex vi transactionis, sed ex vi turpillia, & infamiæ, quæ sequitur à desistentia. Ex parte rei si desistit actor, quomodocumque desistat non proficit reo. Nam si ante litem contestatam desistat actor, ab eodem poterit accusari. Si potest litem contestatā, siue per viam desistentiæ & gratiæ, siue per viam transactionis desistat, non iuuabit eum desistentia, nisi quod ille non poterit eum accusare, non ex viribus transactionis: sed ex pœna Turpilianam propter desistentiam. Item & transigens habetur pro confesso. Item & eo casu instantiam inchoatam poterit iudex ex officio finire, & illum de debito cōdemnare. vt in d. ca. 1. & ex officio etiam poterit punire desistentem. ¶ In actionibus popularibus, licita est transactio, prout dictum est in ciuilibus. Sed nō per viam transactionis ad præiudicium alterius. In causis vero mixtis, vt sunt cause matrimoniales, de iure canonico, quando agitur ad separationem vinculi. Nam hæc est partim ciuilis, & partim criminalis, & tunc si agitur de desistentia gratiosa absque pacto, vel transactione, & dicendum est idem quod in ciuilibus. Nisi quia iterato agere volenti nihil obstat ca. lator de re iudica. Item non ex desistentia tollitur facultas iudici inquirendi ex officio suo, prosequendo eandem instantiam, vel aliam ex officio c. cum inibitio de clande. desponsa. Et hæc procedunt, quo ad desistentiam per viam pacti, sed si per viam transactionis, dicit esse credendum, quod partes possunt præiudicare, quo ad instantiam, cap. ex literis de resti. in integ. iudici autem, volenti eandem instantiam prosequi, non possunt partes præiudicare. Si agitur ad separationem thori dicendū est, idē q; in ciuilibus, vel criminalibus, quia possent partes in talibus sibi præiudicare, confitendo ca. 1. de diuor. & transigēdo, vt ca. quemadmodū de iur. iuran.

¶ Quo ad finem tamen, & potentiam denunciandi pactum, vel transactio non excludit à denunciando. In causis autem spiritualibus & in causis matrimonij spiritualis, dicit, quod aut actor desistit ex mera gratia, & tunc præiudicat sibi, quatenus desistit; amen non putat quod repellatur si velit instantiam reuiuiscere, nisi instantiæ renunciauerit tacite vel expresse; vel aliquis terminus eum excluderet. cap. fin. de electio. lib. 6. Quo ad præiudicium iudicis volentis inquirere, vel illam instantiam prosequi ex officio, cum tangitur publica vilitas, dicit quod illud desistere, vel renuntiare instantiæ, non operatur aliquid ea. cum nobis de electio. Aut pacto, vel transactione voluerit desistere, actor, & reus; & tunc hoc non licet. cap. fina. de transa. & ca. super eo. Aut amicabile compositione, superioris intercedente auctoritate; & ita q; totum relinquatur,

curiæ seculari reus venit tradendus, vel perpetui carceris pœna imponēda, vel sanguinis.

Transactio in actionibus popularibus quādo & quomodo liceat.

Pactum & transactio quando excludant denunciationē & quomodo.

63

66

64

67

65

vbi

poena per-
tactui carce
Ps an capi-
plis, & mor-
ti similis di-
catur.

Exceptio il-
legitimo-
nis pona-
quando de-
beat oppo-
ni?

Exceptio,
tua non in-
terest, quan-
do oppona-
tur?

Accusatore
illegitimo
non repul-
so, an va-
leat quod
actum est?

Accusatio,
lite pende-
te præsent
alimenta.

Præscriptio
in delictis
an currat,
de iure ca-
nonico.

tur, in dispositione superioris, & transactio talis vel compositio illum effectum operabitur quem dixit operari in ciuilibus mæris hæc ille. Ioan. de Ana. in d. ca. 1. quasi ad litteram sequitur doctrinam Anto. à But. ¶ Est tamè bene verum, quòd in quantum dicebat, quòd in casu vbi veniret imponenda poena perpetui carceris, non haberet locum transactio; eo quia non est similis poena mortis, dicit ipse, quòd imò illa poena succedit loco poena mortis; & est proxima morti. Et ideo dicit, posse dici capitalem l. capitalium in princ. de pœn. & negari non potest (secundum eum) quòd ista sit maior poena, quàm perdere vnam manum, vel vnum pedem, vel etiam fugationis. quibus casibus est permissa transactio. Et sic in hoc casu concludit contra opinio Butrij. Et ita etiam contra But. tenet Panormit. ibi. in alijs capitibus simpliciter firmantur dicta Butrij. ¶ Non omitas scire, exceptionem illegitimationis personæ accusatoris debere opponi. ante litem contestatam. Additio vide Fel. vltra do. Abba. in d. ca. 1. de accusa. & Fran. Aret. ibidem, & facit tex. in ca. quærendum. 2. q. 7. quia est dilatoria. vt habeatur in ca. 1. de accusa. & in cap. exhibita de Iudi. & not. domi. Abba. in cap. 1. nisi postea superuenisset; aut doceat se ignorasse. ¶ Nec à longè distat, exceptio, tua non interest; cum & illa pariter ante litem contestatam opponi debeat. secundū Inno. in cap. super his extra de accusa. per tex. in l. postumus. §. si quis ex his. ff. de inoff. testa. & ibi Bar. & post eum Alexan. ¶ Illud quidem scire non pigeat. quòd si illegitimus accusator nec per iudicem ex officio, nec ad instantiam partis fuerit repulsus, tenebitur quod actum est: donec non fuerit oppositū de inhabilitate. vt est glo. in cap. 1. ante fi. de Iudi. lib. 6. & Ioan. ab Ana. in cap. 1. 2. nota. vers. quid autem si inhabilis de accusa. Dom. de Rot. decisio. 151. & 485. ¶ Aduerte vterius, quòd accusato lite pendente præstantur alimentis. si. C. de ordi. cognitio. & voluerūt Do. de Rot. decis. 142. in antiquis. etiam si agatur, ad priuationem omnium beneficiorum, & bonorum. ¶ Conuenit enim (vt adnotatis aliquibus, in quibus parum difficultatis existit) ad ea procedamus quæ nõ modicam difficultatem videntur habere. è quibus nõ immerito & illud videretur; an de iure canonico habeat locū dispositio tex. in l. quærelā. C. de fal. vt scilicet post. 20. annos amplius accusatio fieri nequeat. Et videtur prima facie, quòd non. per text. in ca. quicumq; 80. distin. & ibi glo. & ca. qui contempta. 8. distin. & 24. q. 3. ca. ecclē. & ita gloss. in ca. admonere 36. q. 2. refert tenere Hugo. Spe. vero in titu. de senten. §. quoniam nume. 9. vers. & nota q̄ secundum Cano. dicit quòd nulla temporis præscriptione, obstante, procedi potest de iure Canonico in accusationis; in causis matrimonialibus, & alijs spiritualibus, in quibus periculum animæ vertitur. At vbi periculum animæ non vertitur, aut agitur criminaliter; aut ciuilitur; aut excipitur seu replicatur. Si is qui sententiam latam, per falsos testes: vel instrumenta petit rescindi, agit criminaliter de falso, aduersario legitimè citatio, & adimpletis adimplendis, tunc vsq; ad 20. annos est audiendus. Sed si ciuilitur intendit agere per beneficium restitutionis in integrum, vel per actionem in factum, vsque ad 40. annos audiendus est. Et si agitur excipiēdo perpetuo auditur. Do. Abba. in cap. licet. de proba. dicit q̄ aut sumus in delictis, quæ tempore aggrauantur, & in istis nulla currit præscriptio: aut sumus in delictis quæ tempore non aggrauantur, & in istis tollitur tempore directa accusatio tendens ad imponendam poenam; sed respectu poenitentia peragenda, perpetuo agi potest. Et ibi Fel. dicit quòd in criminibus impediētibz executionem ordinis, post peractam poenitentiam, non currit præscriptio de iure canonico: in alijs vero approbat opinio. Abba. & sequitur ibi Det. Idem Do. Abba. in ca. fina. de purga.

cano.

cano. dicit, quòd si agitur ad indicendam purgationem, vel proceditur per inquisitionem, contra infamatum, ne infamatus toleraretur in administratione diuinorum. semper potest agi, nulla temporis præscriptione obstante. Sed si agitur ad poenam infligendam, tunc accusatio illa tanquam odiosa, restringitur ad terminos iuris ciuilis; cum contrarium de iure canonico non reperitur decisum. Aegi. Bella. in d. ca. licet, simpliciter sequitur opinionem Speculati. Steph. Aufre. in additio. ad decision. Cappel. Tolosa 188. dicit verà esse opinionem Abba. in cap. licet vt in criminibus impediētibz ordinis executionem, vel beneficij retentionem, etiam post peractam poenitentiam, nulla obstat præscriptio; sed vbi sumus in alijs criminibus, quæ tempore non aggrauantur, currit præscriptio. intellige quando non agitur ad purgationem indicendam; aut infamatus non tolleretur in ecclesia. & hanc opinionem videtur sequi Fel. in cap. licet de probatio. nume. 33. vbi plus dicit, quòd ad declarandam poenam impositam, non fit præscriptio. per cap. 2. de præscrip. in 6 & Pet. de Anca. ibi per illum tex. pro quo dicit videndum Bald. in leg. fi. 2. col. C. de sac. sanc. ecclē. quam quidem opinionem sequor pro nunc, vna cum Ioan. Ber. Diaz. in verbo, ali. la. tem non obstant. ¶ Non omitas vterius scire, in accusationibus non fore necessariam monitionem. vt habetur in cap. si quis episcopus extra de accusa. in si. per Domi. Abba. ¶ Item accusationem fieri debere, ab illis quorum interest; alias erit nulla, non ex nouum cap. illi præpositorum, & ibi Abba. de accusa. ¶ Et illud postremo non tradas obliuioni, quòd etiam de iure canonico, accusatus non potest, suum accusatorem, accusare, accusatione pendente. secundum Abba. in ca. 2. de ordin. cogni. ¶ Quid enim si contractum est matrimonium per vim & metum, cum ipso iure sit nullum, & agi possit vt dissoluatur? Panor. in cap. cum locum de sponsa. (præmittendo primo metum proprie dici, quando præter violentiam corporalem, seu captionem metus infertur. coactionem vero quando fit cum captura seu violentia corporali) dicit quòd Glo. communiter tenuerunt, quòd matrimoniū ipso iure sit nullum dummodo interueniat metus, qui cadat in constantem virum. Talemq; metum requiri, in masculo & femina. decidit tex. de mascu. lo in cap. veniens eod. tit. & de femina in cap. consultationi ibidē. ¶ Est tamen bene verum quòd metus excusat magis mulierem quàm masculum; quia fragilior est ratione sexus cap. indignantur. 32. quæst. 6. & sequitur Host. in summa in tit. de matri. §. qualiter vers. si vero. Et propterea dicit ipse quòd ex parte mulieris requiritur metus qui cadat in constantem mulierem. Et quòd matrimonium taliter contractum sit ipso iure nullum dicit tenuisse glo. in cap. Abbas de eo. quòd me. cau. & in cap. inter cætera. 22. quæst. 4. & glo. iuris ciuilis in l. si mulier. §. si dos. ff. quòd met. cau. & in l. si parte. ff. deri. inup. & dicit esse communem sententiam Docto. præter Cardi. qui in d. ca. Abb. dixit quòd de mæro iure posset sustentari, quòd matrimonium teneat licet veniat rescindendum actione quòd metus cap. nihilominus, dixit semper sequutum fuisse communem opinionem pro qua allegat tex. in cap. significauit de eo qui duxit in ma. vbi tenuit secundum matrimonium, non obstante primo, per metum contracto, nulla perita rescissione prioris allegat & tex. in ca. veniens eod. tit. & tex. iuris ciuilis in d. cap. si patre, vbi dixit tex. quòd matrimonium inter inuitos non contrahitur. Et secundum hanc opinionem consulit Alexan. consil. 47. 4. lib. & Anto. Corse. consil. 41. 2. lib. Hanc eandem opinionem non confutandam dixit Do. Ioan. Anto. à sanct. Geor. id d. cap. cum locum.

¶ Est tamen aduertendum, post quàm non volens, in hanc materiam ma-

Monitio non est necessaria in accusationibus.

Accusatio fit ab illis quorum in re est.

Accusatus, nõ accusat accusatione pedere.

Matrimonium contractum per vim, & metum, an agatur, vt dissoluatur. Metus magis masculum quam feminam excusat.

Matrimonium qui & quado possunt accusare.

D matrimonij

trimonij incidimus, quod si quærat, qui possint matrimonium accusare, distinguendum est quod aut opponitur contra matrimonium, & accusatur propter aliquod impedimentum quod provenit ex peccato, sed ex defectu, vt est frigiditas artatio, & maleficium. Aut impedimentum, quod ex peccato provenit, puta consanguinitatis, & affinitatis. Primo casu non admittuntur, nisi soli coniuges, cum eorum tantum & non aliorum interfit; eo quia etiam existente dicto impedimento inter eos, possunt morari, adiuuicem si velint. vt in cap. consultationi extra de frigi. & malef. si tamen castè viuunt cap. quod Deo. 30. quæst. 5. Idem est, vbi peteretur diuortium, propter errorem cap. pro extra posuit de coniuga. seruo. & Idem vbi agitur, ad Thori separationem, propter adulterium. Istis enim casibus, alterius non interest quia quolibet inuito possunt se reconciliare cap. quemadmodum de iur. in fin. Secundo casu dicendum est, quemlibet admitti ad accusationem ad plenum diuortium celebrandum cap. tua extra de cogna. spiri. Est tamen benè verum quod quandiu supersunt consanguinei, non sunt extranei admittendi cap. consanguinei. non sunt extranei admittendi cap. consanguineos. 35. quæst. 6. & cap. reuocor de senten. & re. iudi. & hoc dicit Host in summa eod. tit. qui matr. accusa possunt, procedit tam in accusatione, quam in testificatione. ¶ Est ratio (secundum eum) 80 quia testes qui melius sciunt, & scire possunt veritatem, alijs præferendi sunt l. domitius. ff. de testi. Talesq; plus laborant in scienda genealogia, tum caritatis, tum recitatione maiorum leg. de tutela. C. de in iute. rest. mino. & leg. si filium de libera. cau. quod quidem dicit in aliquibus partibus non seruari, & male. Deficientibus tamen propinquis, deberent admitti vicini bona famæ, & ita intelligitur cap. tua nos extra de cogna. spiritua. & demum extranei. Admittuntur etiam maritus & exor ad accusationem cap. porro extra de diuor. & cap. significasti & hanc opinionem sequitur Specu. in eod. tit. Aduerte tamen quod Ioan. And. in addi. Specu. dicit non esse verum, quod existentibus consanguineis, non admittantur extranei, imò dicit quod etiam eis existentibus admittuntur extranei.

Testes melius veritatem scientes præferendi.

Qui ab accusanda repellendi sunt.

Testes omni exceptione maiores. Et sine qui repulsi à testificatione, & ab accusando repelluntur. Consanguinei ceteris præferendi. In qua cõ, & qui idem accusator & testis esse poterit.

¶ Dicit etiam Specu. quod repelluntur etiam ab accusando, excommunicati, item qui clam, & non publice accusant, nec aliquid volunt propria voce, sed per scripturam depromere, nec iurare. extra qui ma. accu. po. cap. à nobis. Item si gratia turpis quæstus accusant extra eo. cap. significante. Item qui malo zelo mouentur, vt quia odiunt alterum coniugum vel ex alia causa sunt suspecti cap. cum. P. extra de accusa. vel si sunt periuri, vel infames cap. cum oportet de accusa. & alijs modis vt ibi per eum. ¶ In hoc enim iudicio Testes debent esse bonæ opinionis & omni exceptione maiores, non domesticis non familiares, & non suspecti. literis extra de testi. vel si recusant iurare. Repelluntur & à testificatione omnes illi qui repelluntur ab accusando. ¶ Consanguinei vero admittuntur & extranei præferuntur. vbi de consanguinitatis gradu queritur, vt ex hoc matrimonium dissoluatur, vel quâdo aliqui volunt contrahere, & consanguinitatis gradus opponitur, sed si queritur an matrimonium sit contractum, vel non tunc habet locum capitulo super eod. de testi. ¶ In causa etiam matrimoniali idè potest esse accusator & testis ca. si duo 35. quæst. 6. quod dicit esse verum nisi de consanguinitate coniugum queratur quia tunc etiam consanguinei admittuntur. sed in alio casu valet quando queritur an contraxit cum ea, vel non licet sint admittendi pater, & mater ad accusationem & testimonium, tamen si propter potestatem alterius coniugum habetur testimonium alicuius suspectum, repellitur à testimonio, licet

cer non ab accusatione, & idem videtur, si dicitur primo cum alio contraxisse, vel totum emisisse, vel si de spiritali cognatione opponeretur ea. super eo de testi. & ita per omnia dicit Spec. vbi supra & idem etiam Hostien. in summa in 85 magis propriè dicitur matrimonium denunciari, quam accusari. Et dicit post se fieri in hunc modum videlicet, denunciatio vobis, domine Episcopo quod tractatur inter martinum, & bertam de contrahendo matrimonium, quod contrahi non debet, eo quia sunt consanguinei in tertio gradu. & hoc sciunt tales vel si matrimonium est contractum, dicatur matrimonium esse contractum inter tales, quod debet dirimi eo quia sunt consanguinei in tertio gradu, licet non esse de necessitate apponi gradum in libello dicat scias etiam hanc causam non esse criminalem, licet sit de crimine, est tamen mixta inter criminalem, & civilem; cap. tua de procur. ¶ Postquam vero oblatas fuerit libellus, quilibet debet iurare stare mandatis ecclesiæ. videlicet, quilibet coniugum. nam debent ipsi citari, quia factum principaliter eos tangit cap. ex literis de respo. 87 alijs non valeret sententia. ¶ Dicit vltra Hostien. in dict. tit. qui matr. accusa. poss. in rubrica de libe. accusa. quod si illi quos negocium principaliter tangit, noluerint se defendere accusationem putare debere publicari in ecclesia, & si quis affinis, vel cognatus, velit defendere matrimonium audietur, & demum hijs deficientibus quemlibet extraneum admitti. Imò plus dicit, quod etiam inuitis coniugibus est audiendus defensor. Et si apparebit defensor, poterit repellere accusatore ante litem contestatam ea. ad dissol. de dispo. impu. sed lite contestata minime, cum hæc exceptio dilatoria sit cap. inter monasterium de re. iur. & si nullus defensor appareat, iudex de plano inquiret. ¶ Potest etiam nullo accusatore apparere iudex ex officio procedere, si tamè nimia orta sit infamia, sed semper citandi sunt quos res tangit, & publicandum est, an aliqui velint accusare secundum Host. ibidè. & Spe. vbi supra magis late. Aduerte tamen qui credis casus istos nunquam euenire posse, & solum dicis velle attendere & vacare rebus altioribus, & de pane lucrando, quod dum hæc ego scriberem, existens Auditor Reuerendissimi Hieronymi siripanni Archipresulis salernitanorum, venit ad me cubicularius ipsius Reuerendissimi, & dixit, quod diligenter studee debuissim. 89 ¶ si posset impediri matrimonium, vel iam contractum dirimi, inter patrem adoptiuum, & filiam adoptiuam, seu vt vulgo dicitur inter patrem in sanctis, & filiam in sanctis, solent enim vulgares in ecclesia cum celebratione missæ, capere aliquam in filiâ absque alijs solemnitatibus. Ego dixi quod Hostien. & Ioan. And. & post eos Ioan. And. de san. Geor. & Panor. in ca. 1. de cogna. lega. in particulari decisum reliquerunt casum. dicit enim quod cum non sint seruata forma, quæ in adoptionibus seruari debet, vt fieret coram magistratu, & ipso autorizante, non debet impediri matrimonium per talem adoptionem, vel contractum dirimi, quia deficiente forma, atq; solemnitate, deficit adoptio, seu filiatio c. cum dilecta extra de referi. in fi. hæc enim solemnitas est de substantia, qua deficiente nihil valet actus l. in venditionibus. ff. de contra. empt. sicq; cum forma non fuerit hic seruata respondi non posse impediri. ¶ Pro his enim faciunt quæ habentur in l. quidam cum filium. ff. de verbo. obliga. & ibi Docto. & quæ habentur per Do. Alexan. in l. si pater tuus. C. de hæc. insti. & per Iaso. in l. quanquam. C. qui testu. facer. pos. quod licet aliqui Contrahant fraternitatem iuratum, nihilominus non contrahitur fraternitas naturalis, nec civilis. Et ideo talis fraternitas non præbet eis successiones, nisi sit factum pactum expressum inter eos de succedendo. quæ sunt notanda, ad hodierna tempora, quibus valde frequentatur fieri istos

Matrimonium dicitur magis denunciari quam accusari.

Iurare debet coniuges stare mandatis ecclesiæ.

Defensore non apparet in causa matrimonij qualiter procedendum.

De eodem. Iudex potest ex officio procedere in causa matrimonij.

Matrimonium inter patrem in sanctis, & filiam in sanctis an valeat?

Fraternitas iurata an successione præbeat?

Affinitas an contrahatur per coitum fornicarium.

fratres iuratos de quo etiam per Bal. & Ange. in Lille aut. ff. de hære. instituen. § An autem contrahatur affinitas per coitum fornicarium & illicitum dicas quod sit cap. concubuiti 32. q. 7. & est tex. in cap. de incestis. & ibi Gloss. in verbo concubitu 35. quæst. 2. & habetur ex tex. in cap. nec eam ead. cap. & q. sequitur ergo quod nulli ex consanguineis viri fornicantis, licet contrahere matrimonium, vel aliter se carnaliter commiscere cum muliere illa, cum qua frater aut consanguineus eius prius fornicatus fuerat, & conuerso & minimè licet viro fornicanti cum matre filia, vel alia consanguinea dictæ mulieris, contrahere matrimonium, vel se carnaliter immiscere, sed ab illarum cõcubitu omnino abstinere d. cap. de incestis. & si quis se immiscere ausus fuerit, committit incestum, & ille coitus propriè dicitur incestuosus, & abominabilis Deo. Vide Bermo. Chor. in tract. de pu. con. in § ad tertiam. speciem fornicationis. nu. 4.

Deo eodè circa pœnam.

91 § Er pro tali coitu non in figura matrimonij contracto, est pœna capitis de iure ciuili, sicut ex proprio incestu. l. si adulteriũ cum incestu de adulter. quod est verum si scienter habuit coitum, secus si ignoranter. Si verò interuenit in figura matrimonij subiunguntur pœnis de quibus in authen. incestas. C. de incest. nup. si autem ignoranter, non excusantur si erat mulier honesta, siue honesta viræ. vt ibi dicitur per Bar. & hæc opinionem tenuit Paul. Grilla. in tract. omni. coi. Aduerte tamen, & ne percurras, quod Anca. in confi. 391. in incipien. videtur prima facie, concludit quòd licet casu isto debeat dirimi matrimonium tanquam sit verè affinitas contracta, nihilominus pœna statuta de iure ciuili contra contrahentes incestas nuptias, non habet locum in illo qui fornicario coitu cognouit sapius vnã ex fororibus, & cù alia postea cõtraxit matrimonium.

Affinitatè per fornicarium coitum quò & quare ius canonicum inuenit.

92 § Per fornicarium enim coitum nõ contrahitur propriè affinitas, licet quo ad effectum matrimonij, dirimendi, ius canonicum, introduxit hanc affinitatè, & prohibitionem, non autè ius ciuile solum enim reperitur à iure ciuili prohibitum filium contrahere patris concubina. l. liberi. C. de nupt. omnes enim leges. quæ loquuntur de affinitate, loquuntur de affinitate legitima. vt patet in l. adoptiuus. §. nunc videamus de ritu. nup. licet ergo postea canonica constitutio prohibeat contrahi matrimonium cum illis cum quibus fornicarius coitus interuenerit, non tamen videtur quod pœna iuris ciuili antiqua, vel noua quæ de tali prohibitione canonica non cogitauit, ad hoc extendatur, quia in pœnis extensio prohibetur. capit. pœnæ de pœ. distinctio. prima. Et hanc opinionem firmatam reliquit Dec. in confi. 268. in colum. fin. vbi & hanc dicit firmatam, per Calde. in confi. vltimo de consang. & affi. & per Domi. à sanct. Gemi. in confi. 71. Titius colum. fin. Contrariã opinionem tenuit do. Abb. in ca. & si necessè circa fin. de dona.

Contrahès contra pluri bitionè canonum, cõtra leges cõtrahere uideatur.

94 inter vi. & vxo. § Mouetur quia qui contrahit contra prohibitionem canonum videtur contrahere contra leges, quia leges approbant canones, & canones dicuntur leges. 31. dist. ca. nicena. Et hanc etiam opinionem tenuit Signorell. in confi. 25. factum sic proponitur, qui adducit aliam rationem, nam dicit ipse, quando disponitur de delicto ex quadam consequentia, disponitur de eius pœna. l. 1. §. 1. ff. ad turp. Cum ergo ius canonicum talem inhibeat coniunctionem, videtur in consequentiam velle, quod habeat locum pœna, & quia disponendo quòd tales nuptiæ incestæ sint, videtur statuere, quod in talibus incestis nuptijs habeant locum omnia iura, quæ de incestis nuptijs loquuntur vltimus dicit ipse quòd cum ius canonicum talem coniunctionem alias de iure ciuili licitam inhibeat, & ad crimen incestarum nuptiarum reduxerit, videtur voluisse disponere, & statuere, quòd in tali cõiunctione habeat locum pœnæ.

pœnæ à iure ciuili impostæ propter incestas nuptias. vt l. lege. §. meminimus. C. de leg. hære. & arg. l. omnes cù ibi nota. C. de quatr. prescrip. postremo (secundum eum) quando ius canonicum tales coniunctiones esse illicitas affirmat ius ciuile sub generalitate verborum. vt in Auth. de eccle. titu. post princi. Videtur ergo ius ciuile, sub dicta generalitate verborum reputare dictas nuptias incestuosas. Et sic pœnæ de incestuosis nuptijs imminere debent. hæc ille. Dec. autem sibi ipsi aduersans. hanc opinionem Abba. in confi. 158. in proposito casu, sequi videtur. Mouetur rationibus Abba. & auctoritate superiore. & vltra eos, adducit alias rationes. & primo (dicit ipse) Bar. in l. 1. C. de edén. voluit quòd ille text. potest exemplificari in vsurario. per clem. i. de vsur. quæ postea superuenit. ita ergo (dicit) videri in casu nostro. Et licet cum induxisset hanc rationem: dicat videri sibi probabiliorẽ Ancara. sententiam, multa; ad corroborationem illius opinionis adducat; nihilominus adhuc (duræ cervicis) contrariam opinionem sequitur: propter auctoritatem Signorell. Abba. & Car. ex quibus (secundum eum) videtur hanc esse communem opinionem quam corroborant ipse tali medio. tex. in Auth. incestas loquitur in materia matrimoniali, in qua attenduntur canones: ergo verbum illud, incestas nuptias, licet prolatum sit à iure ciuili: intelligitur tamen secundum canones, ex quo canones in tali materia attenduntur. hanc suam consequentiam probat ex decisio. quam reputat sing. Io. And. in addi. Specu. in tit. de successio. ab intesta. §. 1. col. 4. ver. & quia de gradibus vbi inquit fuisse determinatum, quòd si statutum ciuitatis, imponit pœnam contrahentibus matrimonium in gradu quarto, vel ceteriorum intelligitur de gradu secundum canones. Et tenendo hanc partem nõ dicit ob stare rationes, quibus innitebatur Ancara. & primo in quantum dicebat, quod non debet fieri extensio in materia pœnali. quia hic non agitur de extensione de casu ad casum, sed de verborum proprietate quia propriè istæ nuptiæ incestæ sunt, secundum canones: qui in isto casu attendi debent. Minimè (dicit) ob stare quod dicebatur quod tex. in d. Authen. incestas, debet intelligi secundum leges: quia illud verum est, in materia in qua. attenduntur secus est, in materia spectante ad canones. Quid ergo dicendum? Mihi autem, videtur (quicquid dixerit Dec. sibi aduersans) probabiliorẽ esse sententiam Ancara. quam etiam sequutus fuit Aug. ab Arimi. in addit. Angel. in verbo, ch'm'hai adulterat lamia donna, & post eum Hippol. de marfi. in singula. 254. incip. ex illicito coitu. Et ne horum auctoritate tantum nitatur: Moueor ex notabili theorica Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. in quinta parte in secunad quæst. in quantum dicit. § Quod nouum statutum non porrigitur ad præterita, vbi cunq; nouum statutum facit aliquem actum esse delictum, vbi non esset, & ideo non porrigitur ad facta præterita. l. iubemus. C. de testa. in fi. & in Authen. de satis. Episcopo. §. si. cum; ergo noui canones faciunt delictum, quod non erat tempore legis ciuili, & Auth. incestas nuptias sequitur quod non debet trahi ad illam dispositionem & pœnam quæ erat facta in illis incestis nuptijs, quæ eo iure erant cognitæ, & nõ ad illas quæ reputantur licitæ. Moueor secundo ex notabili doctrina Bar. in l. in testamento. ff. de cõdi. & demon. in quantum voluit quod si dispositio in qua est adiecta pœna; cõmutatur ex aliqua causa, non intelligitur repetita pœna in ea dispositione cõmutata, cum ergo dispositio iuris ciuili vbi est adiecta pœna, nõ loquebatur in casu de quo agitur, & facta est altera dispositio cõmutans illã dispositionẽ iuris ciuili in quantum has cõiunctiones nõ reputabat incestas nuptias, sequitur quòd nõ habet locum illa pœna in hac secunda dispositione. Quid vltra? nonne habemus

Opinio auctoris.

Nouum statutum quando ad præterita exte datur.

text. in l. meminimus, & ibi not. Bal. C. de leg. hæ. & l. fi. C. de pig. & ibi Bar. & cap. 11. de constitu. & cle. 1. §. permiffis & ibi Cardi. de feque. poffe.

Lex noua
nō trahitur
ad præteri-
ta, fed ad
futura.

¶ Quod lex noua non trahitur ad præterita, fed ad futura: ergo non poffunt noui canones trahi ad præterita, vt intelligantur prouidere quod illa lex iuris ciuilibus imponens pœnam contrahentibus inceftas nuptias, habeat locum in cafu ab illa non reprobatio. Poftremo ad ftipulatur prædictis doctrina Bal. in Authen. cui relictum 4. col. C. de indic. viduita. tolle. in quantum dicit legem non habere locum, nifi in cafibus in ea comprehenfis, cum ergo ita fit: Authent. inceftas, non comprehendit in fe nifi illas nuptias inceftas, quas tunc temporis ius ciuile inceftas reputabat. has ergo de quibus fupra minimè inceftas reputabat, ergo de illis intelligi non debet. Hæc quidem, tanto magis procedunt, quia ius canonicum tantummodo introduxit, feperationem matrimonij, & pœnitentiam peragenda. Et tenendo hanc partem, non obftat noua ratio fua, quod ius ciuile loquens in caufa matrimoniali, intelligitur fecundum canones, quia hoc verum est in cafu fuo, fed non quod ius ciuile puniens inceftas nuptias à fe cognitas, & reputatas velut tales, habeat locum vt illa pœna etiam habeat locum in inceftis nuptijs additis de iure canonico. Nec verum est id quod ipfe dicit, quod opinio Abbatis fit communis, quia immo, contraria opinio videtur communior, probabilior, & magis confona veritati. Nam illam tenent Anca. Calder. Dom. à Sanc. Ge. Aug. de Arimi. Hyppo. de Marfi. & nonnulli alij, ergo ifta communior. Imo fi recte penfetur, Docto. in d. Authen. inceftas, dicunt quod ille textus cum fit pœnalis, debet intelligi de inceftis nuptijs tantum, non autem de illicitis alijs, quanto minus ergo debemus dicere, quod non habeat locum in illis inceftis, quæ eo tempore non erant tales. Ponderandus est rufus textus in Auth. de inceft. & nepha §. i. in corpore undefumitur: quia decidit cafum in quantum loquitur de illis inceftis nuptijs quas lex vocat inceftas, nephandas, & dannatas. Et fic videtur fe restringere ad illas tantum, quas lex ciuilibus vocat inceftas. Et licet poffet dici, quod cum lex femper loquatur. l. 1. ff. de cond. ex leg. l. Arriani, & ibi Bar. C. de hæret. loquendo de pœna imponenda contrahentibus inceftas nuptias, habere videtur locum in iftis inceftis nuptijs, fecundum ius canonicum Refpondeo quod manifefte patet (vt dixi fupra) illud textus fuisse factum quod ad inceftas nuptias de iure ciuilibus: & fic non cenfetur loqui de iftis Concludo igitur ueram effe opinionem Ancara. ¶ Modus autem procedendi per uiam accufationis, ab ordine procedendi per uiam inquisitionis fatis differt. ut demonftrabitur feriatim, in tota noftra praxi, cum eius ordinem fequi intendimus. ¶ Et ideo, raro per uiam accufationis, Romæ, & in partibus noftris, folet procedi, fed communiter deputatur promotor iurium cum quo caufa agitur. ¶ Illud etiam fcias quod accufatore deliftente, iudex ecclefiafticus procedit ex officio, ficut iudex fecularis cap. 1. de collu. detege & dixi fuperius. ¶ Quid enim li accufatus est clericus de vulnerato, & captus à iudice laico, & per vulneratum petantur alimenta, feu expenfe medicorum, & medicamentorum, & clericus petat fe remitti ad iudicem fuum, an antequam remittatur, debeat cogi ad præftandum expenfas illas? dicas quod fic, fi tamen ex informatione confiderit faltem summarie eum deliquiffe. ita Pet. & de Rebus. in tract. de fenten. prouifio primo tom. confi. art. 1. gloff. 5. & 6.

Accufatio-
nis ordo p
cededi dif-
fert ab or-
dine in qui-
fitionis.
Accufatore
deliftente iu-
dex procedit.
Clericus ac-
culatus de
vulnerato,
& captus à
iudice laico,
quando
ad expen-
fas & medi-
camēta ab
eo cōdem-
nabitur.

P R A E F A T I O.



I peccauerit in te frater tuus, corripe eum, inter te & ipfum folium &c. Denunciationis materia, ex hoc angulari lapide Chrifti profuens, fi rectè feruaretur, vt in ftituta fuit, & confirmata per facros canones, equidem nihil melius, nihil ue rectius, & falubrius fieri poffet. Illam enim non odio, non ira, non uicifcendi cupiditate, non inimicitia, non lucro, nulloque maleuolo animo, non animalium (vt inquitur motu) fed fpiritali potius, denunciatur quis, non vt puniatur, fed vt emendetur, & falubrem vitam affertetur. O quam bonam, & fua uem illam denunciationem, quæ toto charitatis affectu, in ecclefia fit, vt impia emendantur, bona fequantur, & ad vltimū finem, ad quem creati fumus omnes du cantur. Creuit hodie transgreffio, creuit malitia, vndique fubrepunt vitia, frigit charitas. omnes quæruunt quæ fua funt, nō quæ Iefus Chrifti. Quicquid animo (inquit Auguftinus fuper epi. ad Galat.) lacerato dixeris punientis est impetus, non charitatis corrigentis, dilige & dic quicquid uoles. Et in regula clericorū. Si enim frater tuus uulnus habeat in corpore, quod uult occultari, cū timet fecari, non ne crudeliter à te fileretur ac mifericorditer iudicaret, quāto ergo potius debes mani feftare crimen, ne deterius putrefcat in corde, & de charitate fermo. 7. Non putes te amare feruum, quando eum non cœdis, aut tūc amare filiū, quādo ei nō das difciplinā, aut tūc amare filiū tuū quando eum nō corrigis, nō est ifta charitas, fed languor. Moncamus igitur fratres noftros, moncamus in quā nō femel, fed femper, vt nouum induentes hominem, ueterem derelinquant. Inquit enim Ioan. Chriſto. in con. prima c. 16. ex Lic. fic igitur, & nos etiā fi fciamus omnia, debemus tamen infatigabiliter ac per omne tempus fratres noftros neglectos componere, etiam fi nihil ex admonitione fi uctus fit redditurū. Etenim fi Dominus qui prænouerat huiusmodi futurū euentum, hac uſus est follicitudine erge eum, qui nihil fructus laturus erat ex admonitione, qua tandē uenia digni fuerimus nos, fi quū incertis fit nobis rerū euentus, adeo fecordes fuerimus circa proximi salutē, poſt vnā atq; alteram admonitionē deferentes: Et fi correctio ni frater tuus noluerit parere, non improbaberis, ecclefia denunciare, vt emendetur ille, & non confundetur. Nec cradas hac denunciatione improbari & pefundari alteram, quæ fit, vt quis ueniatur, vtraque enim fubftinetur, & omnibus rectè penfatis omnis denunciationis fpecies in vtrunque incidit effectū. Si tamen rectus fuerit ceſſet animus, ceſſet odiū, & charitas nō deferatur. In delatio nibus nominis alicuius decet cum omnem hominem, tum regem maximè, & ecclefiaſtice reſtores, morem fequi Alexandri Macedonis, qui nemini delatorum vtrunque, fed vnam tantum pandebat, alteram de lato intergram feruabat, inde tandem quaſi interduas aures. medius ſententiā ferebat. Ergo ſi quifpiam ad te ſecreto delatus eſt, uide vt delatum, per te aut quemuis alium, ſemotis arbitris admoncas, eiufq; uel confeſſionem, uel excuſationem audias, delatore tamen occultato. Singulari cautione, opus eſt, ne delatoribus uel fides mox habeatur, uel uia deferendi profuſus præcludatur. Et quemadmodum niuiæ credulitatis eſt, omnia quæ audiffes pro certis accipere, qua inſidiatoribus abuti poſſent malum alicui machinando, ita omnibus aures claudere, imprudentiæ eſt. Multa enim ſæpe per multos indicantur, ad cauendum tibi ac Republicæ per neceſſaria. Itaq; principis eſt, nec delectari criminibus audiendis, nec fidem delationibus prius habere, quàm omnibus cognitio quæ cōtradici poſſint.

Præfatio.

D 4 Denuncia-

Prax. Cri. Can. 2. pars D. Pet. Follerij.
DENVNCIATIONE FACTA.
Cap. V.

S V M M A R I V M

- 1 Inquisitio dupliciter fit.
- 2 Denunciatio duplex.
- 3 Denunciatio priuata quæ fit, Et cui competat.
- 4 Denunciatio publica cui competat.
- 5 Denunciatio priuata à quo fieri potest.
- 6 Denunciatio publica à quo fieri potest.
- 7 Lis contestatur cum denunciatore priuatae denunciationis.
- 8 Denunciator priuatus non faciens partem in iudicio, qualibet prosequatur denunciationem?
- 9 Denunciatio triplex secundum Præpositum.
- 10 Denuncians pro suo interesse æquiparatur accusatori.
- 11 Denunciatores electi per curiam qui, Et quod ius habent in inquisitione.
- 12 Denunciatores citari an debeant.
- 13 Fiscalis est in qualibet curia Episcopali.
- 14 Episcopum fiscum non habet, Et an idem camere sue, vel Romanæ ecclesiæ possit confiscari?
- 15 Fiscalis curiæ non reputatur ut accusans.
- 16 Fiscalis officium quale eris.
- 17 Fiscus non potest iudicare.
- 18 Fiscalis quando, & à quo possit remoueri.
- 19 Fiscalis an sit citandus?
- 20 Sententia lata fiscali non citato, est nulla.
- 21 Fiscalis debet esse fidelis.
- 22 Denunciatio triplex euangelica, regularis, & canonica.
- 23 Denunciatio canonica duplex; Et que fit.
- 24 Denunciatio quot monitiones requirit; Et quis ab ea repellatur.
- 25 Denunciator ubi debet admitti: quid faciendum?
- 26 Denunciatio canonica generalis quæ.
- 27 Denunciatio specialis quæ.
- 28 Denunciatio euangelica quomodo differt a speciali canonica.
- 29 Denunciatio canonica quomodo differt a iudiciali?
- 30 Denunciatio canonica quare ita appellatur?
- 31 Accusatus qualiter citetur: & qualiter procedatur contra eum?
- 32 Denunciationis effectus.
- 33 Denunciatio an sit causa formandi inquisitionem?
- 34 Denunciationis canonice effectus.
- 35 Archiepiscopus non denunciatus crimina impunitis; an sit in pœna?
- 36 Archiepiscopus denunciare quemlibet debet.
- 37 Denunciator præuentus à iudice, vel à parte an puniatur.
- 38 Denunciator an teneatur se inscribere?
- 39 Denunciatori an credatur?
- 40 Præpositus falsò refert Salicetum: Et ideo Doctorum doctrine in fonte videnda.
- 41 Probatio an excludat probationem?
- 42 Teste de risis, & de audiuu differunt.
- 43 Denunciator quando denunciati innocentie indicium faciat.
- 44 Statutum faciens mentionem de accusatione: an comprehendat denunciationem?
- 45 Vbi est eadem ratio; idem ius statui debet.
- 46 Cessante causa, cessat effectus.
- 47 Iudex an simpliciter admittet denunciations.
- 48 Conditiones legitime denunciationis quæ sint.
- 49 Fiscus episcopalis curiæ succedit clerico decedenti ab investito.

Denunciacione facta.



DIXI in superioribus, versus finem, modum procedendi per accusationem, esse nimis longū, & raro eo modo procedi, tum in Romana curia, tum etiā in partibus istis: & ob id passim introductū esse procedit per inquisitionē, & partē offensam intente denunciationem iudiciariā, pro euitandis sumptibus, & expensis. ¶ In quo aduertendum est; qd dupliciter fit inquisitio, vt suo loco dicitur plenius, primo fit ex mero officio, & eo casu, nec requiritur denunciatio aliqua; secundo fit ad denunciam partis, & eo casu, licet proprie non sit mæra accusatio. tamen proceditur ita, & prout procedit in accusatione. Et tunc dicitur denunciatio præparatoria inquisitionis. ¶ Et sicut dupliciter per inquisitionem proceditur, ita duplex erit denunciatio altera quidē priuata, altera vero publica: priuata quidem est illa quæ requirit telam terminorum & modū procedendi: vt fit in accusatione publica vero minime, de vtraq; ergo dicturi. ¶ Illud scire oportet, qd priuata denunciatio est illa, quæ competit læso pro suo interesse; & de hac loquitur tex. in c. nouit de iudi. & Bar. in extrau. ad reprimendā in verbo per denunciationem, & Bal. in auth. ad hæc. C. de vsur. hæc autem est illa, quæ requirit telam terminorum accusationis. ¶ Publica autem denunciatio competit ex mero officio denunciantis ad vtilitatem publicam; ad hoc deputati leg. ea quidem. C. qui accu. nōn poss. & cap. episcopus in synodo 35. quæst. 6. ¶ Si autem denunciatio priuata intentaretur ultra modum procedendi similem accusationi, omnes exceptiones quæ repellunt accusatorem, repellunt pariformiter denunciatores. secundum Præpo. in cap. de accusatione 2. quæstio. 8.

¶ Denunciatio publica à quolibet & infami fieri permittitur: vt per Præpo. vbi supra & per Angel. de Arc. in lib. male. in verbo nec non ad denunciam.

¶ Cum denunciatio enim priuata denunciationis faciente partem in iudicio, cōstat lis, & vere dicitur aduersarius; & ipse solus potest expedire processum; est enim promotor voluntarius inquisitionis secundum Hostien. & Docto. in ca. cum clamor de testi. & Bal. in l. per hanc 6. col. C. de tempo. appella. & probatur in ca. cum dilectis de purga. cano. ¶ Si vero promotor inquisitionis nō vult esse particeps auctoris iudicij, quia nō vult in se suspicere prosecutionē iudicij, sed simpliciter instruere iudicē, vel accusatorem extraiudicialiter; & tūc non repellitur ita ut accusator: quia non potest præiudicare sicut accusator, quia tota tela iudicij pendet à iudice, vt probatur in l. verbū. C. ex qui. cau. infā. in o.

¶ Ob id ergo dicebat Præpo. in d. ca. accusatione, triplicem esse via denunciationis, quandoque enim priuatus denunciat iudici crimen ad excitandum officium iudicis, non tamen vult in se suspicere onus accusandi, nec prosequendi denunciam; & ista causa non faciat partem in iudicio, habita eius denunciatione, Papa cōmittit inquisitionē. vt est tex. in ca. cum l. & A. & ibi Panor. 3. col. de re iu. & habetur in ca. cum oporteat de accusa. de hac loquitur tex. in ca. licet de accusa. & hic est ille de quo supra. ¶ Aliquando quis denunciatio iudici crimen pro suo interesse. vel etiā reipublice vultque prosequi denunciam, & poterit & debet omnia facere, quæ debet & tenetur facere accusator l. l. s. incidit. ff. ad Turpil. & voluit Bald. in l. pe. hanc 6. col. C. de tempo. appell. & parer per su prædicta. ¶ Aliquando enim iudex non habens promotorem seu fiscalem ordinarium, seu habet in ciuitate, tamen in partibus longinquis, (vt fit in curia Metropolitana Salernitana) deputat aliquos qui querāt informationes, & curiæ referāt, vt plenius possit de delicto inquirere, & de istis loquitur ca. cum clamor de testi. & c. cum olim de accusa. De istis quæ dicit Alber. in d. l. ea. quidē 9. col. de

Inquisitio dupliciter fit.

Denunciatio duplex.

Denunciatio priuata à quo fieri potest.

Denunciatio publica cui competat?

Denunciatio priuata a quo fieri potest.

Denunciatio publica a quo fieri potest.

Lis contestatur cum denunciatore priuatae denunciationis.

Denunciator priuatus non faciens partem in iudicio.

qualiter prosequatur denunciationem.

Denunciatio triplex secundum Præpo.

Denunciatio pro suo interesse æquiparatur accusatori.

Denunciatores electi per curiam.

Et quæ ius habent in inquisitione.

de accus. quod quando iudex procedit ex mero officio, licet adhibitis istis promotoribus, vel denunciatoribus; sufficit quod exprimat se ex mero officio procedere, nec debet aliquid exprimere de illis instigatoribus: & est ratio: quia vt dicit Bald. in d. l. ea quidē nona colum. tales instigatores, seu informatores inquisitionis nullum ius habēt circa inquisitionem, sed solum possunt assistere relae inquisitionis. ¶ Et propterea inferebat Inno. in c. cum olim de accus. & in ca. cum clamor extra de testi. & post eum Bald. in d. l. ea quidem nona col. & nouissime Præpo. in d. c. de accusatione. 2. q. 8. 8. col. quod cum hi prosequutores, & promotores inquisitionis non habeant ius proprium, sed solum ius assistendi; potest procedi ipsis non alter ciuitatis. Grauant propterea communiter iudices inquisitos, dum eligunt coadiutores curiæ, & ipsis semper intiment omnia acta, quæ fiunt; quia tale iudicij nimis protelatur, & fatigantur expensis, sed passim ita seruatur. ¶ Aliquādo curia habet proprium ordinarium promotorem, & fiscalem, prout est quælibet curia Episcopalis. vt not. Card. in. c. 2. §. 1. de hære. & habetur per Felin. in cap. excommunicamus cod. tit. circa prin.

Denunciatores citari an debeant.

De eodem.

Fiscalis est in qualibet curia episcopali. Episcopi si scia non habet, & an idem camera sue, vel Romane ecclesie possit confiscari?

Fiscalis curia non reputatur vt accusans.

Fiscalis officij quale erit?

De eodem.

De eodem.

De eodem.

Fiscus non potest iudicare.

¶ Licet Bal. in rub. C. de pri. si. dixerit propriè Episcopum non habere fiscum, & sic nihil posse confiscare suæ cameræ, & si quis contrahit cum eo vel Episcopatu nõ propterea bona pia sunt tacite obligata. Et ideo dicebat in Authen. damnatorum. C. de bo. damna. quod Episcopus condemnans ad pœnam pecuniariam, debet eam applicare fisco Romanæ Ecclesie, non autem cameræ suæ. Sed contrariam opinionem omnes tenent. & pro ista opinione videtur glo. in cap. quia de concess. præbe. quæ est singu. secundum Bu. ibi & sequitur Imo. in 5. col. ibi & nota bene dicens quod vbi de iure veniunt confiscanda bona, tunc in clerico venit confiscatio facienda per cameram Episcopi. & ita sequuntur Bu. Imo. & Abb. in d. cap. quare. Abb. Ana. & Maria in cap. excommunicamus de hære. in prin. sentit etiam Oldra. consi. 302. 2. col. & latè vltra omnes Fel. in cap. cæterum de offic. ordina. nume. 10.

¶ Isteque fiscalis, & promotor iurium curiæ Episcopalis, non debet haberi tanquam pars accusans, Imo quod facit iste fiscalis, ex mandato iudicis, videtur facere ipse iudex secundum Præposi in d. cap. de accusa.

¶ Et poteritque fiscalis & promotor iste instare, pro viribus Ecclesie, & pro interesse reipublicæ præponit, agit defenditque, fiscalia sunt autem fiscalia, vbi de publica pecunia, vel vindicta agitur. Assistit enim Vicario eiusque curiæ in ipsis fiscalibus causis. Causarumque secreta noscit, ac prohibito intuetur.

¶ Eiusque officium (vt breuibus me absoluam) nihil aliud est, nisi officium iudicis, nam in eius locum succedit, secundum præposi. in d. cap. de accusatione. col. 3. in fine. ¶ Inferitur, nõ cõgruè, ex his quæ quicquid potest facere iudex, & ei ex iuris dispositione permittitur, in inquisitione permittitur pari modo ipsi pro motori seu fiscali. Et propterea potest petere quod detur terminus ad probandũ delictũ, potest remissoriã petere, vbi de iure cõcederetur, potest petere citari, carcerari, torqueri, & cõdemnari inquisitos, potest petere publicationẽ fieri, inquisitos nõ audiri, repeti testes, & interrogari testes examinãdos p. eos. ¶ Et sic iudex procedendo ex mero officio, potest reos cogere ad respondendũ, inquisitioni. vt notabiliter concludit dom. Abb. in c. cum super de confes. quasi ad finẽ. Et latius dicitur suo loco, pari modo fiscalis iste petere poterit, & ad eius instantiam cogetur. inquisitus respondere per iudicem, quia petit fiscalis fieri illud quod tenebatur ex sua mero officio facere ipse iudex. Et istud etiam fuit de mente. Præpo. vbi supra, & voluit Io. Ber. Diaz. in sua cano. pra. in ver. promotor seu fiscalis.

¶ Potest etiam assistere vna cum iudicibus in camera, vbi secreta tractantur, examini

examine etiam testium examinandorum assistere, & etiam torturæ inferendæ reis. Et in omnibus votum, saltem consilij gratia præstare, non tamen iudicare. vt bene scribit Octauia. Vestr. in sua partic. cano. in titu. de procu. si.

18 ¶ Et licet promotor inquisitionis simpliciter assumptus, per iudicem, possit pro libito eius remoueri. secundum Hostien. & Doct. in d. cap. cum clamor de testibus attamen iste fiscalis. cum vt plurimum eligi soleat a superiore, & cum salario, non poterit a iudice remoueri.

19 ¶ Vltierius, licet promotor, & simplex coadiutor curiæ electus a iudice, sit nudus minister, & non sit particeps iudicij, & ob id minime sit citandus: tamen iste fiscalis (de quo proximo loco dixi) dicitur particeps iudicij, & propterea citandus erit in causa. ¶ In tantumque citandus erit, quod nisi citetur, & feratur sententia eo non citato, erit nulla. vt est text. in li. 1. C. de sentent. aduer. si lat.

21 ¶ Debetque ille qui ad huiusmodi officium deputatur, esse fidelis, vitæ honestæ, & legalis, & cum sit publicus denunciator, in principio sui officij debet iurare; vt notat. Angel. in l. si vacantia. C. de bon. vacant. lib. 10. referent Præpo. in d. cap. de accusatione 2. quæst. col. 65. & post eum Ioan. Ber. Diaz. in verbo ego enim presbyter in fine. videris ergo quantum differat iste denunciator, seu promotor, ab alijs de quibus supradictum est. ¶ Postquam enim vidimus, quot modis per viam iudicialiæ denunciacionis procedatur restat vt videamus, quam alia uia possunt denunciari delicta, crimina, & excessus.

22 ¶ Ideo sciendum est, quod altera denunciatio reperitur, quæ dicitur Evangelica. de qua in cap. si peccauerit. 2. quæst. 1. Altera est regularis. quæ est secundum diuersas religionum institutiones. vt in cap. ad nostram cap. reprehensibilis cap. cum speciali, de appella. & in cap. cum contingat eod. titu. Altera dicitur canonica, quæ habuit ortum a lege veteris testamenti, secundum Innoc. in cap. nouit de iur. & Bald. in authent. ad hæc. C. de vsur.

23 ¶ Hæc autem altera est specialis, altera vero generalis specialis canonica competit illi cuius interest bonum habere prælatum, vel bonum subditum Ecclesie; & hæc solent fieri, vt remoueat a beneficio, vt 16. quæst. vlti.

24 ¶ Et in hac dicit Specu. in titu. de denuntia. quod requiritur trina monitio: nec ad eam admitti debet, qui potest ab accusatione repellitur, vt in cap. cum oporteat extra de accusa. & cap. cum dilectus, & cap. licet heli. extra de Simo. & est ratio, secundum Specu. vbi supra: quia accusatio & denunciatio canonica equi parantur. vt in cap. constitutus extra de appellatio. ¶ Est tamen bene verum quod vbiunque in denunciacione ingeritur aliqua difficultas, vt quia dicitur de inhabilitate, vel aliter; tunc iudex, ea denunciacione post habita, ex suo officio procederet, nec punitur denunciacionem hoc modo desistendo, aut vsque ad finem causam non perducendo. secundum Inno. in cap. licet heli. & ibi dom. Abba. extra de Simo. licet Hostien. tenuerit contrarium. Et tunc procedendo ex officio, non requiritur denunciatio. secundum eundem Abbat. vbi supra.

26 ¶ Canonica vero denunciatio generalis, & publica, potest dici cum agitur de matrimonio impediendo, vel dissoluendo; vel cum in foro canonico ageretur de peccato corrigendo: si tamen in eo, non includeretur aliquando interesse priuatum, & in ista admittitur quilibet; & si ab accusatore, alias repellitur, nec in ea requiritur trina monitio. ca. ad dissoluendum extra de sponsa. impu. & cap. præterea extra de sponsa & si contigerit denunciacionem; uelle prosequi, iudex ex officio poterit prosequi cap. cum in tua extra de sponsa. ¶ Est & alia denunciatio specialis, & regularis, & ista solet fieri per subditum pro interesse suo, denunciacionem prælatum suum delinquentem. vt habetur in cap. ex parte

Fiscalis quando & a quo potest remoueri. Fiscalis an sit citandus.

Sententia lata fiscali citato est nulla. Fiscalis debet esse fidelis.

Denunciatio canonica duplex. Et quæ sit. Denunciatio quorū monitiones requirit? Et quis ab ea repellatur. Denunciatio ubi non debet admitti; quid faciendum. Denunciatio canonica generalis quæ.

Denunciatio specialis quæ.

ex parte adæ de testi. & in cap. filius vel nepotibus 16. q. 7. solet etiam fieri per rectorem parrochiale denunciantem suum parrochianum, vel per superiorem suum subditum. vt cap. 1. de offic. arch. & in cap. licet heli. extra de simo. vel (vt vnico verbo me expediam) sit per quemcunque denunciantem crimino de iure canonico denuncianda. secundum Bald. in Authen. ad hæc. C. de vsur. pro quo facit gloss. in ca. quia propter 2. quæst. 7. puta si denunciatur prælatus tanquã dilapidatur bonorum ecclesiæ; quo casu quilibet admittitur. vt in S. ff. in Auth. quo oportet epi. & s. licentiam in Auth. de non aliena. Item per eam potest denunciari peccatum occultum; & denunciatio ista æquiparatur accusationi. vt in cap. constitutus el 2. s. fin. de appella. & vocatur priuata hæc ratione quia licet tendat aliquo modo ad vtilitatem publicam; videlicet ad pœnitentiam, seu ad correctionem, & pœnam pro crimine imponendo, tamen denunciatus mouetur ex proprio interesse, & priuato cõmodo; quod quidem spectatur ex denunciatione criminis, vt provideatur ecclesiæ, vel beneficio cui præst. ¶ Est tamen differentia inter hanc denunciationem, & illam euangelicam: nam ista canonica denunciatio tendit ad pœnitentiã peragendam: quandoq; separatim, & pœnam etiã imponendam separatim. quandoq; ad vtrunq; videlicet ad pœnitentiam peragendam, & pœnam imponendam, prout denunciator ex forma petitionis postulauerit, vel etiam iudex cessante denuncia- 28 tore elegerit. cap. licet heli. & cap. per tuas de simo. ¶ Differt etiam à iudiciali, quia iudicialis competit principaliter pro priuato interesse prosequendo, & illo consequuto, cessat priuatum iudicium l. quod senatus. ff. de iniur. & l. interdum. S. qui furem. ff. de fur. Sed ista canonica & si moueatur pro priuato interesse, tendit tamen ad pœnitentiam peragendam, vel pœnam imponendam, 29 vel etiam ad vtrunq;: imo prouidet aliter quam accusatio, vel inquisitio: nam accusatio tendit ad publicam vindictam, & ad quandam rigorem iuris quo imponitur pœna ordinaria pro criminibus. vt in cap. tua de pœn. & in cap. super his extra de accusa. & non fit nisi cum magno rigore, & solemnitate. (vt supra dixi.) ¶ Sed ista denunciatio canonica habet in se temperamentum æquitatis, & ideo vocatur canonica, eo quia canones plus æquitatem quam rigorem amplectuntur cap. 1. de pact. & cap. per tuas de simo. nam ista denunciatio canonica tendit ad pœnitentiam peragendam, vel pœnam imponendam, per quam satisfiat priuatio interesse promouentis, vel ecclesiæ. aut beneficij, quod habet denunciatus: & ipse denunciatus non punitur pœna ordinaria: sicut in accusatione. cap. licet heli. & cap. per tuas el. 1. de simon. ¶ Item alteri facit & prouidet quam inquisitio: quia per inquisitionẽ procedi non potest, nisi præcedente infamia & clamosa insinuatione, illa denunciatio canonica procedit sine illis requisitis: qui fit ad correctionẽ: & sufficit quod charitatua præcesserit monitio ad denunciationem promouendam cap. super his extra de accusa. secundum Specu. in tit. de denuncia. S. ff. in princ. & Præpositum cap. de accusatione 2. quæst. 3. ¶ Non omitto, vobis dicere, quod vbicumque non procederetur ex mero officio: sed prorsus per accusationem, aut per denunciationem, non oportet aliter citari inquisitum super capitulis, aut aliter formari inquisitionem, vt latius suo loco dicam, sed eo casu sufficit citari eum, quod compareat ad se excusandum, & defendendum super tali accusatione, seu denunciatione contra ipsum facta, per talem, vt dicit Bal. in l. ea quidem. C. de accusa. s. col. & est de mente Bar. in extrauag. ad reprimen. in verb. per accusationem. Et ita seruatur Romæ, & in metropolitana curia salernitana, secundum Ritus per me recollectos & ordinatos, ibidem. (vt in fine praxis adnotabo.) ¶ Effectum

Denunciatio euangelica quomodo differat a speciali canonico. Denunciatio canonica quomodo differat a iudiciali.

Denunciatio canonica quare ita appellatur.

De eodem.

Accusatus qualiter citet, & qualiter procedatur contra eum.

¶ Effectum autem huiusmodi denunciationis non alium esse scito: nisi quia superiores, auditoque per probos viros denunciatur crimen, debet per se inquisitionem super fama formare, & alijs coniecturis delicti, vel alteri formandam committere l. congruit. ff. de offic. præsid. ca. Deus omnipotentes. 2. q. 1. ¶ Denunciatio etenim sola, per se non est sufficiens, ad causandam inquisitionem, super veritate criminum. l. verbum ex qui. cau. infra. irroga. & notat. per docto. in cap. cum oporteat de accusa. ob ibique dicebat Bal. in l. ea quidem s. col. C. de accusa. quod denunciatio non est sufficiens ad promouendam inquisitionem super veritate criminis: nisi fiat super notorio semiplene, idest de quo appareant fama, vel iudicia sufficientia. Non enim si Papa, vel alius superior inquisitionem committit, videtur tollere ordinem iuris. vt possit procedi ad inquirendum de veritate, si inquisitus non sit diffamatus. iuxta cap. qualiter & quando. Imo plus dicebat Hostien. in cap. qualiter el primo de accusa. quod si superior committat citari testes super veritate criminum, adhuc intelligitur præcedente infamia. Et quando committeret expresse inquiri, non præcedente infamia, præsumeretur rescriptum subreptitium, vel falsum potius: & esset expectanda secunda iussio. secundum Hostien. ibidem. A deoq; vera sunt prædicta, quod si denunciatio fieret à pluribus, non datur iusta causa inquirendi iudici, nisi constet de fama, vltra denunciationem. vt est casus in c. licet heli. versi. nos vt prædiximus de sim. vbi patet, quod quamuis monachi fundatissent Abbatem suum de nonnullis criminibus: superior tamen fundat se, & procedit ad inquirendum ex infamia præcedenti. ¶ Effectum vero istius canonice denunciationis, quam pars denunciatus prosequitur, est correctio, ea super his extra de accusa. & d. c. licet heli per quam correctionem pœnitentia denunciato inungitur, & pœna imponitur e. cum dilectus de purga. cano. ca. veritatis de dol. & contu. & in ista imponitur pœna, sicut in iudicio inquisitionis. vt dicit Specu. in titu. de inquisi. S. nunc videndum versi. si vero per modum denunciationis. Vbi plus dicit, in versi. potest etiã quarto, quod si sit tale crimen quod denunciatur, propter quod impeditur exequutio ordinis, vel beneficij retentionis, post peractam pœnitentiam, deponetur denunciatus iuxta formam d. cap. inquisitionis licet simpliciter fuerit petatum à denunciatore, quod remouetur ab administratione: quia priuato venit de necessitate, nõ. n. aliter dici potest vera correctio, nisi cesset in talibus ab exequutione ordinis, vel dimittat beneficium. si vero non sit tale crimen, quo impediatur ordinis exequutio, vel beneficij retentionis, & tunc imponitur pœna arbitrio iudicis, moderanda iuxta formam d. cap. inquisitionis, versi. alioquin. Est tamen bene verum, quod Panorm. in d. cap. inquisitionis, dicit esse attendendam formam petitionis denunciantis, qui si solum peteret remoueri prælatum, ab administratione, priuabitur; & dixit Hostien. in summa, in titu. de denun. S. fina. q. si solum petat denunciatus, imponi denunciatio pœnitentiã, nõ procedetur ad pœnæ impositionem. Et si solum peterit pœnam imponi, non imponetur pœnitentia, & si peterit vtrunq; super vtroq; pronuncietur d. ca. qualiter & quando el. 2. & calicet heli de simo. & refert & sequitur Præpo. in dicto. capit. de accusatione. ¶ Et quia vt plurimum per diocesim solent deputari archipresbyteri locorum ad denunciandum crimina & capiendam informationem, & si non fecerit incurrunt in pœnam constitutionis synodalis, vt in metropolitana salernitana seruatur. an si omisit denuncia- 35 re archipresbyter crimina impunibilia puniuntur? dicas quod sic, quia cognitio viris, vt iam tale delictum sit punibile? spectat ad eum, sed ad iudicem. vt l. fina. S. diuus

Denunciatio non sit causa formandi inquisitionem.

Denunciatio an sit causa formandi inquisitionem.

Denunciatio canonice effectus.

Archipresbyter non denunciatur crimina impunibilia, an sit in pœna.

diuus & ibi Bar. ff. de pub. iud. & ibi Ioan. de Imo. & Idem Barto. in l. si quis in graui. §. si maritus. ff. ad sillania. & in d. l. diuus vers. vltimus quæro, & in l. 1. §. qui denuntiant in pe. q. ff. ad turpil. Sal. in d. l. ea quidem in pri. vers. quæro quarto. ¶ Quenlibet etiam delinquentem denunciare potest etiã eum quem non possit accusare, secundum Saly. in l. diuus ff. de custo. reo. in ver. quæro an quilibet licet. Barto. ibidẽ tenuit cõtrariũ. ¶ Nunquid n. excusaretur, si dicat se nõ denũciasse, eo quia dicat se ignorasse delinquentẽ? Barto. simpliciter in d. l. diuus. vers. vltimus circa l. nostram dicit quod sic. per l. Si ideo. C. de his quib. ut indi. Bald. in l. duobus. §. si. ff. de iur. iura. dicit quod si fecisset diligentia suã, vt inuestigaret delinquentem, nec potuit scire, vt quia delictum est commissum denõte, vel in multitudine, tunc excusatur, aliter non. Saly. in d. l. diuus dicit attendenda esse verba statuti, nam si dicant qd teneatur denunciare omnia maleficia, & crimina quæ fieri contigerint, tunc non excusaretur, at si dicant qd teneatur denunciare omnes delinquentes, tunc excusaretur si scit delicta & crimina, nõ tamen scire delinquentes. Simili modo, si verba statuti, vtroq; modo cantarent in personã scilicet, & in rem puta qd denunciarent omnia delicta, & omnes delinquentes, tunc tenetur denunciare delicta, licet ignoret patratores. ¶ Qui dux si denunciator, præueniatur ab iniuriato, vel à iudice inquirente, an puniatur? dicendum est, qd aut ei poterit negligentia imputari, aut non: primo casu tenetur, secũdo vero minime. vt l. 1. §. eleganter. ff. de libe. agno. & voluit Bar. in d. l. diuus vers. quæro si talis denunciator. & ibi Saly. vers. nec præuenientia accusatoris. ¶ Nunquid ergo denunciator, teneatur se subscribere, ad pœnã talionis, vel aliam pœnã, secundum formã sinodaliũ constitutionum, quæ cõmuniter prouident in hoc; vt est Salerni. & Neapo. Præpo. in c. de accus. fatione 2. q. 8. simpliciter dicit qd non; dicẽs de hoc esse casum in l. ea quidẽ. C. de accu. nec huic conclusioni dicit ob stare text. in l. fina. C. eod. titulo, quia ibi loquitur in accusatore. & ita dicit secundum Bartol. in l. diuus. ff. de custo. reo. vers. quæro vtrum ille qui denunciat. & ibi Saly. vers. ergo quæro an denuncians. Tu autem intellige quando fit denunciatio per officiales deputatos à curia, at secus si fit à parte offensa, secundum terminos de quibus supra. & hoc probat tex. in d. l. ea quidem si recte pensetur. ¶ Procedendo ad alia quæro, an adhibear fides denunciatori? Bar. in l. diuus vers. tertio quæro, quis sit effectus denunciationis. ff. de custo. reo. dicit quod quædam sunt delicta, & maleficia graua, & in istis dicit non esse credendum denunciatori; quædam non sunt maleficia graua, & in isto casu, dicit esse aduertendum quod quandoq; ponuntur denunciatores, vt referant verẽ quod re ipsa inuenerunt, uel inueniẽt; & illud tantum quod vident, exemplum, dicit ipse mittitur aliquis ad perscrutandum ludentes per ciuitatem, vel portates arma, & similia leuia, & in istis creditur (secundũ eum) tali denunciatori. & ita dicit procedere tex. in l. 1. §. quies. ff. de offic. præf. urb. Sin autem non deputantur denunciatores ad referendam quæ ipsi vident, sed illud quod reperiunt ex auditu, & fama aliorum; & tunc istis denunciatoribus nõ creditur. Sed bene eorũ dictũ sufficit ad inquirendum nõ autẽ ad puniendũ. Et ita dicit debere intelligi tex. in d. l. diuus. Iaco. But. in l. 1. C. de re. iudi. dicit prout refert Saly. in d. l. ea quidem nu. 19. quod si statutum, quod credatur denuncianti, debet intelligi, donec contrarium probetur per denunciatum; ipseq; Saly. transit cum opinione Bart. uolui referre dictũ Iaco. Butri. vt scias quo modo referuntur doctrinæ doctõrum. ¶ Nam Præpo. in d. c. de accusatione refert Iaco. Butri. dicere (ex relatione. Salyec.) quod creditur denuncianti, & dicto eius statui, etiam statuto hoc expresse non dictan-

Archiepiscopus byter denũciare quilibet debet.

Denunciator præuenitur à iudice vel à parte an puniatur?

Denunciator an teneatur se inscribere?

Opinio Do. Auctoris.

Denunciator an creditur.

Præpo. falso refertur Saly. Et nõ

39

37

38

39

40

tem;

tem; tamen intelligitur donec cõtrarium probetur. & tamen (vt vides) Saly. refert contrarium dicere; (vt supra retuli.) Bonum & necessarium est, vt semper doctrinæ videantur in fonte. Ipse idẽ Præpo. inuoluit quæstionẽ, disputans, qd aut lex vel statutum dicat stari debere simplici dicto alicuius aut stari debere sacramento alicuius: Primo casu (ex mente Ange. & Imol. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infe.) dicit quod in dubio debet stari, nisi aliud probetur. & si forte sit talis officialis qui iurasset fideliter exercere suũ officium. Secundo casu, aut lex, vel statutum vult stari sacramento alicuius, præcedente contumacia alterius, vel dolo, de quo constat, & tunc videtur qd stari debet iuramento; nec contra probari possit. per ea quæ habent in Auth. sed nouo iure. C. de fut. aut non constat aliter de delicto, & tunc aut iudex dicit in subsidium stari debere sacramento, & põt probari contrariũ. vt ea statutũ. §. 1. de rescrip. li. 6. ratio est, quia iuramentũ etiã, succedit in locum alterius probationis: & non est dubiũ, qd si alia probatio fieret, possit probari cõtrariũ. ¶ Quia probatio nõ excludit probationem c. fraternitatis cum vulgaribus. extra de rescri. Aut lex statutũ simpliciter dicit debere stari sacramento, & tunc si sumus in spiritualibus, poterit iudex ex officio, non obstante sacramento inquirere veritatẽ. Aut sumus in nõ spiritualibus, & tunc si expresse nõ disponitur in casu in quo queritur, sed sit extenso per quandã similitudinẽ, tunc videtur probari contrariũ. Aut expresse disponitur in casu, in quo queritur, & tunc est dubiũ. Nã videtur qd amplius non debeat agitari, ne detegatur peritium. Benevole lector, vides quam varia sit quæstio proposita per Præpos. de eius decisione, quæstio enim est, an credatur denũciatori? & decisio est; an stante statuto quod credatur denuncianti sit ei credendum, & possit probari contrarium. Longẽ. n. diuersa sunt. Nam (vt videri licet) Bar. supra allegatus ponens quæstionẽ loquitur nullo stante statuto, & in eo casu facit illã pulcherrã decisionẽ de qua supra, quæ tamẽ vera est. Bene tamen verũ est, quod in quantum facit distinctionem, quod aut mittuntur denunciatores ad referendum quæ ipsi vident, aut quæ ipsi audiẽt; iudicio meo, illa diuersitas quam ipse considerat, vt primo casu probent, secundo vero nequaquam, non causatur à modo, & qualiter deputationis & missionis ipsorum deputationum seu denunciatorum. ¶ Sed bene à differentia & diuersitate, quæ est inter testimonium auditus, & vitus. Concluditq; Bar. (vt supra retuli) quod aut sumus in leuibus, aut in magnis, & sua conclusio atq; decisio procedit nullo stante statuto. Nã stante statuto, quod credatur denunciãti, est alia quæstio, & forte nõ habens tantã difficultatẽ. Et ad meã opinionẽ confirmandam, in istis decanis seu Archiepiscbyteris, qui in eorum cõmissionibus iurant denunciare delicta, & crimina, ex quo eorum personæ sunt approbate, & iurate, & tenentur denunciare maleficia, secundum veritatem (prout ipsi sciunt) aut scire possunt, est præsumptio, prout ipsi referunt & denunciant. arg. cap. qualiter & quando el. 2. §. ad corrigendos extra de accusa. & cap. super his extra eo. tit. in prin. & sic resultat ex eorum dicto inditium. ¶ In tantum quod dicit Blan. in practi. crim. fol. 135. in paruo volu. ex mente Carpoll. in cons. 37. nu. 3. quod si denunciator dicit aliquid in fauorem denunciati facit inditium innocentie pro eo. ¶ Quid enim si lex noua, vel statutum facit mentionem de accusatione, an comprehendat denunciationẽ, vel inquisitionem? Ioan. And. in ca. frequens. §. nullũ de rescri. spolia. lib. 6. videtur sentire qd non, & Idẽ Ioan. And. & Archi. in c. in demnitanibus. §. 1. de electio. lib. 6. Sal. vero in l. ea quidem in 8. col. C. de accusa. tenet cõtrariũ in denunciatore spontaneo. Præpos. in ca. de accusatione in pe. col. 2. q. 8. dicit esse delinquendũ, qd aut apparer de mente legis,

doctõrũ doctrinæ in fonte vidẽ da.

Probatio an excludat probationem?

Op. do. Auctoris. Textus de vitu & de auditu differunt.

Denunciator quæ denunciat in nocetia iudici faciat. Statuũ faciens mentionem de accusatione, an comprehendat denunciationem.

legis, quod voluit sentire tantummodo de accusatione, & cætera excludere, vel e contra primo casu, quādo lex voluerit sentire, de vno remedio tantum, videlicet de accusatione, & nō de cæteris, vt puta, quia saepe lex repetit vnum de dictis remedijs, videlicet accusationem, nam eo casu, dicit ipse, cum ministerio, saepius lex vtitur vno remedio, repetendo, quia videtur voluisse de eo tantum sentire, & ita dicit procedere dictum Gemi. & Io And. & quod lex saepius repetendo vnum verbum, videatur ad alia non nominata eius dispositionem non extendere, dicit esse gloss. in cle. 1. in verbo diocesanis de iur. patro. vel etiam potest apparere vno remedio, repetendo, quia videtur voluisse de eo tantum sentire in materia. ca. libellorum ca. cau. & quæst. & libellorum de accusa. dum loquendo in materia inscriptionis volunt quod accusatio non procedat sine inscriptione ad pœnam talionis, certe hoc casu dicta iura non comprehendet denunciationem etangelicā. iudicalem. vel canonicam, in qua promotor inquisitionis nō facit partē in iudicio, quia in istis non requiritur inscriptio, nec enā cōprehendit dicta iura inquisitionē. Vel etiam apparet de mēte legis, ex eo, quod odio personæ prohibetur quis accusare vel pro reuerētia accusanti prohibetur accusari. Istis. n. casibus nō censetur prohibitus iudex inquirere, vel alias inferior denūciare. Et ita procedunt quæ nor. Bal. in l. 1. C. si tut. nō gesse.

Vbi est eadem ratio: idē ius statuti debet.

¶ Si vero non apparet de mente legis expresse: tunc procedat opinio, quod lex noua, vel statutum loquens de accusatione trahatur ad inquisitionem, denunciationem. & e contra, vbi est eadem ratio. Nam dispositio legis facta de homine, vel actu, respectu certæ qualitatis, trahitur ad alium hominem vel actum diuerso nomine. sed ipsa similem. l. ex facto, & ibi per Bald. per illum tex. ff. de nego. gest. vbi ergo eadem ratio dicat, quod illud statutum est de accusatione, procedat in inquisitione, vel denunciatione lex noua, vel statutum loquens de accusatione, trahitur ad denunciationem: & facit text. in l. cum hij. §. si vni de trans. ¶ Sed vbi cessat ratio legis, vel statuti loquentis de vno ex dictis remedijs, tunc lex, vel statutum non extenditur ad aliud cap. cum cessante de appella. vbi esset diuersa ratio statuendi in vno quam in alio cap. sicut vrgeri. & ibi gloss. 1. quæst. 1. & ita pertransit. ¶ Illud tamen non omittas scire, quod multum debet esse diligens circumspectus iudex in admittendis similibus accusationibus, & denunciationibus, vt consideret quo zelo, & animo fiat accusatio, vel denunciatio: quis denunciat, quisue denunciatur.

Cessante causis cessat esse &? Iudex an simpliciter admittet denunciationes.

Conditio- nes legiti- me denun- ciationis q̄ sint.

¶ Dicit enim Alexau. de Alef. par. 3. quæst. 42. membro 5. quod plures conditiones (vt legitima reputetur denunciatio, siue accusatio) debent concurrere, prima est discretio iudicij, eo quod terribiliter dicitur Matth. 7. in qua mensura mensi fueritis, rementietur vobis. Inde est, quod ab accusatione repelluntur omnes illi qui non fuerint discretionis capaces. Item secundo requiritur zelus charitatis ad correctionem fraternam, quod respicit illa prohibitio Leuit. 19. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum. qua ratione repellantur ab accusando inimici, seu odiosi, vel suspecti de inimicitijs. vnde dicit Anselmus, quod accusatores esse non possunt qui ante hesternum diem inimici fuerunt. Item requiritur in accusatore, vel denunciatore, verbum veritatis. vnde dicitur Leui. 19. Non facies calumniam. Calumnia est falsa criminis impositio. Inde est, quod propter suspicionem falsitatis, excluduntur ab accusatione infideles & detractores. Infideles propter peruersionem veritatis circa diuina. Vnde canon Pij Papæ. 3. quæst. 4. reprobari (inquit) eorum oportet redargutionem, qui in recta fide suspecti sunt. Detractores excluduntur propter peruersionem veritatis circa humana. Vnde Beatus Severinus. 3. quæst. 4. Detractores

res

la assertio infamiae, non autem probatio per tex. in d. c. inter sollicitudines de purg. cano. sed si bene consideretur dictum Innoc. videtur parificari ordinariū, & delegatum dum dicit, quod si Papa mandat delegato vt inquirat de cens. ad audientiam nostram peruenit & cap. sicut enim tunc ordinarius potest alia famæ, aut infamiae probatione posset procedere, ita delegatus potest eo casu inquirere absq; alia famæ, aut infamiae probatione. Abb. in d. c. cum oportet. & Pe. dicitur ordinariū posse absq; processu infamiae præambulo inquirere de veritate criminum, nec tenetur facere fidem nisi coram superiore si cōtigerit appellari. & ita etiam voluit Spe. in tit. de inquisi. §. nunc tractemus, versū. hoc autem scias, & Hostien. in d. ca. cum oporteat faciens expressam diuersitatem inter ordinariū, & delegatum. sicque etiam concludit But. ibidem. Ego autem puto nullibi probari, quod ordinarius possit absque præambulo infamiae processu inquirere: imo totum contrarium. Nam in primis tex. in ca. inquisitionis de accu. probat expressè contrarium, nam ibi Papa scribit Episcopo Gehennensi, & ad eius dubia, & sic iudici ordinario, & decidit non valere inquisitionem, si non præcessit fama, aut aliqui clamores, & tamen erat probatum per tres testes de visu, qđ delictum fuerat commissum in eorum presentia, patet igitur ibi oppositum eius, quod Docto. videntur concludere, & videtur text. ille ponere regulam, adeo, quod in quantum in cap. cum oporteat de accusa. dicatur requiri infamiam præcedere; & loquatur in delegato non potius singulari. & text. in cap. qualiter & quando volens generalem regulam (qualiter prælatus contra subditos de eorum excessibus debeat inquirere) ponere dicit inter alia debere tunc inquiri si clamor & fama sit de delictis, de quibus fieri prætenditur inquisitio; adeo quod diutius tolerari non possit. Nec ille text. distinguit inter delegatum, vel ordinariū. imo expresse in ordinario loquitur. nec aliud probatur ex tex. in d. ca. inter sollicitudines de purg. cano. imo idem, taliter quod non video in quo possit hæc opinio fundari, & dicant quicquid velint Doct. & glo. in cap. 1. de off. ordin. (quia videbatur tex. illum liberam dare licentiam inquirendi ordinarijs) restringit vt ita demum procedat: si fama, & validus clamor præcedat. & Abb. ibidem sequitur opinionem Glo. in inquisitione ordinaria, at secus in extraordinaria, cū visitat diocēsim. Abb. in cap. olim de accusa. versū. & aduerte. nume. 9. videtur sentire, quod quando tractatur de inquisitione ad puniendam semper requiritur infamiam præcedere: quasi quoddam aliud non requiratur. ¶ Quare Franc. de Aret. in d. cap. qualiter, & quando dicebat, qđ id quod dicitur qđ in ordinario inquirente non requiratur infamia, procedit quando tractatur de inquirendo ad penitentiam peragendam, non autem quo ad pœnam inferendam, quia tunc debet præcedere infamia 2. col. versū. secundo sequitur, Alibi Abb. in d. cap. cum oporteat de infamia 2. col. versū. sequitur primam opinionem, quam quasi omnes videntur admittere, qđ ordinarius si non vulr, potest (non aliter inquirendo de infamia) inquirere de veritate criminum. Ego autem puto veram opinionem, ordinariū posse inquirere absq; præambulo infamiae probationis cum grano tamen factis, si asseruere dicat in inquisitione de infamia, & natura delicti non repugnat. Ratio enim fundamentalis quare ordinarius possit non præcedente infamia inquirere, est illa: quia cum ipse sit præsens in diocēsi vbi fit inquisitio; præsumitur quod sciat & plenam notitiam habeat, & qđ sit formatus saltem extraiudicialiter de infamia, & quod non aliter processisset ad informationem. & maxime præsupposito quod per se ipsum illam faciat argu. cap. quosdam de præsump. ca. irrefragabili de offic. ordi. de prima eodem tit. Hostien. & Ioan. Andr. in

cit sola infamiae assertio absque probatione.

Opi. do. Aret. ibo.

Opi. Aret.

Opi. Abb.

Opi. do. Aret. ibo.

in ea. cum nostris de concessio. præben. Cardi. in clemen. 2. num. 15. quæst. 17. & Deci. in consi. 224. in casu præposito, ante finem, versic. alio etiam principali, latè Quintilia. Mendo. in regul. 19. de infirmis. 16. quæst. numero 12. cum sequen. Fely. latè in cap. ad aures nume. 15. in fine de rescript. unde sicut (vt infra dicemus) si Papa per verba assertiua narrat in rescripto delegationis inquisitionis de infamia, non requiritur alia probatio infamiae in delegato ratione quia præsumitur ipsum esse informatum & verum dicere, à fortiori id dicendum est in ordinario qui asserit sibi constituisse, & cõstare de infamia, & per se ipsum cõp̄t informationem, seu inquisitionem formauit, præsentia enim sua cum assertione proculdubio faciunt videri melius informatum de infamia, quam Papa, qui potuit informari ab aliquibus emulis, & inimicis. ¶ Et cum personas, & qualitatem non cognoscat, de facili decipi potuit. ordinarius qui cognoscit oues suas, & vocem earum audit, & nominatim eas vocat, non potest ita facilliter decipi. Hanc opinionem probo per doctri. Innocen. in d. cap. cum oporteat, dum æquiparat Papam, & ordinarium seu delegatum, quando ordinarius est absens, & in absentia sibi denunciatur infamia, & dicit quando est multũ absens: nam tunc tam ordinarius, quàm Papa, quàm delegatus tenentur inquirere prius de infamia. & versus finem dicit, quod ordinarius potest de infamia nõ aliter constito procedere ad inquirendum de veritate criminum, & pari ratione potest delegatus, si verba Papæ committentis inquisitionem, sunt assertiua, ergo debet intelligi istud secundum dictum, quãdo ordinarius est præsens, & non absens. allegat tex. in cap. omnibus 2. quæst. 4. qui optime probat, quod si sacerdos est suspectus soli Episcopo suo, cogitur se purgare, & cap. si quid. 36. distin. ¶ Vbi habetur quod si aliquid de clerico est relatum ad suum Episcopum, non debet statim credere, sed de veritate criminis debet se informare. Dixi vnum verbum supra, dum modo natura criminis non repugnet. pone enim quod delictum de quo formatur inquisitio, est adeo occultum, & secreto commissum, quod difficile sit, potuisse deuenire in notitiam omnium. nam eo casu, cum natura delicti repugnat, si appellatur per inquisitum ad superiorem, debet ordinarius facere fidẽ de infamia, & ita intelligo procedere dicta Docto. in d. cap. cum oporteat, at si natura delicti non repugnat, & inquisitio est formata per ipsum ordinarium præsentem, non puto astringi ordinarium ad faciendum fidem de infamia, etiam coram superiore. ¶ Sicut enim delegatus non tenetur de veritate rescripti, quo ad infamiam inquirere, si Papa narrat assertiue de infamia, secundum Innocen. Anto. de But. & Abb. & ante eos Ioan. And. in d. cap. cum oporteat, & cæteros docto. ita ordinarius, qui melius, & veracius potest asserere, & potuit se informare, quàm Papa considerata sua præsentia (vt dixi) in loco inquisitionis, seu diocœsi sua, & ita tendendum arbitror, saluo concilio rectius sentientis. Nec dicas iura loqui diuersimode in legato, & ordinario, imo loquuntur uniformiter, quod semper requiritur pigambulum infamiae præcedere, in inquisitione in delegato, quando Papa enunciatiue, & non assertiue (vt dictum est) facit mentionem de infamia in delegatione, & in ordinario, quando non per se, sed in eius absentia, vel assertiue non testificatur de infamia in inquisitione è natura facti non contradicat de sui natura; (vt dixi) & quod ex qualitate temporis decursi, verisimile est peruenisse ad notitiam prælati. & aliorum taliter, quod bene potuit resultare infamia per tex. in l. titius. §. 1. ff. de libe. & posthum. nam etiam ratione parui temporis dari potest ignorantia facti cõmissi in loco conuicino. ¶ Succellius, indagandum putat an de iure canonico semper requiratur in inquisitione apponi locum, tempus,

Personam nec qualita-
re eius cognoscens, facile decipi potest.

Ep̄s audiens aliquid de clerico, nõ statim credit, sed informabit. De eodem.

Inquisitio an debeat

35

36

37

pus, mensum, & alia de quibus in l. libellorum. ff. de accu. Hæc est quædam quæstio, quam vulgaram iniquum scribentes, sed pro certo non parum difficultatis habere videtur. nam Bal. in repet. l. adita. C. de æden. expresse videtur concludere, quod in inquisitione non requiratur; seruari de necessitate, solemnitas l. libellorum. nam dicit ipse accusator astringitur ad seruandam eam solemnitatem; sed non iudex inquirens, ratio est quia semper accusator videtur proflire ad accusationem ex odio, quod quidem non sic est in inquisitione. Vltcrius dicebat, quod nulla lex est, quæ dicat inquisitione seruari dictam solemnitatem, ergo nec nos dicere debemus. Tertio poterit dari casus, quod maleficcium sit liquidum iudici, tamen nescit mensum, annum, vel locũ vbi paratarum sit. & tamen si diceremus non posse inquiri dicta solemnitate nõ serua- ta sequeretur absurdum, quod delictum remaneret impunitum. Quarto dicebat generalis inquisitio procedit absq; coarctatione loci, & tẽpõs argumen. cap. abbate lib. 5. sed specialis est species generalis, ergo & in eo non debet requiri ea coarctatio subsistente maxime iusta causa ignorantia. Innocen. in cap. si. de purga. cano. tangit quæstionẽ, & dicit quod quidã dicebãt procedere inquisitionem absq; dicta solemnitate nam cum aliquis est diffamatus in genere de aliquo delicto, potest in genere fieri inquisitio, etiã si non dicatur cum quo illud crimen cõmiserit, & eodem modo potest in genere sibi indici purgatio, & pro hac opinione allegãt tex. in c. licet heli extra de simo. vbi patet, quod Papa inquisiuit de symonia, de dilapidatione, & insufficientia, & tamen nõ expellit cum quibus esset symonia cõmissa, vel quæ fuerint dilapidata, & si dicatur (dicit ipse) quod ea. qualiter & quando loquatur contrarium, dum ibi dicitur, quod inquisitio exponenda sunt omnia de quibus fit inquisitio, potest responderi, quod illud intelligatur, quod exponenda sunt capitula in genere, non in specie, vt dictum est. Item dicit ipse, non est mirandum, si diuersum statuitur in inquisitione, quod statuatur in accusatione, quia accusationes sunt odiosæ, & pro magna parte fiunt ad profectionem iniuriarũ, & pro eis grauissima pœna irrogatur, sed in inquisitione est secus. Item cum inquisitio fiat, vt niteat fama bonorũ, si exprimerentur nomina, cum quibus dicuntur crimina commissa, inquisitio consequeretur contrarium effectum: scilicet quod fieret ad aliorum diffamationem. Alij (dicit ipse) dicunt quod sicut in accusatione debet descendi ad specialia, ita pariformiter debet fieri in inquisitione, capitulo præsentium de testibus. sed ipse responder, quod ibi loquitur in exceptionibus testium, vbi bene necesse fuit hoc exprimi: sicut & quando agitur de crimine ciuilitate cap. suæ de procuratoribus. sed in inquisitione videtur. Dicit tamen quod in quantumcunque iudex possit, debet facere exprimi crimen, & circumstantias per illum qui denunciatur: non tamen semper cogitur dicere personam, cum qua illud crimen commissit: & maxime si iurat se illã ignoraret. ¶ Quia sæpe infamia pcedit ex incerto auctore, & incerto facto. dist. 4. de cõse. c. factũ hæc ille. Ant. à Bur. videtur sequi opinionẽ Inn. & ita Abb. Ibi dicit trãfire vt plurimum docto. canonistas. Iaco. Bu. insti. de actio. circa principium, dicit contrarium, videlicet, quod eadẽ solemnitas quæ requiritur in accusatione, requiritur in inquisitione: præterquam in solemnitate inscriptionis. Nam cum ista inquisitio succedat in locum accusationis, & iudex vicem accusatoris sublineat: merito erit eiusdem naturæ: cuius est accusatoris. vt l. 1. §. hæc actio. ff. si qui. testa. li. esse iur. fur. Bar. in l. 2. §. si publico. ff. de adulte. referẽdo opinionẽ Innoc. & Iac. Bur. dicit sibi videri meliõrẽ opinionẽ Iac. But. quam Innoc. & Nec dicit obstare dictum Inno. quia ibi loquitur quando inquisitio fit specialis quo ad personas. generalis

habere solemnitates. l. libellorũ. Opi. Bal.

Opi. Inno.

38

Infamia sepe ex certo auctore, & facto pcedit. Opi. Ant. de Burr. Opi. Ia. Bu.

Opi. Bar.

generalis quo ad delicta. & fit ad aliquem remouendum non ad puniendū criminaliter. & idem illud dicit esse de iure ciuili. Eadem enim est ratio in accusatione, quæ est in inquisitione; scilicet, ne quis in tanto crimine vagetur, cū alie no dispensio. vt l. prator edixi, in princ. ff. de iniur. Abb. in d. c. si dicit qd̄ videtur responsionem Bar. ad dictum Innoc. non esse vsquequaque tutam. ¶ Quia beneficij priuatio est non modica pœna in clerico; cū ex eo sustentetur. & multis etiam sumptibus fortè illud acquisiuit. Et esse prælatum, est honor, & commodum. Defendendo tamen cum, posset dici, (secundū eum) quod aut inquisitio fit vt prælatus duntaxat remoueat, ab administratione. nō autem vt pœna inferatur; & tunc, cū nō dicatur criminalis, vt in c. qualiter & quando el. 2. de accu. procedit opi. Bar. nā infames non debent administrare in ecclesia Dei; maxime cū se purgare non possent, vnde respectu iudicis non est pœna. Secus videtur (dicit ipse) quando iudex procedit inquirendo, non vt remoueat ab administratione, sed vt puniat de delicto; tunc enim procedat dictum Innoc. ex quo infert, quod vbi prælatus procedit contra subditum beneficiarum, & non exprimit ad quem finem agat; quod tunc cum pœna sit arbitraria, & posset punire aliter quam priuando beneficijs vt not. in c. inquisitionis de accu. qd̄ tunc non admitteretur inquisitio sine circumstantijs; sicut dicimus quādo agitur de iniuria criminaliter; qd̄ nō possit interuenire procurator, quia pœna arbitraria est, & posset iudex imponere pœnā corporalem. sic habetur respectus ad id qd̄ contingere potest. l. si. C. de iur. iura. Et hæc dicit esse notanda, & dicit esse considerandum quod tacite Innoc. sensit illam opinionem Ia. & Bar. in eo quod reddit rationē specialitatis; quia inquisitio fit, vt bona fama eniteat; quæ quidē ratio non procedit quando sit inquisitio principaliter ad pœnam imponendā. Et ideo in foro ciuili, cum semper inquisitio fit ad pœnam imponendā, debent exprimi circumstantiæ. Hæc illæ; tu autē considera, quod dicta dom. Abb. videtur implicare contradictionē in quantum volens defensare Bar. desinguit qd̄ aut fit inquisitio, vt prælatus remoueat tantum ab administratione, non autem vt pœna inferatur; & tunc, cum non dicatur criminalis; procedit opi. Bar. secus si procedit iudex vt nō remoueat, sed vt puniat; quia tūc procedit opinio Bart. tenentis quod in inquisitione requirantur circumstantiæ, quando non agitur vt puniat, sed vt remoueat; at opi. Innoc. tenentis, quod nō requirantur circumstantiæ; procedat quando agitur vt puniat, non vt remoueat, & demum in illatione, & finalibus verbis, videtur cōcludere totum contrarium. videlicet, quod quando inquiritur vt puniatur, requiruntur circumstantiæ. Cum opinio ne Ia. Bu. & Bar. videtur transire Inno. in c. tuæ de pro. & Ange. in consil. 166. qd̄ quidem non valui reperire. Io. de Ana. & Fely. in c. qualiter & quando videtur concludere pro prima opinione. Salyc. in l. ea quidem. C. de accu. putat primā opinionem procedere in inquisitione generali, & secundam Bar. in inquisitione speciali. In regno tamen, in foro laicorum extat tex. expressus, pro secundā opinione Iac. But. & Bart. vt in cōstitutio. hi. qui. & ibi. notat. noiter Afflic. in 13. no. Præposi. in cap. de accusatione 2. q. 8. 2. col. dicit qd̄ communiter tenetur dictum Bar. Nec dicit ob stare rationem Bal. in d. l. ædi à, quia licet in iudice nō præsumatur odiū, prout in accusatione; tūc debet ita agere, vt nō impediat reo facultas se defendendi; quæ multū impediretur, nisi in inquisitione exprimerentur circumstantiæ. quia per eas multum iuuatur facultas probandi, si reus vellet se excusare, vel probare innocentiam; in quo lex fauet reo. l. absentem. ff. de pœn. & ita dicit tenere Bal. sibi cōtrariū in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. procon. & lega. in. 5. q. dicit. n. ibi inter alia quod processus inquisitionis

Opi. Abb. Beneficij priuatio nō est modica pœna clericis.

Opinio do. Auto.

Opinio Io. de Ana.

Opi. præpo.

39

nis est magis odiosus, quàm accusationis: quia magis est contra iuris regulas si ergo circumstantiæ debent poni in accusatione, ergo multo fortius in inquisitione, sequitur propterea opinio Ia. But. Sicq; apparet opinio. Bal. in d. l. ædita nō mereri allegari ad propositum, postquam non est constantis viri. Et ita residet Præposi. in d. loco. ¶ Et Innoc. in ca. 1. de libell. obla. videtur parificare accusationem, denunciationem, & inquisitionem, quo ad necessitatē dandi, seu formandi libellum, quæ imminet in eis. Ergo cum purificentur in hoc, cur nō in circumstantijs; tanto magis, quia præsupposito qd̄ in inquisitione sit dandus libellus, videtur dicendū de necessitate quod requirantur circumstantiæ. ¶ Nā libellus debet esse certus; & debet continere causam e. c. o. querēte de offi. ordi. Et adeo debet esse certus, vt reus possit deliberare an velit cedere, vel contendere ca. offeratur 3. q. 3. Quid igitur dicendum? Ego dicerem quod quando proceditur ex mero officio iudicis, nemine promouente inquisitionem sicut eo casu non esse necessarium libellum. Inquit Host. in ca. 1. de libell. obla. contra opinionem Innoc. quam intrepide sequitur ibi Abb. ita etiam quando format inquisitionem iudex ex suo officio ad promotionem denunciatoris per ipsum iudicē deputari; quia non dicitur tunc pars. Et voluit præposi. in loco citato superius. Ita pariformiter nō requiratur expressio circumstantiarū. Dicerem tamen; quod vbi nō facta expressio circumstantiarū, loci, & tēporis, ac aliarū) resularet tā manifesta dubietas. incertitudo. aut obscuritas facti, de quo formatur inquisitio, quod reus minime valeret se defendere, quod tunc ad sui petitionē debet inquisitio declarari, taliter quod suas valeret facere defensiones. Cum in hoc nullam video differentiæ rationem posse assignari inter accusationem, causas ciuiles, & inquisitionem. Nam si cum agitur, ciuili actione debeat taliter concipi, & declarari libellus, quod reus sciat, & deliberare valeat: an velit cedere vel cōtendere c. significatibus extra de libell. oblat. multo fortius idē dici debet in inquisitione; vbi maius periculū vertitur. Et hæc de plano procedere possunt in foro canonico, vbi minoratur pœna. Exemplū eius quod dixi est; si aliquis inquiratur de simonia, de vsura, aut alio delicto quod potest cōmitti occultè, & absque socijs, certe istis casibus parū inferuērēt istę circumstantiæ, vbi firmatur inquisitio ex dictis testium deponentium cōmississe vsuras, & simoniam secum, vel cum præsentia eorum. ¶ Successiue restat uidere, an contestatio litis sit necessaria in inquisitione? Angel. in l. si vacat. C. de bon. vacan. dicit nō esse necessariam litis contestationem, eo quia non est cum quo possit lis cōtestari, & fama quæ succedat loco accusationis est quid in corporale. Si tamen esset aliquis promotor, tunc cū eo est lis cōtestanda c. cū dilectis, de purg. cano. & ca. cum l. & A. de re. iur. & ibi glo. Debet tamen talis promotor, (secundum Præposi. in ca. de accusatione 2. q. 8. 27. col.) vt cum eo contestetur lis, esse spontaneus, nō autem datus à iudice. Nam tunc cū illo non esset contestanda lis, sicut quando iudex ex officio procedit, quare quod faceret ille promotor à iudice electus ex mandato ipsius, videtur facere ipse iudex ca. 2. qui apostolica in fine, cum vulgaribus. de præben. lib. 6. & prædicta dicit procedere etiā præsentē reo. dicit notari per Panor. in cap. veritatis per illum tex. de dol. & contu. ¶ Dicitq; qd̄ cum litis contestatio fiat per responsionem rei ad libellum cap. vnico. de lit. cont. inquisitio respōdeada inquisitioni, prout respōde. e. tenetur ca. cū dilecti. de accusa. licet nō cadat formalis litis cōtestatio, quia nō est pars cum qua intretur ad certam; tamen respondēdo inquisitioni reus videtur factis cōtestari. hæc ille. ¶ His igitur visis consequens est videre: modū practicē dīdis & ideo scias, qd̄ capta informatione, formantur capitula ex omnibus repetitis

Accusatio, denunciatio & inquisitio an parificentur.

Libellus certus esse debet, causamq; continere. Opi. do. Au. cōcoris.

Litis contestatio an sit necessaria

Litis contestatio qualiter fiat. Practica seruanda in inquisitione contra reum.

(reus prius examinato) & formatis capitulis, illa producuntur per promotorem curiæ, & citatur reus ad videndum præsentationem articulorum, seu capitulorum (quod idem est) & ad dicendum contra; & hoc secundum stilum Romanæ curiæ, vt referunt practici in formula: var. commissio. in §. de modo procedendi in causis criminalibus, & secundum ritum curiæ Archiepiscopalis Salerni, me existente auditore eiusdem curiæ introductum in alijs vero tribunalibus ecclesiasticis regni solum citatur reus, ad recipiendum capitula, & vt plurimum non citatur, sed cum reus sit præsens statim interrogatur super capitulis ipsis. Dabiturq; reo copia capitulorum, & indiciorum & audietur si uoluerit aliqua opponere contra capitula ipsa, & eo nihil dicente, tunc interrogabitur inquisitus super vnoquoque capitulo, & in pede eius scribetur actus responsionis, demumq; eo negante admisceatur promotor deputatus, seu fisci procurator ad probandum illa capitula, seu illos articulos. & simili modo admitteatur inquisitus, ad dandum suas defensiones si voluerit; dabiturq; terminus competens secundum distantiam loci, & causæ qualitatem. Et hæc stilo dictæ Romanæ curiæ, & nostræ Salernitanæ; secundum ritus per me ordinatos de ordine Reuerendissimi Domini Hieronymi scripandi meritisissimi Archiepiscopi Salernitani. Secundum vero stilum aliarum curiarum, facta responsione per rerum vnicuiq; ex capitulis, fit actus contestationis litis, & simpliciter datur terminus, ad probandum & defendendum. ¶ Vnum tamen sciendum est, quod siue de stilo Romanæ curiæ, siue nostræ seu etiam aliarum curiarum ecclesiasticarum regni, semper vniformiter proceditur summarie, nec alia terminorum tela obseruabitur. Vt in dicto formulario procuratoris differitur. ¶ Antequam autem ad vltiora procedamus, non inutile videtur scire, an non data copia capitulorum reo processus sit nullus: si non petijt ipse? Pano. in cap. qualiter & quando nu. 10. in 13. no. de accusa. dicit, quod non est nullus si ipse reus non petierit. Allegat tex. in cap. 1. de accusa. in 6. qui tex. clare probat, quod si reus est confessus crimen de quo inquirebatur, frustra allegat nullitatem sub prætextu quod non fuerint exhibita capitula. ¶ Archi. & Io. Mo. (vt refert Gemi. in dicto cap.) dicunt quod duplex ordo iuris, vt no. 2. q. 1. in summa vnus qui est, de necessitate, vel de substantia, & ille omittitur viciat 2. q. 6. cap. sententia. Alius est ordo congruitatis, & non de substantia, & ille non vitiat parte tacente, resistens tamen possit appellare. Datio enim vel exhibitio capitulorum petente reo, est de necessitate, sed illo tacente, est de congruitate. Idem tenet Franci. in eodem cap. primo de accusa. vnum tantum addit dictis Archid. & Ioan. Mo. quod in quantum dicunt tunc ordinem esse de substantia, & de necessitate, si à parte petatur; dicit enim ipse id esse verum, quo ad hoc, vt possit appellari, non autem vt processus reddatur nullus absque appellatione, Ioan. de Ana. in dicto cap. qualiter, & quando. §. debet videtur sequi hanc opinionem, tamen dicit tantum procedere quando reus est confessus, & non petijt capitula sibi tradi, non tamen quando reus est conuictus; quia licet ille non petierit nihilominus videtur auferri defensionem rei, per non exhibitionem capitulorum. Et ideo inferit, quod text. in ca. 2. eodem lib. 6. de accusa. qui loquitur in conuicto in processu in quo est omittitur infamiae probatio non habet locum in conuicto, cui non fuerint exhibita capitula, quia non exhibitio capitulorum (vt dixi) auferit defensionem reo, Ioan. de Ana. in effectu (vt vides) firmat opinionem. ¶ Si si reus est confessus non requiritur quod exhibeantur, capitula, si ipse non petijt, at si reus est conuictus requiritur quod exhibeantur, licet ipse non petierit. Præpositi. in dicto cap. de accusatione colum. 34. sequitur (post multa) hanc opinionem, dicens

Processus est summaris in ea inquisitione. Copia capitulorum reo an sit de necessitate danda. Et non data videri processum? Juris ordo duplex, necessitatis siue substantiæ & congruitatis. Opi. Franc. Opi. Ioan. Ana.

dicens tanquam fauorabiliorem reus esse amplectendam. Marfil. in sua practica crimi. §. nunc videndum, late discunt, tandem facit longam distinctionem (quam alius simpliciter sequutus sum in practica mea crimina.) dicens, quod aut reus inquisitus est rusticus, & tunc eo etiam non petente, debet sibi tradi copia capitulorum, aut est sagax & literatus, & tunc eo non petente non debet exhiberi & tradi hæc ille, Cuius opinio pro certo mihi non placet, nam differentia rustici, & literati non est facienda, quia licet inquisitus sit rusticus: habet seu habere potest aduocatos & procuratores, & si non haberet dandi essent per curiam seu iudicem inquirentem, qui quidem aduocati & procuratores pro reo interuenientes bene solent supplere pro reo, & pro eo petere. petenda, sicut solet petere reus literatus, & sic nulla potest considerari ratio diuersitatis. Præterea aut est de substantia exhibitio capitulorum; aut non est de substantia. primo casu, siue reus esset literatus, siue rusticus semper deberet fieri exhibitio capitulorum. Secundo casu, si exhibitio capitulorum esset ad bene esse, & ex congruitate, siue literato siue rustico reo non exhibeantur, nihil esset. sicque eius distinctio non habet saporem. Ego autem teneo audacter esse de necessitate exhibenda, & ædenda capitula, non autem solum de congruitate. Hoc autem mihi inuitabiliter probat tex. in d. cap. qualiter & quando. §. debet in illis verbis, & exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum. Nam exponere est extra ponere & emittere. Plau. Trucul. 13. 2. Nunc ego istos mundolos urbanos amassios hoc idem exponam, & Cæl. 4. bell. Gal. 593. quibus ex nauibus quum essent expositi milites Alibiædere, & exponere idem significant, Cic. 3. de legi. 67. Apud eisdem, qui magistrant abierint ædant, & exponant, quid in magistratu gesserint, de que ijs Censores præiudicent. ergo cum exponere sit extra mittere, & ædere, & tex. dicat exponenda sunt, sequitur quod est de necessitate. Præterea ratio quam assignat tex. quare capitula sunt exponenda est, vt reus facultatem habeat se defendendi. ¶ Defensio est de iure naturali, & etiam diabolo non est deneganda, & princeps auferre non potest, iuris vulgaribus. ergo cum ratio ob quam capitula dantur sit necessaria, sequitur quod antecedens sit etiam necessarium. Nam proculdubio procederet iste syllogismus, omne quod respicit defensionem reorum est necessarium, datio & expositio capitulorum respicit defensionem reorum. ergo datio & expositio capitulorum est necessaria. ¶ Tex. enim in l. & si non defendatur ff. de pœn. expresse voluit, quod si reus non defendatur per seipsum, neq; per alium suo nomine debet defendi per ipsum iudicem. Ecce quod ille text. clare probat contra opinionem prædictorum doctorum dicentium quod reo non petente, non est de necessitate, nam si reo non petente, iudex debeat defendere, sequitur quod siue petantur capitula, siue non petantur danda sunt. Tex. enim in cap. primo de causa, in sexto procedit in casu suo scilicet quando est confessus reus nam tunc non cadit expositio, & datio capitulorum: tunc enim tantummodo habet se defendere contra confessionem. inquisitio enim per confessionem est verificata & probata, vnde nimirum si datio capitulorum non sit necessaria. ¶ An iudex ecclesiasticus teneatur, & debeat statuere terminum accusare volentibus, & deinde procedere ad inquirendum vel recta via possit procedere? Gloss. ordinaria in verbo constitutio in cap. inter de purga. cap. no. videtur distinguere, quod aut extrat accusator, & cum illo proceditur aut nullus extat, & tunc si clericus apud iudicem infamatur de aliquo delicto, debet episcopus, seu eius vicarius statuere terminum personis offensis, seu omnibus accusare volentibus, & si aliquis comparuerit, debet audiri cap. omnibus 2. quaest. 5.

Opi. Mar. Opi. d. Auctor. contra omnes.

Defensio est de iure naturali, & nemini deneganda.

Reus per seipsum, neque per alium se defendens, debet à iudice defendi.

Inquisitio an pcedat, si non procedit terminus accusare volentibus. Opi. gloss.

& 1. quæst. 3. cap. 1. & si convincatur canonicè puniatur. Si non appareat accusator, debet movere clericum, secundum quod dicitur in cap. 2. de purg. cano. id est ut primo moveatur seorsum ab episcopo. deinde sub duobus vel tribus testibus, & si se non emendaverit, Episcopus eum publica increpatione admonet. Et si se non corrigat, tunc suspendatur. Et si mala fama illius creverit, postest episcopus inquisitionem ex officio suo contra illum facere cap. qualiter, & quando de accusa. Panormitanus in d. cap. inter, aliter distinguit, dicens quod aut Episcopus, seu superior habet probationes promptas, & tunc non est necessè, nec vile, & statuere terminum accusare volentibus, quia possent supponi amicus & fieret collusum. Item quia non apparente accusatore via inquisitionis est ordinaria contra infamatum de iure canonico. vt probatur in cap. qualiter el. 2. de accusa. & ibi etiam gloss. dixit quod non est vile præfigere talem terminum. Si vero non habet probationes promptas, potest, si vult statuere terminum accusare volentibus sed non est necessè. Satis enim est quod accusator se non offerat, unde satis est, quod potest procedere ad purgationem indicendam, patet in cap. ex tuarum eo. titu. Anto. de Butr. in d. cap. inter nihil aliud dicit, nisi quod potest iudex si vidit crimen posse probari, procedere per inquisitionem ex officio nec aliquid dicit, si requiratur terminus, licet ex verbis eius colligatur, non requiri. gloss. in cap. presbyter si à plebe 2. q. 4. tenuit eandem opinionem quam tenuit in d. c. 2. Alia gloss. in cap. qualiter & quando de accusa la prima ibi sed melius dicit (relata opinione sua de qua supra) qd melius est quod iudex à principio recta via inquirat. Et si consideretur bene gloss. in d. cap. inter, se remittit ad dicta per eam in d. cap. qualiter. Sed advertere secundum Io. de Ana. in d. cap. qualiter & quando quod ratio gloss. in d. cap. qualiter non infert necessè, quod non debeat terminum statuere iudex accusare volentibus. Ideo Spec. in tit. de inquisitione §. nunc tratemus in verbo porrò dat aliam rationem quod ideo talem terminum iudex non debeat statuere, quia accusatio est illaudabilis cap. si quis Episcopus 2. q. 7. Io. And. in d. cap. qualiter dicit quod ratio. Specu. modicè aut nihil valet. Ideo ibidem ipse dat aliam. videlicet: quia potest esse, quod submitteretur accusator amicus accusati. cum quo accusatus colluderet: sed vt ipse dicit, timor pœne talionis videtur tollere suspitionem collusionis: fatetur tamen quod vbi vigore statuti non haberet locum pœna talionis, quod tunc timor collusionis non procederet Abb. in d. c. qualiter dicit quod dicta ratio collusionis procederet, etiam vbi haberet locum pœna talionis. quia accusator amicus accusari posset ira simpliciter accusare, & probare quod excusaretur à calumnia: & accusatus absolueretur: per id quod habetur in c. 1. de electio. lib. 6. & ideo cõcludit quod iudex à principio debet inquirere. Et cum ista opinione transit Ioan. de Ana. tu considera quod ratio timoris non est generalis, nam non procedit quando assignaretur terminus personis offensis, cum quibus non cadit timor collusionis. & sic cum ratio non sit generalis, non est boria. ¶ Qua de re ego puto, dandam esse aliam rationem, etiam ex mente do. Card. in cle. sepe. §. si 3. quæstio. de verb. signifi. videlicet. ¶ Quia de iure canonico accusatio, & inquisitio à pari procedunt, & vtrique est iudicium ordinarium cap. super his de accusa. cap. qualiter & quando. §. ad corrigendos eorum. Et sic cum sit inquisitio ordinarium remedium: non oportet expectare accusatorem an velit accusare, vel nõ: vt p inquisitione possit procedi; voluit & Bal. ibi. in l. ea quid 3. col. de accusa. & Inno. in c. dilecto extra de sen. exc. in 6. & ita, post multa tenuit Io. de Ana. in d. c. qualiter, licet prius impugnasset; qd diceretur extraordinarium remedium inquisitio, sed illud dicit postea procedere

derè respectu accusationis, sed habitatio respectu quod de iure canonico regulariter est permessa inquisitio dicit debet ordinariè remedium. Et in tantum de iure canonico est remedium ordinarium inquisitio, quod superueniente accusatore, non silebit inquisitio, vt bene firmatum reliquit Præpos. in cap. de accusatione 43. col. 2. quæst. 8. Et per hæc cõcludo male dixisse Hispa. in sua pract. in c. 6. versus finem quatenus concludebat, quod semper quod persona offensa esset nota, & sciretur, deberet requiri, & sibi dari terminus ad accusandum si voluerit. Nec distinctio Sali. in l. ea quidem C. de accusa. quam ipse magnificat: habet locum de iure canonico, sed bene de iure civili? vt bene advertit 52 Robert. Maran. in suo Specu. in 6. & vltima parte num. 47. & 48. ¶ Pulcherrima quæstio nobis se offert; & quæ alias magnam dubitatione multis contulit, an Episcopus & sic inferior à Papa possit inquirere, capere, carcerare, ac punire laicos suæ iurisdictioni spirituali subiectos propter aliquod delictum? Et prima facie videtur dicere dicendum, quod non, nisi in crimine hæresis primo per text. in ca. cum Episcopus de offi. ordi. ibi enim dicitur posse Episcopum capere, & carcerare pro criminibus, clericos: ergo à contrario sensu negatur de laicis. secundo, quia iurisdictionis sunt distinctæ, & sic laicus habet iurisdictione in laicos, & ecclesiasticus in clericos cap. quonia. in 10. distinctio Tertio, quia in casibus in quibus Episcopus habet iurisdictionem in personis laicis, debet vti censuris ecclesiasticis. extra de foro com. c. cū ca. laicus in vi. & tamen sibi loquitur de periurio quod est crimen ecclesiasticum. Quarto, quia habemus text. in Auth. de manda. prin. §. si uero canon. colla. 3. vbi innuitur & clare probatur quod præses cum Episcopo cognoscere debet in crimine ecclesiastico. Et sic manifestè patet quod Episcopus solus non potest. Ad id habemus text. in l. placet. C. de sacr. sanc. eccle. vbi habetur quod sacrilegium per ecclesiasticum & secularem punitur & iudex ecclesiasticus excommunicat, & secularis deportat & hanc opinionem tenuit Io. And. in Addictio. Spe. in rubrica vbi dicitur quod communiter tenetur inferiores à Papa non posse laicos capere & punire. Et sequitur Imo. in d. c. cū Episcopus dicens quod potuit esse ratio, quia forte Papa noluit tantam potestatem concedere inferioribus ne usurparent iurisdictionem. Et pro hoc allegat glo. in cle. 1. de vsur. in verbo censurâ. vbi habetur quod vsurarii per censurâ coguntur edere libros si per seculares iudices non cogentur. Allegat etiam dictū Inno. in ca. significasti de offi. dele. vbi dicit (secundū eum) quod vbi faciendâ est exequutio in bonis laici etiâ in casu quo alijs potuisset fieri, debet fieri per seculares iudices, sed ibi Inno. loquit in delegato & non in ordinario iudice ecclesiastico. Imo. in fine videt tenere qd siue sit delegatus, siue ordinarius, ipse per se potest suâ sententiâ exequutioni demãdare & sic Inno. (salua pace) non recte allegatur per Imol. & hanc opinionem videtur sequi Boer. decisio. 227. nu. 10. 2. parte & Masuer. in praxi sua in tit. de iudi. & eo in nu. 20. Sed istis, & similibus non obstantibus dico contrarium esse dicendū. Et primo quia qualitas delicti fecit illum laicū de foro ecclesie. Aut ita nulla. C. de Episc. & cler. cap. cū sit & cap. ex tenore de for. compe. Item quia in ca. 1. de off. ordi. in vi. dicitur quod ecclesiasticus in istis criminibus ecclesiasticis potest implorare brachium seculare non tamen distinguit inter clericos, & laicos. & ista partem tenuit Dom. à san. Gemi. in d. ca. cū Episcopus dicens, quod sibi nunquã placuit illa opinio contraria. Et pro hac parte (dicit ipse) quod nulli dubium est quod potest ecclesiasticus capere laico pro crimine hæresis; item etiam habemus quod potest etiam laicum capere pro crimine sacrilegij. vt est text. cum Glof. 26. ea. q. 3. cõtra idololatriam, & sic proprie in casu, & dicit ibi tenere hoc Glof.

Opid. Abb.

Opi. Anto. But.

Opi. Io. Ana.

Opi. Specu.

Opi do. An. toris.

Accusatio & inquisitio à pari procedunt. Et vtrique ordinariū iudicium.

Auctor contra Hispa.

Auctor contra Sali.

Inquiri capi & carcerari an possit laicus p delicto ecclesiastic. co.

Opi. Ioan. And. Opi. Ioan. de Imo.

Auctor contra Ioan. de Imol.

Opi Boer. Opi do. An. tons.

& secundum eum tex. ille loquitur de laicis; Nec secundum eum obstat, quod crimen sortilegij sit hæresis crimen, quia dicit ipse non esse verum, eo quia differt quod patet ex diuersitate titulorum de hære. & sortile. præterea (dicit ipse) nos habemus tex. quod Episcopus etiam carcerat sacrilegum, vt 27. quæst. 4. ca. attendendum aliàs 17. q. 4. Nec dicit obstat quod ille tex. non loquatur specificè de laicis; quia dicit ipse quod loquitur indiffinitè contra sacrilegos; ergo (secundum eum) indiffinitè debet intelligi cap. si Romanorū 19. dist. quia in crimine sacrilegij ecclesiasticus est competens etiam inter laicos cap. cum sit generale, & ca. conquestus extra de for. cōpeten. Ergo intelligitur cōtra quoscūque sacrilegos suæ potestati subiectos: Item (dicit ipse) quod ecclesiasticus carcerat laicum in crimine stupri, vt in cap. 2. de adult. & (secundum eum) ille tex. loquitur in laico, quod dicit probari, eo quia dicit quod ille erat plectendus p̄na legis ciuili, ergo sequitur quod laicus erat; quia clerici non puniuntur p̄cenis legalibus cap. ad reprimendam de off. ordi. in vi. Item alia ratione patet illum tex. loquit. de laico, quia primo vult quod contrahat matrimonium cum illa; Nec dicit, ipse quod est bene dicere, quod est speciale in illis criminibus; quia qui istud dicit debet allegare causas specialitatis & tenendo istā partem, dicit non obstat tex. allegatos pro contraria parte quia omnes probant opinionem contrariā. ¶ Sumpto argumēto à contrario sensu, quod argumentū non procedit quando reperitur contrariū statutum à iure. Glo. in ca. significati de for. competen. non enim sequitur Episcopus excommunicatur laicū, ergo non potest capere, quia istud vltimum non negat tex. expresse. & hanc opinionem simpliciter refert & sequitur Fra. in d. ca. cum Episcopus. & hanc opinionem videtur tenere Maria. Socy. in ca. cum sit generale de for. comp. in fine, & Ana. in ca. 2. adult. & in rubrica de sortile. & in ca. qualiter & quando il 2. §. ad corrigendos 8. col. de accus. & Steph. Auf. in reper. ele. 1. de off. ordi. in 5. q. princ. & in tract. de potest. eccle. super lai. 1. q. licet dixerit quod cōmuniter tenetur contrarium. Est tamen aduertendum quod nemo respondet ad §. neq; occasione de mand. prin. & ex illo tex. Sebalia. Neapo. in e. regu. item statuimus q̄ officiales vel seculares dicit quod quando de crimine hæresis, & alijs peccatis proceditur contra maritum laicum: tunc Episcopus & præses insinual procedunt. Et idem voluit Glo. in Auth. clericus. C. de Episc. & cler. in verbo Episcopalis, & Alber. de rosa. in d. Auth. clericus dicit quod ecclesia solū cognoscit de crimine quod p̄tinet ad fidem, & non de alijs criminibus, etiam ratione peccati. In quibus tamen est summopere considerandū quod circa prædicta extat constitutio regni incip. maiestati nostræ quæ expresse permittit iudicibus ecclesiasticis capturam, carcerationē, & punitionem laicorum in adulterio. & mandat expresse q̄ seculares iudices se nō intromittāt. & sic si in crimine adulterij hoc fit, quanto magis in crimine sortilegij & alijs; & notandum est quod Sebalia. Neapo. in d. ca. item statuimus remittit se ad determinationem dictæ constitutionis. & sic videtur recedere à prima sua opinione. Nec obstat dicere q̄ ille tex. in constituto maiestati procedat, quo ad separationem thori, & salutarem p̄nitentiam peragendum quia licet posset attentari contrarium contra opinionem tantū iam per illa verba tex. iudicetur & corrigatur. Nihilominus sequēdo eius intellectum, fat enim erit quod ex illo tex. habemus quod ecclesiasticus potest capere, & punire laicos p̄na canonica sine interuentu præsidis secularis iudicis. & ita etiam tenet Yser. in tit. quæ fiat regalia in verbo contrahentium in cestis nuptias. ad quæ simpliciter se remittit Neapo. vbi supra. Nec ex hoc nego quod etiā iudex secularis quando tractatur de imponendo p̄nam legalem

Argumētū à contrario sensu quando non procedat.

53

Item posset procedere in istis criminibus ecclesiasticis. Nam si aliter diceremus, quod vbiunque tractatur de materia peccati non posset cognoscere nisi ecclesiasticus ex toto euacuaretur iurisdicō secularis secundum Perr. de Ancha. in cap. ea quæ de regu. iur. in repet. in vi. secunda quæst. princ. & Zaba. in ca. ciuitate de vsur. Bald. in l. filium ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. ¶ Crimen autem sortilegij est crimen mixtum & vterque iudex cognoscit, & inter eos habet locum præuentio. secundum Abba. in d. cap. 1. de sortil. & probatur in cap. contra idolorum 26. quæst. 5. & in cap. episcopi. & C. de male. & Matth. ex quibus iuribus constat in vtroque foro puniri tale crimen. Nec est verum dicere, quod iudex ecclesiasticus tantummodo potest procedere ad monitionem, & censuras clesiasticas, quia loquendo de sortilegio, imponit grauissimas p̄nas. quæ pro hæresis solent imponi. quando sortilegium superet hæresim, si vero non sapit hæresim, & tunc etiam imponit grauiores p̄nas, nam si sunt viles persone, potest mittare, & suffigare, & alijs similibus p̄nis de honestate digniores vero poterit relegare, vel ad p̄petuos carceres condendare ca. contra idolorum 26. quæst. 5. & d. cap. episcopi ea. cap. & quæst. Concludo igitur quod iudex ecclesiasticus potest capere, inquirere, & punire laicos pro similibus criminibus ecclesiasticis, & quod habet locum præuentio; quod donec cognoscit, inquiret & punit ecclesiasticus: non potest & debet se intromittere, & turbare secularis per prædicta, & maxime per d. cost. maiestati quæ ita intelligitur, & per d. cap. item statuimus quod officiales, & seculares persone. Nec etiam obstat dicere quod non potest & ecclesiasticus procedere in dicto crimine per inquisitionem: quia contrarium dicitur tex. in d. cap. episcopi, ibi modis studeant elaborare. & probatur etiam in d. cap. contra idolorum; & Io. And. in cap. ad nostram lo. 2. super gloss. 2. de iur. iuran. dicit quod Episcopus potest inquirere de omni crimine. respectu p̄nitentiæ peragendæ. & ita intelligit cap. 2. de off. ordi. & est bona glo. in cap. 6. 1. quæst. 1. sed de hoc habuisti supra. Et dicit Dom. in cap. 2. de cost. in fi. 1. col. quod ad euitandum peccatum potest Episcopus statuere etiam contra laicos de omni crimine. Et aduerte quod iuri Romano, de quo in d. §. neque occasione derogatur per dictā cost. maiestati. vt aduertit do. Bartolom. de Capua ibi & tenet per illā posse solum Episcopū cognoscere contra laicum, de crimine ecclesiastico. Dom. Pet. de mo. for. ibi dicit procedere quando agitur ad p̄nā canonicā infligendam: secus si agitur ad ciuile, & ita etiā tenet ibi Bla. de Murco. Restat tamen si mū quod tex. in d. §. neque occasione derogatum est, hodie p̄ dictam cost. maiestas & pariter illi derogatur per d. cap. regni, item statuimus. Et similiter extat ca. Papæ Honorij versi. Itē statuimus quod officiales, & seculares p̄sonæ inter regias prag. ¶ Licet gloss. in ca. cum inquisitionis de hæret. in 6. teneat, quod Episcopus non p̄t capere laicū, eo quia nō habet territorium. Hodie tamē in regno adeo arctata & strāgulata est ecclesiastica curia q̄ vix de maris clericis cognoscit. Id autē vnde p̄cedat nescio. ¶ Redēdo nūc ad rē, vnde digressi sumus: circa practicā. sciendū est quod receptis probationibus pro curia inquirente, & pro inquisito sit publicatio processus, dabiturq; copia ipsi inquisito cum termino ad visitari seu percunctari faciendū acta. Et volente inquisito dare obiectū contra testes, seu facere repulsam sibi est dandus terminus, sicut fit in foro laicorum. & latius videbimus intra suo loco, & tēpore. ¶ Et ex tūc causa instructa censetur conclusum in causa, quo ad partē inquisitam, nec aliter est concludendum si proceditur per inquisitionem ¶ Quia conclusio in causa os iudicis, licet claudat & parti vt nota. glo. in cle. super in verbo interrogatum de verbo.

In crimine sortilegij mixto locū habet inter iudices peruentio.

Episcopus non habet territorium.

Practica.

De eodem. Costitūto in causas iudicis, & parti claudat.

De eodem.

signifi. Innoc. in cap. pastoralis de cau. poss. & proprietate & habetur in ca. cum dilectus de fid. instru. secundum Præpos. in d. ca. de accusatore 2. quæst. 3. 46. colum. licet quandoque in curia Archiepiscopali Salernitana fieri fecissem.

¶ Demum secundum stilum Romanæ curiæ, & nostræ datur alius terminus inquisito ad producendum omnia. Datur tamē iste terminus in medietate post publicatam ante conclusionem, & hīco ad dicendum postea contra producta, & successiue inquisito ad saluandum ea. vt intra suo loco videbimus. secundū vero stilum aliarum curiarum Ecclesiasticarum de regno citatur tantum ad di-

Citatio ad sen. hūc an requiratur. In quibus ex delegatione quomodo procedit. De eodem.

57
58
cedendum & allegandum quicquid dicere & allegare voluerit. ¶ Demum citabatur inquisitus ad sententiam licet Præpos. vbi supra tenuerit quod non requiratur citatio ad sententiam propter licentiam procedendi, & perficendi processum quæ (secundum eum) solet dari ab inquisitis curiæ tamen hodie talis licentia non datur. ¶ Aliquando ad inquisitionem proceditur per iudicem delegatum virtute commissionis, & tunc aut est commissio inquisitio generalis contra caput & membra, ad instantiā alicuius certæ personæ: aut specialis contra certam personam aliquo procurante aut nemine procurante primo casu debet iudex delegatus citare tam eum qui fecit committi inquisitionem, quam eos contra quos commissio est inquisitio, capta prius, vel non capta informata one de expositis criminibus. vt nota. in cap. ad petitionem extra de accusa. ¶ Imō dicit ibi do. Abba. in r. nota. quod si ex inquisitione generali facta ex commissione reperitur aliquis culpabilis, potest puniri ex probationibus receptis in dicta inquisitione generali absq; eo quod denuo examineretur. sed satis est citari eum & quemlibet nominari ad opponendū, quæ opponere voluerit aduersus illam inquisitionem; & hoc intelligit procedere, quando inquisitio esset formata contra certum collegium personatum, quia tunc in effectu inquisitio videtur fundata contra quemlibet. Et ideo (secundum eum) reperiuntur culpabilis ex priori tela iudicij venit plebendus allegat similem tex. in cap. per inquisitionem extra de electio. ¶ Sed aduertat, ne erret quod sine inquisitio formatur contra certum genus personarum siue generaliter cōtra aliquas personas nominatim; semper debent testes recipi, parte citata; dictum autem Abba. procedit & habet locum, quādo inquiritur ex delegatione summi Pontificis super statu Ecclesiæ siue tam in capite quam in membris. Nam tunc verum est id quod dicit do. Abb. Et ita loquitur ille. ext. & est ratio quia tūc proceditur manu regia, & non datur libellus, nec sit litis contestatio, vt extra de testi. cap. cum olim proceditur enim tunc de plano, & sine strepitu ca. olim extra de accusa. procedit etiam quando non inquiritur principaliter & specialiter ad penam; sed quādo agitur contra singularem personam, aliquo inquisitionem promouente. vel non, tunc proceditur ordinariē facta litis contestatione, & datis defensionibus, & copia dictorum & nominum testium arg. ca. qualiter. & quādo extra de accusa. el. 2. secundum Spec. in tit. de inquis. §. viso igitur nu. 4. & 5. ¶ Quando enim (vt ad rem propositam reuertar) proceditur per inquisitionem per iudices delegatos super statu monasterij, tunc partibus presentibus, is qui prosequitur proponet qualiter monasterium est infamatum, apud bonos & probos viros super talibus criminibus, adeo quod hæc infamia peruenit ad superiorem frequentibus clamoribus, supplicat igitur, quod in ipsa inquisitione procedat manu regia, solum Deum habens præ oculis, & sine personarum acceptione. iuxta traditam ei formam. & tunc facit legere commissionem, & si pars aduersa habet aliquas exceptiones, quibus possit promouentem illam inquisitionem repellere, illas proponat, & similiter si habet excep-

Testes an semper recipi debent parte citata?

De eodem.

57

58

59

ceptionis contra commissarium, & delegatum, seu rescriptum, si autem nullas exceptiones opponere voluerit, & tunc procedat in causa, vel causam remittat ad sedem Apostolicam, præfixendo partibus terminum peremptorium, quo se Apostolico conspectui presentent. Iustam (dante domino) sententiam receperunt. Si autem inquisitio commissio est, nullo promouente, tunc citato eo contra quem inquiritur legatur sibi commissionis littera, & eo nihil opponente, debent ei exponi & declarari illa capitula, de quibus fuerit inquirendum; vt facta cultatem habeat se defendendi. Et non solum dicta, sed etiam nomina testium sunt ei publicanda; ad effectum vt appareat quid quale, & quantum sit prolatum. sed si in commissione sunt specificata crimina: tunc non aliter sicut capitula. Sufficit enim vt legatur commissio in presentia eius contra quem inquiritur. arg. cap. si primo text. 1. q. 2. quibus lectis deferatur iuramentum de dicendo veritatem plenam. & maxam super illis. ¶ Et si fortasse is contra quem inquiritur habuerit suspectum commissarium: licet poterit illum recusare ca. ad petitionem extra de accusa. & cap. qualiter el. 2. vel si cum super eod. ritu. & causam suspicionis proponat, & super hoc arbitri debent eligi ca. suspicionis extra de offi. deleg. & ca. legitima extra de appellat. ¶ Est etiam aduertendum quod quādo inquisitio committitur per Papam seu alium ordinario, debet summo opere considerari forma rescripti & commissionis; nam si in rescripto dicatur quod Petrus, & Ioannes multa enormia nuociauerunt, de eo contra quem præcipitur inquiri, tūc debet excipi quod ille Pet. & Io. sunt eius inimici & maleuoli ac criminosi. Itē q; non zelo iustitiæ, sed typo malitiæ talia suggererūt. Sed est aduertendū quod talis exceptio inuat in speciali inquisitione tantū, vel quando tractatur de renouendo ab administratione. Ita tex. notat in c. cū l. & a extra de re. iudi. non autem in generali ad penitentiam peragendam ita Archi. in ca. Deus. 1. col. vers. ad de dicas. 2. q. 1. vbi nō curatur quis in talibus denunciaret, vel testificetur. Itē quod illa sunt falsa ca. oporteat & ca. qualiter el. 2. extra de accusa. offeratq; statim probaturū; quia eo casu inquisitor tenetur super sedere donec probetur. Et si probatur, debet eidem iudici purgatio. quod si nō probatur proceditur in inquisitione ipsa d. ca. cum oporteat & d. cap. qualiter. Item potest opponi quod non est infamatus de delicto, & ideo non potest inquiri; vt supra dixi. Et bene dixi, quod debet opponi, quia si esset processum absque infamia, & non opponeretur: processus valeret, secundum Fran. Are. in ca. qualiter & qñ lo. 1. 3. col. uers. sed illa conclusio de accusa. & hanc refert esse communem opinionem. ¶ Item notandum est, quod si inquisitio est commissio ad instantiam vnus qui legitimis exceptionibus est repulsus; tunc si in rescripto & commissione est insertum nomen eius, si alter voluerit subintrare ad prosequendam inquisitionem, vel iudex ex officio suo voluerit prosequi: certē non admittitur. nec iudex ex officio poterit procedere. Si vero nomen eius qui de iudex ex officio potest prosequi ca. cū oporteat ad accusa. propē finē & ita tenet Specu. in titu. de inquisitio. §. 1. num. 23. do. Abba. in d. cap. cum oporteat dicit quod si Papa committit inquiri de fama tantū etiā si impetrans, & specificē nominat in commissione fuerit repulsus; nihilominus si constat de fama per testes idoneus, potest procedi ad ulteriora: quia vbi mādauit inquiri de fama, nō habuit respectū Papa ad impetrantem, & ita dicit fuisse de mente innoc. ibidē. ¶ Sed nunquid si opponantur aliquæ exceptiones contra inquisitionem, & qd non potest procedi in inquisitione; an sint admittendæ probationes super dictis exceptionibus antequam procedatur in causa principali? & Spe. in d. §. 1.

De eodem.

De eodem.

Exceptionibus contra inquisitionem opponi.

scitis, nō pot
est. f. proc.
d., proba
tiones an su
p. eisdē ad
mittantur?
De inquisi
tione com
missa. qual
iter cognō
scatur,

nu. 24. arguit pro & contra, tandē dicit, quod debēt admitti probationes super dictis exceptionibus. per tex in cap. exceptionem extra de excep. & cap. in praesentia extra de senten. excom. tamen super hoc puto esse distinguendū, prout est de mente Abb. in d. cap. exceptionem inter exceptiones dilatorias, & peremptorias. vt ibi per eum. de quibus suo loco dicemus.

¶ Qualiter autem cognoscatur, quod sit mandata inquisitio: ecce in littera 61
Papae dicitur quod super propositis coram Papa veritas inquiratur, an dicatur isto casu commissa inquisitio? & in hoc Spec. in titu. de inquisi. §. 1. num. 23. dicit quod licet in rescripto d. catur inquiras. non ex hoc dicitur inquisitor, vt debeat procedere per modum inquisitionis, sed procedere debet secundū formam iuris, & maximē, si dicatur vocatis vocandis; vt in cap. exhibita extra de iudi. & cap. super his extra de testi. cogen. Sed si in rescripto dicatur ex clamosa insinuatione peruenit, vel personaliter accedatis ad locum tunc est inquisitio mandata. ¶ Est etiam super aduertendum, an sit commissa inquisitio, & proceditur in modum inquisitionis: an vero ordinarie & proceditur per modum ordinariae potestatis & inquisitionis. Nam primo modo non requiritur quod fiat cōtestatio litis ca. cum l. & A. extra de re iud. vt supra dixi. Sed do. Abb. ibi dicit quod tunc est verum, quod non requiritur contestatio litis quando inquisitio fuit commissa, & formata nemine promouente. Sed Papa ad solam canonicorum denunciationem commisit inquisitionem tam in capite quam in membris: vt patet in illo tex. Et sic canonici qui denunciant infamiam Abbatis, non prosequuntur istam inquisitionem. quia inquisitio pariter fuit commissa contra eos. vbi autem aliquo promouente esset inquisitio commissa, tunc necessaria esset contestatio litis. vt in cap. cum dilectus extra de purga cano. Anto. de But. in cap. quoniam. §. sunt & alij extra vt lit. non contest. dicit ex mente Spec. quod aut sumus in generali inquisitione, & tunc siue adsit prosequutor, siue non, non sit illis contestatio. Et sic dicit loqui tex. in d. cap. cum l. & A. in inquisitione vero speciali, si nō adest prosequutor inquisitionis, nulla sit litis contestatio. vt in d. cap. quoniam. §. sunt & alij. Fit tamen quaedam quasi contestatio litis quae est inter famam, & responsonem factam traditis capitulis (secundum formam cap. qualiter ad illam iuncta responsonem. Sed si sit instigator, & tunc. si est tantum assilens, vel ibi positus per iudicem. vt coadiuer effectum suum, & cum eo his non contestatur. (vt est hodie simplex coadiutor curiae) sed si est prosequutor specialis impetrans, & assumens inquisitionis telam, tunc cum eo facienda est litis contestatio secundum Inno. in d. §. sunt & alij. & Hostien. in cap. qualiter extra de accusa. & ita intelligenda sunt quae dicta sunt superiori loco. Verum est aduertendum vterius, ne erretur, quod aut agitur in inquisitione vt quis remoueatur ab administratione, beneficio, vel officio, aut vt quis puniatur criminaliter primo casu procedunt quae dicta sunt. de quo videatur Archi. in cap. Deus. col. vers. adde dicas 2. quaest. 1. Secundo vero casu, debet procedi ordinarie. vt est de mente eiusdem Specular. in titu. de inquisi. §. 1. numer. 3. 2. & 35. & pro hoc videtur tex. in cap. super his extra de accu. & ibi not. do. Abb. in vlti. no. dicens expresse quod quando agitur, vt quis remoueatur ab administratione vel vt priuetur beneficio causa non est criminalis.

¶ Et ideo poterit intervenire procurator prout dicit voluisse Fede. de Sen. in 62
confi. 23. al. 35. 28. & idem tenet Bal. in l. non solum. §. si. ff. de pro. de quo per Moder. an rub. extra de iudi.

De eodem.
Procurator
pōt inter
uenire. quā
do causa
non est cri
minalis.

AVT CRIMINIBVS SPECIFICATIS VIA
EXCEPTIOIS. Cap. VII.

S Y M M A R I V M.

- | | | | |
|---|--|----|---|
| 1 | <i>Crimina etiam via exceptionis inducuntur.</i> | 8 | <i>Excipiens delictum, debet excipere re re delictum.</i> |
| 2 | <i>Practica inducendi crimina via exceptionis.</i> | 9 | <i>Exceptione, tua non interest, quando opponatur.</i> |
| 3 | <i>Procurator admittitur quando crimina inducuntur per viam exceptionis.</i> | 10 | <i>Exceptio, quod sine literis fuit ordinatus ab alieno Episcopo.</i> |
| 4 | <i>Causa criminalis quae & quando dicitur.</i> | 11 | <i>Excipi quae crimina possint, vt quis priuetur beneficio.</i> |
| 5 | <i>Excipere quis possit de crimine.</i> | 12 | <i>Beneficio quando, & quibus criminibus veni quis priuandus.</i> |
| 6 | <i>Princeps regni an possit excipere contra electum.</i> | 13 | <i>Delegatus an presumatur, si dicat vicarius, de mandato superioris.</i> |
| 7 | <i>Laiicus opponens an repellatur propter crimen?</i> | 14 | <i>Officialis attestans de ordine superioris, verum credatur?</i> |



OLENT quandoque crimina notificari, & induci per viam exceptionis; Ne igitur aliqua omittantur, in prosequutione nostrae praxis. ¶ Illud scire (antequam vterius tela nostra protrahatur) non pigeat, quod crimina per viam exceptionis adducuntur quando agitur de confirmando electum, vel instituendo presentatum, vel admittendo prouisum in possessionem, & no. in cap. super his extra de accusa. & no. practici in formu. proc. vbi agitur de modo procedendi in causis criminalibus. ¶ His enim casibus specificanda & danda sunt crimina, illaque sunt specificanda, prout in libello accusatorij specificantur, secundum solemnitatem libellorum, vt dicunt Doc. in d. cap. super his. ¶ Est tamen bene verum, quod non erit necessaria inscriptio, secundum practicos in d. formul. vbi supra. At tamen tex. in d. cap. super his tenet, & clare decidere videtur, quod quando obiciunt per viam exceptionis crimina, vt quis remoueatur, vel priuetur beneficio obtento, licet inscriptio non sit necessaria, tamen debet obiciens astringi ad se obligandum ad poenam extra ordinariam arbitrio iudicis infligendam. ¶ Vterius non omittas scire, quod crimina non obiciuntur contra prouisum (ad effectum ne mittatur in possessionem) cum infamia. ita enim firmat formula. procu. vbi supra titulo de deuolu. cau. Et proinde aduectit procuratores, vt sint cauti quod excipiendo crimina dicat, quod illa crimina sunt notoria, & quod ille petens possessionem erat, & sit de illis infamatus, & deinde hoc articulet, & probent. ¶ Et Bellame. decisio. 3. 0. incip. non ob. voluit posse excipi de homicidio infamia aduersus electum, vel prouisum ne mittatur in possessionem. Intelligitur tamen eius dictum, procedat quando homicidium vel alia crimina praecesserunt collationem secundū Do. Abb. in ca. cum nostris de concess. praben. ¶ In isto enim casu concludunt omnes Docto. admitti procuratorem, quia causa non est criminalis, etiam si exceptio deiciat ab obtempo, ratione conuexitatis cum iure futuro.

Crimina et
via excep
tiois indu
cuntur.
Da eodem.
Practica in
ducendi cri
mina via
exceptiois.
De eodem.

De eodem.

De eodem

Procurator
admittitur
quando cri
mina indu
cuntur per
uim exce
ptionis.

¶ Nam

Causa criminalis, q & quando dicitur.

Excipere quis possit de crimine.

Princeps regni non potest excipere contra electum.

Laicus opponens au repellitur propter crimen.

¶ Nam criminalis causa dicitur, cum finis tendit ad vindictam publicam, & vt delictum puniatur debita poena. Ita voluit Feder. de sen. consi. 23. aliàs 28. & sequitur Abb. in d. c. super his. qui pro hoc allegat tex. expressum in c. per tuas el. 1. extra de simo. in vers. tales. Ceteriq; Doctores. (vt dixi) hanc opinionem amplectuntur. ¶ Quis ergo admittatur ad excipiendū de criminibus cōtra electū seu contra prouisum? Gloss. in d. c. super his extra de accusa. videtur tenere qd̄ quilibet etiam si sit criminofus & p̄tendens publicum interesse. Innoc. autē ibidem, multū laborat (vt dicit do. Abb. ibi) tandem dicit, quod etiam criminofsi admittuntur ad excipiendum, & est ratio quia ille qui petit confirmationem, seu missionem in possessionem. si habet aduersarium debet dare libellum, & litem contestari, & sic agit, ergo contra excipientē de crimine non datur replica tio criminis. Dicit do. Abb. quod Archidia. in illud 23. dist dicebat quod quando criminofus, prosequitur proprium interesse, admittatur & hanc opinionē (secundum eum) sequitur lo. And. in d. cap. super his. Et propterea dicit ipse do. Abb. quo est distinguendū: quod aut quis prosequitur proprium interesse, & admittitur aut publicum, deberet repellatio est quia in veritate iste suffinet vicem accusatoris. ¶ Et ex his infert ad quæstionē nunquid princeps regni admittatur ad excipiendum de crimine contra electum? & dicit qd̄ Innoc. ibi scriptum reliquit quod cessante suspitione quod illud faciat causa extorquendi pecunias, esset p̄t alijs admittendus arg. 1. 16. q. 1. cap. constitutus & c. filijs ea ca. quæst 7. mo plus dicit (secundum eum) quod cum timer de coniuratione, seu de prodicione patriæ aut reuelatione secretorū suorū, & hoc ratione patriæ, vnde oriundus est electus, vel propter parētes suos, qui sibi fuerant infesti, satis erit audiendus princeps, quia prosequitur interesse proprium. & sequitur ibi Abb. dicens esse notandum ad practicam. Et hanc opinionem etiam tenet lo. de Ana. in d. ca. super his. Sed postea in tertia col. eiusdem ca. refert Hostien. dicens quod hoc, (scilicet principem admitti ad obiiendum crimina) sit arbitrium, & apparebit ex varijs coniecturis. Nam si offerat probationes incontinenti debet admitti. Item dicit si ille electus esset aliàs infamatus do. Ant dicebat quod contra electum in episcopum, quilibet subditus debet admitti, contra electum in presbyterum curatum quilibet de parochia, contra electum in prælatum eccl. sic cathedralis, quilibet diocessis contra electum ad aliud beneficium solum ille cuius interest, puta prælatus subditus de An. in. Ibi quod do. Abb. ibi dicit, qd̄ laicus nullo modo potest excipere nisi sua interesse. Clericus vero indistinctē debet admitti, per ea quæ nota in ca. cum P. extra de accus. & vere hæc est opi. Abb. vltra ea quæ dicta sunt supra. Laicus enim nō admittitur (dicit ipse) si sua non interest, vt quia patronus vel parochianus, aut aliter sua interest, quia sua exceptio habet vim cuiusdam accusationis, à qua laicus remouendus est, nisi suum prosequatur interesse. Clericus autem in distinctē admittitur, si alia causa rationalis non obstaret, quia interest cuiuslibet clerici, ne præficiatur malus in ecclesia. Item sicut clericus potest accusare alium clericum, prosequendo ius publicum ita & fortius debet admitti ad excipiendum, & hanc opinionem puto tenendam: quam etiam tenuit ibi do. Fely. paucis additis. ¶ Circa vnum insinuat videlicet: quod laico opponenti crimen non obstat, licet ipse dicat quod aliàs tenuit contrarium. Nam dicit ipse quod nunc tenet non obstat ei crimen, & hoc ex pluribus & primo per tex. in cap. ille 24. dist. secundo quia talis excipiens uenit voluntate, & hic exceptio habet vim accusationis, vt inquit Innoc. in cap. super eo de electio. Tertio, quia aliud est agere pro priuato interesse, aliud pro proprio, etiam parochia.

nus

¶ nus criminofus admittitur ad accusandum. hoc autem verum dicit, si ille laicus veniret proprie pro interesse suo proprio, & particulari secus est, si veniret pro interesse priuato, & sic pro interesse vniuersali, vt quia diceret ecclesiā sibi delatam, secundum Innoc. in d. c. super his. Si autem laicus agens, pro interesse vniuersali non proprio motu, & ex se ageret, sed stimularum iudice pura vocatus per iudicem ad instantiam electi, non obstat ei crimen quod sublimat, vt ibi per eum. ¶ Dicit etiam Fely. in loco citato qd̄ crimen quod obiiicitur electo, debet esse tale, quod necessario inferat delictum, aliàs si necessario non inferat delictum, non obstat electo. Vt in exemplis postis per eū. ¶ Quando autem opponenda sit exceptio tua non interest, alij dicunt quod opponi debet ante litem contestatam, quasi sit declaratoria, alij vero tenuerunt, quod quando cunq; confiterit, non interest esse defectu actio: & ex consequenti semper potuerit opponi quasi sit peremptoria secundū do. Anto. Car. & Inno. in d. ca. super his & istam opinionem approbatam reliquit Fely. in d. ca. super his in quinta conclu. dicit tamen eam veram, vbi quis comparet pro interesse proprio secus si publico, quia per litem contestationem persona habilitatur, secundo intelligit eam procedere nisi quis veller opponere hanc exceptionē ad impediendū litem ingressum quia potest, & debet tunc opponere ante litem contestationem. ¶ Si autem opponeretur contra ordinatum quod sine literis fuit ordinatus ab alieno Episcopo tunc per antiquitatem temporis, vel etiam propter honestam vitam ordinantis, vel ordinati transfunditur onus probandi in opponentē secundū Inno. & Host. in ca. innoquit de eo qui fur. or. su. & ibi etiā do. Anto. 3. col. & Anto. in ca. 1. 1. col. de cler. pere. & late Fely. in d. ca. super his in 6. & vltima cōclusio. pe. col. ¶ Que autē crimine possint obiiici quis priuatur beneficio? Dicumus &, quod ex crimine quis amittit beneficia duobus modis, vno modo ipso iure altero vero per sententiam. Amittit enim quis beneficium ipso iure quando obiiicitur aliquod crimen propter quod ius disponit priuatur beneficio. ¶ Priuatur enim ipso iure, beneficium quis propter heresim ca. ad abolendam de here. §. 1. & docet Ant à Butr. in c. fi. col. 2. de postu. Fely. in c. rodolphus de referip. taliter quod eius beneficium vti vacans libere potest impetrari, si tamen errorem suum recognoscens ad vnitatem fidei voluerit recurrere & abiurare retinebit beneficium: quod quidem quomodo intelligatur, vt de Doct. in d. ca. ad abolendam, & Pet. Rebuff. in tract. benefi. in tertia parte de mo. ami. bene in princ. ¶ Priuatur etiā beneficio ipso iure, qui ingreditur possessionem beneficii per vim; cap. eum qui de præben. in vi. Item schismaticus pariter ipso iure priuatur cap. nos cōsuetudinem 12. dist. & cap. quia diligentia de electione. ¶ Item amittit beneficium ipso iure, ille qui commisit crimen læsæ maiestatis l. quisquis. C. ad li. i. maiest. ¶ Item simoniacus ipso iure priuatur beneficio cap. insinuat, vbi Fely. & alij extra de simo. Doct. in cap. 2. de referip. extraua. cum detestabile eo. titu. Intellige si crimen esset notorium secus si esset occultū: quia tūc veniret priuandus nisi rehabilitetur ca. presbyter 1. q. 1. Panor. & alij in cap. nisi de renuncia. & Pet à Rebuff. vbi supra nu. 34. ¶ Itē perdit beneficium ipso iure quis propter vitium sodomiticū c. mulier 1. q. 1. hoc. n. crimen uocat (L. uch. de Penn. in l. 3. & sequen. C. de exap. & excep. li. 12.) crimen apostasiæ à natura Item percutiēs Cardinalem priuatur ipso iure c. felix de poen. in vi. Item si quis iniuriōse, vel temere percusserit Episcopum, aut cœperit, seu bannierit, vel hæc mandauerit fieri ratumue habuerit cle. 1. de pen. Item Alastinus priuatur ipso iure beneficio, cap. 1. de hom. in 6. Alexan. consi. 166. 7. lib. Item priuatur ipso iure beneficijs si occidit quis parētes, aut fratres cap.

Excipiens delictū. Debet excipere vere delictum.

Exceptio tua non interest, quādo opponatur.

Exceptio quod sine literis fuit ordinatus ab alieno Episcopo. Excipi qd̄ crimina possint, vt quis priuatur beneficio?

Beneficium quando & quibus criminibus veniat quis priuandus. De codem. De codem.

De codem.

De codem.

Da codem.

De codem.

Delegatio an presumatur si dicat Vicarius de mado superioris? Officiali at tuitanti de ordine superioris utrum credatur? Prosper Caraita.

cap. inquisitionis vbi Fely. col. de accus. lo. Ana. conf. 63. Item falsarius litterarum papae priuatur beneficijs ipso iure cap. ad falsarium de cui. fal. Item qui fecit professionem in religione beneficium perdit cap. beneficium de regulari lib. 6. Item beneficiati ecclesiae occidentis rectorum, vel clericum ipsius ecclesiae, vel alios cap. in quibusdam extra de poen. Item si quis coegit clericum vt resignaret beneficia cum detinendo in carceribus cap. sciant de electio. lib. 6. Item apostata à fide, vt docet Azo in summa. C. de apost. sunt & alia crimina ex quibus ipso iure quis priuatur beneficijs & alia ex quibus per sententiam priuatur, de quibus ad longum per Pet. à Rebuff. in pract. supra allegata. vide te cum. ¶ Quid enim si Vicarius inquirat contra aliquem, & dicat in principio inquisitionis, de mandato & ordine superioris videlicet. Archiepiscopi, an censetur tunc procedere vt delegatus? vide Spe. in ii. de deleg. uers. sed quid si commissio. Glo. in ca. cum aliquibus de res. in 6. ¶ Sed utrum credatur sibi arreftanti de ordine & commissione? dicas quod si superior est in ciuitate sibi credendum est. vt dicit Roma. in l. sciendum. ff. de verbo. oblig. l. a. in l. ex quacunque col. 2. ff. si quis in ius voc. non ier. & meminit D. Prosper Caraita in prag. de fil. fam. §. 2. numero. 4.

TESTIBVSQVE DILIGENTER EXAMINATIS. Cap. VIII. SVMMARIVM.

- 1 Testes quando examinari debeant. 15 Reipublica interest crimina puniri ad aliorum errorem.
2 Iudex qualiter procedat ad examen. 16 Testes, quando in iudicis arbitrio est: ad testificandum compellere.
3 Testes an cogi possint ut deponant. 17 Clerici à consorcio susp. Etarum mulierum abstinere se debent.
4 Consentire quid sit. 18 Monitio importat preceptum.
5 Veritatem deponere est Reipublice maxime necessarium. Ideoque testis officium est publicum. 19 Rogatio maiorum habetur pro mandato. Et rogare & mandare idem sunt.
6 Causarum quaedam criminales quaedam civiles, quaedam mediae. 20 Malicia nemini prodesse debet.
7 Crimen conspirationis contra Prelatum est detestabile. 21 Intellectus. cap. dilectorum de testi. co. gen. ad memem Abb.
8 Delicta enormia qua dicantur. 22 In dubio regula standum est.
9 Testes in quibus causis, & criminibus specialiter mandato testificari compelluntur. 23 Argumentum à contrario sensu quando cessat.
10 Status ius commune reputatur. 24 Civilis & criminalis questio regulariter non concurrunt.
11 Quatuor casus, in quibus testes ad testificandum non compelluntur. 25 Pro iurium concordia semper standendum.
12 Privilegiati non indistincte ad testificandum compelluntur. 26 Intellectus cap. dilectorum secundum dominum auctorem.
13 Testes an possint cogi quando obicitur tur crimina testibus? 27 Litteras monitorias quando potest concedere iudex ecclesiasticus.
14 Clerici, & laici volentes clerici in criminalibus testificari non compelluntur. 28 Testis interrogatus de furto, an cogi possit

- possit ad iudicandum suum. 41 Remissoria qualiter concedatur. Et quando concedatur?
29 Reuelare an teneatur qui in secreto scit aliquid? 42 Egregiae personae tenentur personaliter comparere ad deferendum testimonium.
30 Uxor & filij an teneantur reuelare virtute monitoria? 43 Vestes an possint examinari in ecclesia?
31 Reuelare an teneatur ille qui ponere se in maximo periculo. 44 Remissoria cui commisi possint. Et quando concedenda?
32 Reuelare an teneatur vassallus? 45 Mulieres an sint idoneae testes in criminalibus.
33 Advocatus medicus, & procurator an reuelare teneantur? Et omnes confessori equiparantur. 46 Testimonium mulieris, & infamiae equiparantur.
34 Monitoria non conceduntur volenti potestea agere criminaliter. 47 Testes vacillantes an torqueri possint.
35 Forma agenda contra delinquentes rem mea. 48 Torqueri an possint clerici contra laicos?
36 Testes qualiter coguntur deponere. 49 Testes in causa haereticis qualiter examinantur.
37 Testes an cogi possint per iuratum delegatum? 50 Commissionis remissoria forma.
38 Citatus vt compareat ad deponendum non comparens & excommunicatus, qui postea comparendo dicit se fuisse impeditum: quid faciendum? 51 Testes ultra decem, an examinandi in criminalibus?
39 Testes an evocantur sint à partibus longinquis. Et cuius expensis? 52 Et quid in civilibus?
40 Remissoria an concedantur in paribus. 53 Testes an possint examinari in domo accusatoris?
54 Testes ad futuram rei memoriam an examinentur in criminalibus?



VANDO proceditur per viam accusationis. ¶ Testes examinantur post datū terminum ad articulandū, & productis articulis in termino per accusatorem; secundum morem & ritus Romanae curiae & etiam nostrae salernitanae, & non ante. Quando autem proceditur per viam inquisitionis testes examinantur à principio, & deinde ex reperis formantur articuli per promotorem curiae & super illis citata parte repetuntur testes examinari. Verum quia satis vile est etiam quando proceditur per viam ordinariae accusationis examinari testes super contentis in accusatione ad effectum decernendae citationis de persona, & etiam carcerandi propterea uolui hic ponere examinis testium materiam tantò magis, quia communi practica omnium curiarum est procedere statim habita quaerela non citata parte ad examen testium in quaerela nominatorum. ¶ Antequam autē ad examen procedatur illud aduertendum est quòd sicut forum ecclesiae est aequitatis & veritatis: ita differre debet modus procedendi in eo foro, ab eo qui seruatur in foro laicorum, vbi cum maiori rigore proceditur. Iudex enim ecclesiasticus taliter procedere debet, vt verè appareat & cunctis innotescat non moueri typo odij, & malitiae, sed zelo iustitiae prout admonet Papa in cap. qualiter & quando el. 2. extra de accusa. ¶ Et proinde facta denunciatione, aut exposita quaerela, vel facta deliberatione perueniendi ad inquisitionē, diligenter & charitatiuè, ac fraternè inuestiget ex suo officio, cuius extimationis & famae sit denunciator & accusator? qua ex causa potuissent moueri, an ex odio, inuidia aut alia causa, non iusta. Cuius etiam extimationis & famae sit delatus aut accusatus; si verosimilia sunt, quae contra eum deferuntur, ita vel ne; antequam procedat

Testes quando examinari debeant.

Iudex qualiter procedat ad examen.

De eodem.

De eodem. procedat ad capiendā informationē. ¶ Et demum habita lista testium à denun-
 ciatore, seu accusatore diligenter querat, & inuestiget de qualitate, fama, & cō-
 ditione testium, de quo loco sint, & si sunt amici, an inimici delati aut accusati?
 Non tamen hæc redigat in actis sed si viderit produci testes inimicos, aut aliōs
 suspectos, non recipiat. ¶ Nunquid autem iudex ecclesiasticus cogere possit te-
 stes ad deponendū in causa criminali tam laicos, quam clericos & an quilibet
 sit obligatus testimoniu ferre? In qua quidem questione, quid secundū Theolo-
 gos, & demum quid secundū canones sit statutum dicamus. Et primo Alex. de
 Alex. in sua summa par. 3. q. 43. tit. de testi. art. primo dicit quod aliquando con-
 fesso veritatis requiritur ad purgationem innocentie; aliquando ad correctio-
 nem culpæ; aliquando ad condemnationē personæ; aliquando ad recuperatio-
 nem rei suæ. Primo casu, si pro defectu testimonij, veri aris quis condemnare-
 tur innocens pro nocente, & tunc tenetur quilibet ferre testimoniu ex illo præ-
 cepto erue eos qui ducuntur ad mortē; & qui trahuntur in interitum liberare
 necesses. Prouerbio. cap. 24. similiter in secundo casu, cum agitur ad correctio-
 nē, vt coram iudice ecclesiastico, tenetur similiter quilibet ferre testimonium:
 quia quilibet tenetur pro loco, & tempore ad correctionem fratris, ex præce-
 pto domini Math. ca. 18. Et istis casibus cogitur quis testificari. In tertio casu
 quando agitur ad cōdemnationem: vt in causa sanguinis, vel causa criminali
 corā iudice seculari, & non tenetur testimoniu ferre clericus. Imo prohibetur
 vniuersaliter clericus à testimonio ferendō sicut prohibetur ab accusatione &
 in hoc casu intelligitur canon Beati Fabiani. 2. q. 7. sicut sacerdotes, vel reliqui
 cleri à secularium laicorum excluduntur accusatione: ita & illi ab istorum sunt
 excludendi criminatione: (Adde text. in cap. testimonium 1. q. 1. Abba: & cæ-
 teri in cap. de cetero. i. not. extra de testib. Fran. Ant. Mona.) Item in quarto ca-
 su, vbi periculū pecunie vel possessionis, sacerdotis requisiti à iudice ecclesia-
 stico tenentur ferre testimoniu, & similiter quilibet persona, vbi propter defe-
 ctū probationis res proximi amitteretur. Alias vero nō tenentur. Sicut Thom.
 secunda secundæ q. 70. art. 1. dicit; quod aliquando requiritur alicuius testi-
 moniu, aliquando nō requiritur: primo casu, si requiritur testimoniu alicuius
 subditi auctoritate superioris cui in his quæ ad iustitiam pertinet obedire tenetur,
 non est dubium quin teneatur testimonium ferre, in his quibus secun-
 dum ordinem iuris testimonium ab eo exigitur: puta in manifestis, & in his de
 quibus infamia præcessit. Si autē exigatur ab eo testimoniu in alijs puta in oc-
 culis, & de quibus infamia nō præcessit: nō tenetur ad testificandū. Si vero re-
 quiratur eius testimonium nō auctoritate sui superioris, cui obedire tenetur:
 tunc distinguendum est, quia si testimoniu requiratur ad liberandum homi-
 nem vel ab iniusta morte seu pœna quacumq; vel à falsa infamia, vel etiam ab
 iniquo damno, tunc tenetur homo ad testificandū: & si eius testimoniu nō
 requiratur, tenetur facere quod in se est, vt veritatē denunciet alicui qui ad hoc
 possit prodesse. Dicitur enim Psal. (eripete pauperem, & egenum de manu pec-
 catoris liberate) & Rom. primo dicitur, digni sunt morte, nō solum qui faciūt,
 sed etiam qui consentiunt faciētib; vbi gloss. dicit. ¶ (Consentire est tacere,
 cum possit redarguere.) super his vero quæ pertinent ad condemnationem ali-
 cuius, non tenetur aliquis ferre testimonium nisi cum à superiore compelli-
 tur: secundū ordinem iuris: quia si circa hoc veritas occultatur, nulli ex hoc spe-
 ciale damnum nascitur, vel si imminet periculum accusatori, nō est cuiusdā,
 quia ipse in hoc periculum sponte se ingerit. Alia autem & diuersa ratio est,
 de reo cui periculū imminet eo nolente. Siluest. Prier. in sua summa verbo
 testis

Testes an
 cogi pos-
 sit, vt de-
 ponant?
 Ex Theolo-
 gis.
 Alexander
 de Alex.

Tho. Aquil.

Consentire
 quid sit.

Siluest. Prie-
 ra,

testis nō m. 8. sequitur in omnibus dicta Beati Thom. Limitat tantūmodo eius
 dicta. vt non procedant sua finalia verba, quando is contra quem agitur perse-
 nerare vellet in peccato arg. c. clericorum de vit. & hone. cleri. 22. q. 5. hoc vide-
 tur, vt pœna reuocet à malo quos Dei timor non reuocat. refert Innoc. ita di-
 xisse in cap. 1. de testi. cogen. cuius dicta ipse sublimant, vt procedant si emen-
 datio præsumeretur. Canonistæ vero, & inter eos Abb. in ca. 1. num. 2. extra de
 testi. cogen. dicit quod quando tractatur de iudicio mortis, vel causa criminali
 regulariter quis non tenetur testificari: & sic cogi non potest. Idem do. Abbas
 in ca. super eo eod. titulo dicit quod ille text. limitat iura dicentia in criminali-
 bus nō cogi testes, nec teneri ad testificandū, non enim procedat, quādo ti-
 more aduersæ partis testes se subtrahunt. Nam tunc in odium partis cōpellun-
 tur, vt ibi dicit probari secundum communem intelligentiam; & idem (secun-
 dum eum) est, secundū Inno. si aliter malitiose per partem diuersam à testimo-
 nio retrahantur. In ciuilibus autem indistincte quis tenetur ferre testimoniu,
 & cogi potest, vt ibi per eum. ¶ Videtur tamen, propterea in d. ca. primo sequi
 opinionem Beat. Thom. Bald. in rubrica de testi. cogen. dicit quod de iure ciuili
 officium testis est publicum in genere, quia tenetur veritatem (quæ est res sa-
 cratissima, & reipublicæ valde necessaria) deponere l. 1. ff. de testi. & l. si quis ex
 assignatoribus. ff. quemadmo. testa. apert. & quandoque est publicum auctori-
 tate & vtilitate, vt quando fertur testimonium in causa publica l. vtilitas. C.
 priu. quandoque est publicum auctoritate & seueritate, quia publice in re est
 maleficia puniri. vt ff. de publi. l. licitatio. §. qd̄ illicite. ff. ita vulneratus. ff. ad l.
 A qui. A deo quod de iure ciuili indistincte compelluntur testes testificari: quā-
 doque etiam per torturam. vt l. adictum. vt l. diuus Pius. ff. de quæstio quādo-
 que est publicum auctoritate, sed vtilitate priuatum vt quia tendit ad priuatā
 vtilitatem. Et ideo dicit quod scemine possunt esse testes, quia si esset omnino
 publicum id est principaliter, & secundario non possent l. qu. testamento. ff.
 de testa. §. mulier l. scemine. ff. de reg. iur. (Additio. Hæc autem intellige regu-
 lariter; sed non in defectum probationis, quia tunc admittuntur. secundum
 Gramma. cons. 3. in crimi. ad plenum Abba. in ca. 2. de arbi. & in cap. inter ex-
 tra de purga. cano. Franc. Anto. Monachus. De iure autem canonico quia offi-
 cium testis (secundum eum) non est omnino publicum, sed quasi publicum,
 alia debet adhiberi distinctio. ¶ Nam quædam sunt causæ criminales, quædam
 ciuiles, quædam mediæ vt criminales ciuilitate motæ, item quando criminales
 incidit in ciuilem. vt quia obicitur testi falsitas. si ergo (dicit ipse) causa non
 est mere criminalis. (vt est regulariter de iure canonico) quia ex causa inquisi-
 tionis de iure canonico, non imponitur vltima pœna, quæ debetur ex crimi-
 ne (testes non coguntur, sed hortantur testificari. Fallit in exceptionibus crimi-
 nalibus.) secundum eum vt in crimine falsi, quia testes etiam coguntur cap.
 cum contra eo. tit. de testi. cogen. item fallit in crimine sacrilegij, quia ini-
 iuria personalis est facta clerico, quia etiam, eo casu testes coguntur cap. perue-
 nit eo. tit. ¶ Item fallit in crimine conspirationis contra suum prælatū quia est
 crimen deestabile, quia etiam, tunc coguntur testes testificari cap. venerabilis
 eo. tit. Item fallit in crimine proditiæ patriæ, quia est erimen laesæ maiestatis, vt
 nō. in l. 2. C. de abolitio. Et idē (dicit ipse) est dicendū in similibus delictis enōr-
 mibus. Item dicit quod idem procedit in crimine adulterij, quia quo ad iniu-
 riā animi excedit omne delictum l. 1. C. de rap. virgi. ¶ Est etiam notandum, se-
 cundum eundē Bal. quod de iure ciuili omnia illa dicuntur enormia delicta
 quæ committuntur cum dolo in magnum damnum, vel iniuriā alterius. l. ff.
 de

Opi. Cano-
 nitarum.
 Abbas.

Veritatem
 deponere &
 Reipubli-
 cæ maxime
 necessariū.
 Ideoque te-
 stis officiu
 est publi-
 cum.

Causarum
 quædam cri-
 minales, q-
 dā ciuiles
 quædam me-
 diæ.

Crimen cō-
 spirationis
 cōtra Præ-
 latū est de-
 testabile.

Delicta
 enormia &
 dicuntur.

de reg. iur. & lauxilium. s. in delictis. ff. de minor. De iure autem canonico illa dicuntur enormia crimina, quibus post peractam poenitentiam non confiteatur dispensari ca. ar. si clerici extra de iudi. § Si autem est causa mare civilis, & tunc si est matrimonialis testes compelluntur testificari ca. 1. de testi. cogen. Idem est, si erit causa beneficalis cap. super his eo. tit. & idem regulariter est, in omni casu pecuniario qui non sit famosus. Sed si causa esset famosa (vt furti & similes) testes non compelluntur testificari: quia ab eis infamia oiri non debet: praesertim si sunt clerici. fallit si hi mala gratia vel per collusionem se subtraxerunt: ne praebant testimonium veritati, quia odio colludentis statutum est cogi debere, vt dictum est. In causis autem medijs, testes compelluntur, sicut in meris civilibus cap. tuæ extra de procu. demum dicit idem Bal. quod opinio Inno fuit quod vbiunque peccatum est, tacere veritatem ibi cogitur testis testificari Sed vbiunque non est peccatum, non cogitur. Sed opinio ipsius Bal. est (vt ipse testatur) quod vbiunque est magnū damnum proximi, vel lucrum aduersarii, testes debent compelli, & sic etiam, vbiuuq; esset scandalum. Item vbiunque testes sunt rogati, quia acceptauerunt officium testificandi, vnde ipsum recusare non possunt. Et hoc de testibus qui producantur in iudicio. Sed quod aliqui testes intersint contractu vel testamento, vbi ipsi nolunt interesse, non compelluntur testificari vel ad esse. § Finaliter dicit quod de consuetudine curiæ, in medijs causis & in criminibus qualitercunque intentatis, testes non compelluntur testificari, nisi de speciali mandato Papæ.

¶ Et ideo ius commune reputatur talis stilus, quia interpretatur ius commune l. de quibus. ff. de legi. & in cap. dilectorum eo. tit. de testi. cogen. Ponit rationem quare de æquitate canonica in criminalibus testes non compelluntur testificari, ne resultet inimicitia inter testes & accusatum quæ de facili resultat cap. pe. extra de accu. Demum. Idem Bal. in eo. cap. 1. dilectorum vltimo loco querit an sit indistincte verum, quod in criminalibus testes de iure canonico, non compellantur testes testificari, responder se tenere quod hoc sit arbitrarium, nam si testi imminet periculum iudex non debet eum cogere nam si non teneretur testificari in præiudicium coniunctorum, multominus in præiudicium ipsiusmet. l. lege iulia. ff. de testi. Si autem non imminet periculum, tunc debet compelli propter fauorem publicæ vtilitatis, ne delicta remaneant impunita. § Albe. de Rosa. Bergo in tracta. de testi. secunda parte dicit quod ex mente. lo Calder. quatuor fieri debent casus. tam de iure ciuili quam canonico.

Primus erit vt in subsidium admittantur, & cogantur etiam testes. Et sic quando veritas aliter haberi non posset. secundus casus est quando agitur ciuilliter de crimine; tertius casus quando agitur criminaliter de crimine: quia tunc si agitur ad poenam pecuniariam pro delicto imponendam ex forma statuti, vel etiam si agitur ad poenam corporalem tunc enim compelluntur testes testificari coram iudice seculari ca. super eo in fi. de testi. cogen. nisi sint privilegiati. ¶ Nam secundum eum in criminalibus Docto. nolunt privilegiatos indistincte compelli non habita distinctione an aliter veritas possit haberi, vel no, quia in civilibus celare veritatem est peccatum, sed no in criminalibus. In hoc enim casu clerici non compelluntur etiam coram iudice qui est de temporali iurisdictione ecclesie quoniam testificando in criminalibus, incurrunt irregularitatem 21. quæst. 2. cap. testimonium & secundum eum dicit But. in d. ca. dilectorum, hoc etiam casu non cogi laicum qui tenderet ad clericatum. Si vero de crimine agitur criminaliter ad poenam depositionis, vel suspensionis vel aliam in foro canonico, tunc testes compelluntur secundū Hostien. & But. Quatuor casus

Ad quæstionem principalem.

Testes in quibus causis & criminibus iuriali mada to testificari compelluntur. Stilus ius commune reputatur.

Albe. Rosa Bergo. Quatuor casus in quibus testes, ad caustificandum non compelluntur.

Privilegiati non indistincte ad testificandum compelluntur.

casus est, quando agitur de crimine per viam exceptionis, vt quia opponitur contra testes vel procuratorē q̄ sunt criminosi, vel de alijs similibus & tunc si propter exceptionem quæ opponitur testes non puniuntur, vt est, quando opponitur contra testem vel procuratorē. vt in ca. 2. de ordi. cogni. tunc testes non compelluntur testificari propter odium talis reprobationis, ex qua sola infamia sequitur. vt in d. c. dilectorum & hoc verū nisi parti faciat magnum præiudiciū. Item hoc verum nisi constaret q̄ subtraherent se odio vel timore. Si autem crimen deductum in exceptionem puniretur, tunc testes possunt compelli. Et ita dicit Alber. esse de mente prædictorum. Ipse autem putat esse addendū dictas distinctiones. s. vt in delictis de iure canonico non compellantur testes, nisi constaret q̄ timore partis aduersæ testis nollet testificari, vel si aliter malitiose se subtraheret a ferendo testimonio. (Additio Adde & vide de hoc dicto, & alibi tam diffuse non inueniens Abba. in ca. super eo de testib. cogen. Francisc. Anto. Mona.

13 ¶ In eo autem quod dicitur, an testes possint cogi ad deponendū quando obicitur crimina testibus, per viam exceptionis comunitur teneretur non cogi. vt concluditur in decisio. Capp. Tholo. num. 4. 12. & est ratio de qua supra, quia solum agitur ad infamiam detegendā secus si principaliter ageretur super criminibus ad poenam imponendā quia tunc secundum legistas compelluntur. vt l. si quando. C. de testib. Ad principale autem quæstio. Steph. Aufre. in addi. ad decisio. Capel. Tholosa. supra allegatam distinguit, quod autem testes nominantur in causa mare ciuili, aut super criminali, primo casu aut non sunt personæ privilegiatæ, & tunc de iure ciuili sunt indistincte compellendæ, sed de iure canonico primo testes sunt monedi, & si requisiti testificari noluerint sunt cogendi, quia præsumitur q̄ timore, vel gratia. Aut sunt personæ privilegiatæ, de quibus 4. q. 3. s. item in criminali versis. Item l. iulia iudiciorum, & tales secundum leges non compelluntur volentes tamen admittitur vt 3. q. 5. cap. 1. Sed secundū canones est distinguendū secundū Host. qd̄ aut veritas per alios haberi posset, & tunc sunt compellendi, aut p̄ alios haberi posset, & tunc non sunt compellendi. Nam alijs probationibus deficientibus indistincte sunt omnes compellendi. Aut nominantur testes in criminalibus & tunc vbi agitur directe de crimine siue criminaliter, siue ciuilliter compelluntur in vtroq; foro: exceptis clericis.

14 ¶ Qui non compelluntur in causa sanguinis, & honestū est seruari idē in laicis qui volunt esse clerici. Si aut de crimine excipitur, aut sequitur aliquis effectus promotionis, puta repelli a promotione, & compelluntur testes: secus si nulla punitio, inde sequitur puta quia repelluntur testes a testimonio tantū: vel ab accusatione. Quod intelligit ipse, nisi magnū fieret parti præiudiciū; quo casu essent compellendi. vt in c. fi. testi. de cogē. Dicit tamen ipse quod Panor. in d. c. dilectorum in vlt. col. tenuit, quod in criminalibus si veritas aliter haberi non posset indistincte sunt compellendi: quia expedit. ¶ Quia expedit Reipublice, peccata nocentem esse nota, & vt crimina puniantur, saltim ad aliorum terrorem l. eum qui nocentem. ff. de iniur. vnde saltim Reipublica est consequutura lucrosam sententiā quæ est magis fauorabilis, quā persona priuata & hoc putat procedere etiā si de crimine exciperetur cōtra testes. Nam si testes criminosi admittantur, (cū præsumptio sit cōtra eos de falsitate: vt ca. testimonium extra de testi.) reus reportabit sententiā in iustē damnosam & sic punitur innocens, quod sonat in absurdū. Maior enim est fauor, vt innocens non puniatur, quā vt puniatur nocēs. Si ergo compellunt testes quādo agitur vt puniatur reus fortius quando reus fortius certa, vt in ulte non damnetur. Si vero, adsunt alie probationes tunc non coguntur nisi constet, quod malitiose, reus subtraxerit testes vel nisi timore ad-

Testes an possint cogi quando obicitur crimina testibus. Opi. Aufre. in prin. q.

Opi. Hoff.

Clerici, & laici volentes clerici fieri in criminalibus testificari non compelluntur. Reipublice interest crimina puniri ad aliorum terrorem.

Opi. Fely. Testes quā do iudicis arbitrio est ad testificā dum compellere.

uerfæ partis se subtraherent ¶ Fely. tamen in d. c. dilectorum simpliciter dicit, doctrinam Bal. esse elegantiorē, quatenus dicit quod est in arbitrio iudicis, etiam de iure canonico compellere vel non compellere testes. Nam si testi immineret magnum periculum non debet iudex cogere testes, sed si non immineret magnum periculum potest licite compellere propter fauorem reipublice, ne delicta remaneat impunita. & hanc doctrinam dicit esse in omnibus sequēdam eamq; ipse sequitur Nell. à san. Gemina. in tract. de test. num. e. 40. dicit testes compelli posse in causis ciuilibus, vbi veritas per alios apparere non potest 13. quæst. 1. cap. quanquam. Item in causis spiritualibus cap. 1. de testib. cogen. Item in criminalibus ciuilitate intentatis, puta per inquisitionē ca. sup. his de testi. Item in inquisitione, & denunciatione. licet dicat, quosdā dicere, hoc esse verum nisi immineret periculum animæ, in criminalibus autem dicit nō esse compellendos. ¶ Quid dicendum? Ego autem prius videndum arbitror quibus iuribus moueantur tenentes quod de iure canonico non compellan- tur testes in criminalibus, & in primis mouentur ex tex. in cap. ex parte A. in fi. extra de test. ex eo enim tex. no. Gloss. arg. quod testes non sunt cogendi deponere in criminibus, quia tex. dicit ibi quod sunt monendi. Ego autem dico quod huiusmodi consequētia nō est bona. Nam quod testes sint monendi, nō sequitur quod nō sunt cogendi; quod quidē ex pluribus probatur. Nam in po- nentes collectas clericis, vel ecclesie monendi sunt vt desistant. & si nō desite- rint non sequitur quod non sunt per censuras cogendi, vt declarat tex. in cap. non minus extra de immunita. eccle. imo cogendi sunt, vt vbi. Item non est du- bium quod clerici tenentur vitare crapulam, vel ebrietatē & ad hoc cogi po- sunt per censuras ecclesiasticas & suspensionē à beneficio vel officio & tamen debent prius moneri, vt in ca. crapula extra de vir. & hone. cler. ¶ Item statutū reperitur, quod clerici se abstinēant à consortio, & societate mulierum susce- ptarū, vt in ca. 1. & toto titulo de conha. cler. & mulier. & tamen vt ad poenā ex- cōmunicationis (quæ ob id imponitur) agi possit, requiritur tria monitio ca. si quisquam eo tit. Nec potest dici, requiritur monitio, ergo non habet locum coactio. Item in inimē dubitandum est clericum teneri ad residētiam in suo beneficio, vt toto tit. de cleri. non residen. & ad id cogi posse, & tamen ad faciē- dam residētiam, si se absentauerit, iubet & præcipit canon eos moneri ca. si. eo. tit. Item (vt breuibus me expediā) hoc est regulare iuris canonici (licet coactio & impositio poenæ habeant locum) non procedere ad actū aliquem excom- municationis seu alterius punitionis, non præcedente prius monitione. Hinc est, quod vt quis constituatur in contumacia debet præcedere monitio; vt pos- sit propter contumaciam procedi ad excommunicationē c. sacro. extra de sen- ten. exc. & 24. q. 3. ca. de illicita; Hinc est etiā de iure ciuili introductum; quod vt quis cōstituatur in mora (licet quis sit obligatus ad aliquid faciendum) de- bet præcedere interpellatio. secūdū Di. Bald. & doct. in l. 1. ff. vbi Pupi. equi. deb.

Opin. Do. Auctoritas.

Clerici à cō- sortio susce- ptarum mu- lierū abstin- nere se de- bent.

Monitio in portat p- ceptum. Rogatio in moni- ha- berat pro- mand. no. Et cogere & mandare idem sunt. De eodem.

16
17
18
19

nominabatur contra eundem, vt nō deponeret dicit ibi tex. quod testis ille de- bet compelli ad tegendam illam fraudem. Dicit ibi gloss. quod text. ille clare probat quod testis non compellitur, deponere in causa principali; sed tantum ad detegendam illam fraudē qua vsus fuit ille accusatus in faciendo ne testis contra eum deponere. Sed pro certo cum reuerentia hic intellectus est. peior priore prout etiam aduertit ibi. do. Abb. & vltra do. Abb. si diceremus: quod tes- tis ille non deberet cogi ad deponendū super principali, sequeretur absurdū.

20 ¶ Quod malitia (quæ nemini debet prodesse) hoc casu prodesset. quod quidem nō est dicendum, cum hi. §. sed cum lis. ff. de transa. l. in fundo. ff. de rei uendi. Nam cum esset accusatus de graui delicto licet detegeretur fraus, sat erit si eui- tasset depositionem illius testis in facto principali. Præterea tex. ille nō videtur dubitare de malitia & fraude ad astringendum testē, facta. imo illam habet illa- rex. pro absoluta (vt ibi est videre) sed tantummodo est tibi dubium nūquid li- cite cogi possit. stante maxime iuramento, quo ille testis obstrinserat se ad non deponendum. vnde quatenus ibi dicatur cogi posse debet intelligi, vt depo- nat super facto principali. ¶ Tertio allegatur pro hac parte tex. in ca. super co. in eo. tit. de test. cogen. Nam ibi manifeste patet: quod in criminalibus non no- torijs testes non sunt cogendi, sed monendi ad ferendum testimonium veritati. Sed breuis est solutio: secundum gloss. quod non sunt cogendi testes à princi- pio. sed debent prius moneri. Et sic gloss. iam aduertit ad errorem quem fecerat in cap. ex parte A. in fi. ¶ Quarto pro hac parte allegatur tex. in ca. dilectorum eo. tit. de testi. cogen. qui formaliter probat quod testes ad ferendum testimo- nium veritati compellendi sunt, præterquam in criminalibus. Ad illum tex. re- spondet Hostien. vt procedat & habeat locū in cōpulsionē non faciēda quan- do probatio crimine, criminosis ex eo non puniretur, sed solum de facto infa- maretur. vt est in crimine probato contra testem, vel accusatorem: quia tūc te- stis non cogetur. ¶ Do. Abb. aliter respondet ad illum tex. vt procedat quod non sunt compellēdi testes eo quia non constabat aliis probationes deficere. (vel vt sentit Hostien.) procedit quando excipitur de crimine contra testes, & leue præiudicium inferebatur. Io. And. in d. ca. dilectorum post relatas opinio- nes Hostien. & aliorum dicit quod cautum esset sequi Specul. qui in materia ista nihil certi voluit determinare, sed remisit, vt in tit. de teste. §. pe. nu. 4. tenet tamen quod vbi agitur ad poenam sanguinis etiā si ageretur coram temporali vicario Episcopi, testes non sunt compellendi. Aegi. de bellame. in d. c. dilectorū dicit d. tex. debere intelligi secundum intellectū Host. quem dicit communiter approbari. Et testes etiā in criminibus fore cogendos. licet dicat, quod cū hæc materia non sit bene declarata per tex. e. us declarationem debere remitti iudi- cis arbitrio: vt si videat iudex quod testes sine causa, seu malo animo se subtra- hant, vel quod aliæ probationes deficiant. cōpellat testes: sed si videat aliās pro- bationes adesse & quod testes habeant causam iustam se subtrahendi eos non compellat. Per hoc enim iura (secundum eum) inuicem cōcordantur: quod est fauorabile ca. cum expediat extra de electio. in vi. In dubio autē semper (dicit)

21
22

debere iudicē compellere testes. ¶ Quia in dubio debemus stare regulæ. Regu- la enim est quod testes cōpellantur ca. super eodem: de test. cogen. & ca. peruenit el. 2. & ca. peruenit el. primo. & ca. super his & ca. præterea, & ca. cū contra, & ca. venerabilis. Sola enim decretalis dilectorū videtur dicere contrarium. Et quod testes regulariter & secundū regulam etiam in criminalibus sint cogendi plu- ribus probat & primo dicit ipse iure ciuili esse expeditum testes debere cogi deponere veritatem. Nec hoc expresse reperitur iure canonum in aliquo im-

Auctor con- tra gloss. Malitia ne- mini pro- desse de- bet.

De eodem.

De eodem.

Intelle- ctus c. dile- ctorum de test. cog. ad- mētē Abb.

Opi. Bella.

In dubio re- gularē stan- dum est.

mutatum, seu correctum. Ad decretalem delictorum est responsum p Hostien. Item facit quia aedictum de testibus cogendis certis personis priuilegiatis est prohibitorium. Ergo ex consequenti omnes alias personas includere videtur. Præterea facit quia principalis & finalis ratio huius aedicti de testib. cogen. (quia peccatum est in præiudicium proximi tacere veritatem) est generalis, & respicit causam criminalem etiam criminaliter intentatam: propter poenam quam accusator in probatione deficiens substineret. Et ubi habent locum verba & ratio aedicti locum habet aedictum, vt probant communia iura. Non obstant tex. dicentes testes cogendos dum gratia odio, vel timore se subtrahant. cap. 1. extra de testi. cogen. & cap. super eo. quia responderetur quod nisi aliquam iustam causam se subtrahendi allegent. præsumitur semper se subtrahere gratia, odio, vel timore. Nec obstant iura quæ dicunt testes cogendos in criminalibus, dum aliter veritas sciri non possit. vt in cap. veniens el. 2. in fi. eo. titu. quia præsumitur veritatem aliter sciri non posse nisi aliud applicat. quia de ijs quæ non apparent, & de his quæ non sunt in iudicijs idem est iudicium arg. l. 3. ff. de contra. empt. Nec obstant iura quæ in certis casibus & causis mandant testes cogi & compelli. Nam ex hoc, non potest argui, à contrario sensu quod in alijs casibus cogi non debeant. ¶ Quia ubique constat de regula iuris contraria, cessant argumenta à contrario sensu. l. conuenticulas. C. de Episc. & cler. tex. autem in d. cap. dilectorum, vel potest intelligi de criminibus proprijs ipsorum testium super quibus non sunt interrogandi. Et si diceretur quod iste intellectus est captiosus periculosus, & diuinatorius, ac literam nimis arctat: nec sit verosimile quod iste intellectus procedat ex mente literæ: quo quia eo. titu. de testi. cog. refert se ad ea super quib. testes producuntur modo testes non producuntur ad deponendum contra se in causa propria videlicet quod criminiosi sint poteris recurrere ad intellectum Hostien. Sed dices quod iste intellectus est etiam captiosus, & diuinatorius: cum tex. generaliter & indistincte loquatur: responderi potest secundum eum, quod imo ex text. bene colligitur quod non agebatur principaliter de criminibus, & hoc ex multis & primo quia hic procurator admittebatur, qui regulariter non admittitur in delictis l. pen. §. ad crimen ff. de pub. iudic. Item quia ibi nomine capituli agebatur, & tamen capitulum non videretur posse accusare, cum non sit persona vera, sed ficta, nec possit personaliter comparere: quod est in criminali necessarium. Præterea quia tex. dicit, testes compellendos deponere, præterquam super criminibus. Tu habes referre compulsionem ad id de quo principaliter agebatur & per consequens prædictam exceptionem præterquam super criminibus non habes referre ad id de quo principaliter agebatur. ¶ Quia civilis & criminalis quæstio regulariter non concurrunt l. unica. C. quando. ciuil. act. præiudi. cri. Præterea ex antiqua decreta: quæ est in quarta compilatione satis colligitur, quod inter episcopum & capitulum, in quibusdam conventionum & reconventionum causis civiliter agebatur. Et sic quod ibi dicitur de criminibus, ad ea quæ principaliter agebantur, conuenienter referri non potest. Restat ergo quod ad crimina quæ incidenter obiciebantur referri debet. & est satis fauorabilis opinio ista, quia per eam iniurium correctio euitatur: & ipsorum concordia conueniens aperitur. Et ex contraria opinione, quod testes non cogantur (secundum Hostien.) Deus offenditur, respublica læditur, proximus corrumpitur materia delinquendi, & testes corrupendi ministratur vtriusque, iuris mens peruertitur, obediens, qui remunerandus esset opprimitur; inobediens qui per poenam affici deberet glorietur.

¶ Additio,

Argumentū à contrario sensu quando cessat.

Civilis & criminalis quæstio regulariter non concurrunt.

23

24

25 ¶ Additio, pro concordia iurium est semper studendum cap. cum expediat de electio. lib. 6. Franc. Anto. Mona. Io. Calderi. in d. ca. dilectorū distinguit, quod aut agitur in foro ecclesiastico, aut foro seculari: primo casu, omnes indistincta compellendi sunt. allegat cap. peruenit (Io. de Imo. dicit dictum Calder. debere intelligi, præterquam in personis priuilegiatis, quæ non sunt compellendæ: nisi in subsidium.) Secundo vero casu, aut agitur ad poenam pecuniariam, quæ forte imponitur de iure communi, vel per statuta terrarum, aut agitur ad poenam corporalem imponendam, si agitur ad poenam pecuniariam imponendam fisco, seu Republicæ, & non parti (quia tunc diceretur ciuilitate agi) & tunc poterūt compelli testes laici. per ca. peruenit el. 2. de testi. cogen. & eo casu dicit clericos non esse compellendos: si per alios haberi posset veritas. Sed si aliter per alios haberi non posset: tunc compelluntur etiam clerici testificari. Non tamen fiet tunc compulsiō per iudicem secularem sed per iudicem ecclesiasticū. Nec iurabunt in manibus iudicis secularis; sed in manibus iudicis ecclesiastici, vel alterius clerici cui committet. Et sic dicit intelligendum quod habetur. l. 4. q. 2. c. quanquā (quod quidē hodie non seruatur quia habita licētia à iudice ecclesiastico iurā in manibus iudicis laici, & non ecclesiastici) si autē coram seculari iudice agatur ad poenā corporalē, tunc laici poterunt compelli, allegatur ca. super eo in fi. de testi. cogen. qd̄ intelligit Imol. ubi supra; nisi essent priuilegiati. Clerici autē non compelluntur etiam coram iudice loci, qui est de tēpora l. iurisdictione ecclesiæ, siue prelati ecclesiastici. Vt cōtigit quandoq; ad quod facit quod habetur in tit. ne cler. vel mo. c. fi. lib. 6. & hoc propter timorē irregularitatis ca. sententiā, ne cler. vel mo. & sic videtur hoc dictum intelligendū quando poena esset talis ex qua sequi posset irregularitas. per ea quæ habentur in c. in archiepiscopatu extra de raptor. Ideo tunc non debent compelli clerici. Item honestum esset secundum Io. Calderi. etiā in foro seculari non cogi laicū qui vellet clericari; ne aliās impediretur à tali proposito. Secundo casu, quando agitur per viā exceptionis, & tunc sequitur opinionē Hostien. & hanc opinionē sequitur Ioan. de Imol. qui refert dictā distinctionem Calderi. ¶ Ego autē ultra prædictos doct. & responsiones per eos datas ad tex. in d. c. dilectorū, puto dicendū; quod ille text. non meretur modo aliquo allegari ad probandū quod testes in criminalibus non sunt cogendi. Nā aut præsupponere volumus quod tex. ille loquatur de causa principaliter intentata, & de qua verbebatur his inter capitulū, & Episcopū Vulteranū, & tūc aut necesse est, dicere qd̄ causa erat criminalis, & tūc præsupponēdo causæ criminalitatē, non erat opus dicere, qd̄ cogendi sunt testes præterquā in criminalibus sed si summo Pontifici non videbatur cogi debere testes in criminibus satis erat dicere, non esse cogendos testes, quia præsupposito qd̄ causa esset criminalis, intelligebatur de plano, quod in criminibus satis non sunt compellendi testes. Essent n. eo casu, iudicio posita illa verba, præterquam in criminibus, qd̄ quidē est absurdū. Aut est necesse dicere: quod causæ principalis esset ciuili; & tūc non potest intelligi text. eo. in ipsa causa ciuili non possunt recipi testes, quo ad ea quæ concernunt criminalitatē, nisi respectu incidentium. Et sic in vitijs dentibus fatendum est. text. illū nihil ad propositā materiā allegari posse. sed intelligendo eo modo, vt intelligit Hostien. dicta decretalis fuit facta de casu indubitabili. Nā cui dubium quod si testes se subtraherent, gratia, amore, vel odio, aut timore deberent compelli (A dicitur vide tex. in cap. super eo, de testi. cogen. in vi. Franc. Anto. Mona.) Imo per cap. procedens cum contra in criminibus statutum fuit eo casu compelli testes: eundem hic videtur denegatum. cum dicitur, quod testes sunt compellendi si gratia,

Pro iurium concordia, si mper itudendum. Opi. Ioan. Cal.

Intellectus c. dilectorū secundū doctorem.

vel timore se subtraxerint, præterquam in criminalibus; & sic datur intelligi quod testes non sunt compellendi in criminibus, etiam si se gratia, odio vel timore subtraxerint. Et sic corrigerentur d. cap. cum contra & infinita alia iura. Quare Aegi. bella. vbi supra volens indagare rationem dubitandi, & decidendi add. tex. multa verba effudit, & nõ potuit aliquid boni dicere cõ supportatione tantõ iuri. Et propterea pro tenui facultate mea (saluo femper meliori iudicio) dicerẽ q̃ causa quæ veiebatur inter capitulũ & Episcopum vulteranũ erat delegata; & erat civilis, verum Episcopus vulteranus volens effugere litem moram, obiciebat nonnulla crimina aduersus illos de capitulo, petendo nedũ repelli, sed etiã puniri. e contrario illi de capitulo similiter obiciebãt etiam aduersus Episcopum; ex quibus petebant Episcopum repelli & puniri; cum esset causa conuentionis & reconuentionis, & ab vtraq; parte fuerint producti testes, & iustitiam recipi, & examinari; sunt dubitatum nunquid testes sint cogendi, & recipiendi? maxime quia illis monitis reuuebant deponere, & an super omnibus petitis & replicatis? & videbatur dicendum q̃ sic; nam commissã causa potest delegatus (licet simpliciter committatur) partes compellere, & contumaces seueriter punire etiam si litteras commissionis id non contineant cap. præterea extra de offi. delega. & nõ solum hæc potestas est in delegato in partes inter quas datus est, sed etiam quõ ad omnes, sine quibus causã expediri non poterit, vel impeditur ca. 1. eod. titu. Item licet in rescripto nulla fieret mentio q̃ delegatus deberet & posset cognoscere de exceptionibus hinc inde oppositis, tamen videbatur de illis posse cognoscere ca. ex parte eo. tit. de offi. dele. Sed in contrarium deciditur, q̃ testes non sunt recipiendi & cogendi in omnibus oppositis quia super omnibus non potest procedi, vt est super criminibus. Nam cum obiciebantur crimina ad puniendum, super eis delegatus non poterat procedere; quia commissio non extenditur ad omnino diuersa, & discreta: ut in ca. edoceri extra de rescrip. & ca. sedes eod. titu. & ca. cum olim dilecti de offi. dele. & licet delegatus per supra allegata possit cognoscere de exceptionibus hinc inde oppositis, illud est verum quando exceptiones sunt principaliter de causa; at secus si super diuersis, & omnino separatis; vt est causa civilis & criminalis. arg. l. vnicã. C. quando civilia. (Additio. Adde pro ista opinione Fely. in ca. causam q̃. 8. colum. in princ. de rescrip. Decis. Bella. 4 19. Fran. in ca. vt debitu; extra de appel. Feder. de Sen. consil. 192. Fran. Anto. Mona. (Quare teneo in dubitanter, opinionem Hostien. q̃ testes etiam super criminibus sunt cogendi. ¶ Pro ista opinione allego tex. in cap. ad nostram, & no. ibi per Doct. extra de iur. iuran. ex quo colligitur quod potest fieri monitio generalis quando ignorantur testes qui sciunt veritatem, quod omnes habentes notitiam alicuius rei compareant sub pœna excommunicationis ad reuelandum. Et sic patet cogi testes. Et si diceretur, quod ibi non agitur ad puniendum, sed ad reuelandum pro salute animæ: responderetur quod Doct. ex illo tex. sumunt regulam generalem. prout etiam facit Alibi Abb. in cap. constitutus eod. tit. num. 4.

¶ A deoq; uera sunt prædicta; quod pro regula infallibili, ab omnibus Doctõribus traditur, quod Iudex ecclesiasticus potest concedere indistincte litteras monitorias, vt quicumque scient apud quam personam sit talis res, debeat reuelare. Ita Cy. Bal. Angel. & omnes in l. ciuile. C. de fur. in l. 3. § si tibi iudiciũ. ff. de condi. ob tur. cau. Panor. & Io. de Ana. post alios in cap. qui cum fure extra de fur. l. nõ nõdum potest concedere monitorias, vt propalantur res subraçtæ vbi nunc sunt. sed etiam vt propalatur fur, qui talem rem subripuit. Glo. in d. cap. qui cum fure, & antiqui canonice Cur. refert Alber. & ibi las. in prima

De eodem. Litteras monitorias quã potest concedere iudex ecclesiasticus?

27

ma fallen. in d. l. 3. § si tibi iudiciũ ff. de condi. ob tur. cau. Berra. in tract. de Episc. 2. parte. lib. 4. quæstio. 17. Panor. in cap. dilectus. 1. nota. de exce. præla. ¶ Hinc voluit Angel. in l. ex quibusdam § ff. de iur. sil. quod si iudex interrogat aliquem, vt indicet aliquem si non vult indicare, potest incarcerationem detru di. Est tamen bene verũ; quod legitur in d. l. ciuile, dicunt hæc procedere, quando Episcopus procederet ex officio suo, consistente in ipsomet. quod habet, vt habeat purgare proniciã malis hominibus. Secus autem, quando procederet ad instantiã partis Et secundum eos, non obstat tex. in d. ca. qui cum fure, quia ille tex. loquitur de nõ indicante rem non aut de nõ indicante furem. Et propterea legitur in l. 3. § si tibi iudiciũ. ff. de condi. ob tur. cau. post Bar. & alios in d. l. ciuile damnatũ Glof. & antiquos canonistas, qui volebant in hoc facere differentiam inter ius ciuile, & ius canonicum. vt Roma, sing. 785, nunquid teneatur quis, quia (secundum eos) etiã iure canonum, non tenetur quis parte instante furem indicare. Ioan. Neuiza. in sua silua nup. lib. 3. num. 30. amplissime tangit hæc quæstionem tandem post multa videtur tenere q̃ etiam ad instantiam partis debet & possunt concedi monitorias, non solum vt indicatur res, sed etiam vt indicatur fur. Pro ista opinione allegat formalem tex. in cap. dilectus vbi Panor. 1. no. extra de exc. præla. Et istam opinionem tenent Panor. & Ana. in d. cap. qui cum fure extra de fur. & sequitur Ca. di. in cap. quod quidam §. ex his col. 1. quæst. 1. Et hæc opinionem (secundum eum) seruat consuetudo diocesanorum; & stilus Romanæ curiæ. Et pro certo etiam tempore meo ita obseruat consuetudo. ¶ Idem Ioan. Neuiza. vbi supra, ampliat etiam prædicta, vt habeant locũ prædicta, vt propter dictas monitorias teneatur quis reuelare non obstante quod sciret aliqua per secretam reuelationem, vel iurasset non propalare. Allegat Capp. Tholosa. quæst. 240. si tres socij. Aret. in cap. qualiter & quando el. 1. de accusa. in fin. Fely. in cap. intimant. col. 1. de testib. in cap. nouit de iudi. col. pe. verfic. iuramentum. quia non ualet iuramentũ de veritate tacenda. Fely. in ca. olim. col. 3. de accus. Sed Scot. (secundum eum) & ceteri. Theolo. 2. 1. distin. 4. dicunt, quod ex quo secretum est, de iure natura non tenetur quis etiam ad præceptum Papæ, ipsum detegere; quia fortius est eius naturæ, quam ius humanum. Panormita autem in cap. dilectus de excep. prælato. in cap. omnis vtriusque sex. col. pe. de pe. & remi. distinguit quod aut sumus in clerico aut in laico. primo casu, procedat dictum Scot. secundo vero casu procedat prima opinio, vt teneatur reuelare, & ita etiam tenuit Fely. in d. cap. intimaui, & ita etiam cõcludit Neuiza. vbi supra. ¶ Intelligit tamen prædicta procedant, si posset quis probare ea quæ scit, aliã si non posse probare non tenetur reuelare. late Ripa in trac. de peste car. ante pe. Fely. in ca. de cetero col. fi. de re. iudica. Henric. Boich. in c. quæ cum fure de fur. sequuntur etiã multi alij quos ibi allegat. ¶ Vterius intelligit vt ita demum teneantur testes reuelare, & deponere si eis soluantur expense etiam pro tempore quod perdunt. secundũ Alexan. in l. reculare. §. si quis alio col. 1. ff. ad trebell. Fely. in ca. 1. de testibus.

30 ¶ Dicit etiam quod vigore litterarum monitorialium nõ comprehenduntur nec astringuntur coniux & aliquos enumerat summa Ang. l. in verbo denunciatio col. fi. qui sicut non tenentur testificari, ita non tenentur vigore monitorialium propalare. vt dicit esse de mente Panor. in d. cap. ad nostram de iur. iuran. el. 2. dum dicit quod tacere veritatem est peccatum id est quando quis potest compelli ad eam dicendam. ¶ Pariter etiam erit excusatus ille qui si dicere veritatem poneret se in maximo periculo, & discrimine vitæ. secundũ Stepha. mala. in tracta. de electio. car. 1. o. col. 2. post. Bal. in cap. cum nuncius de testi. vbi

Testis interrogatus de fuito, an cogi possit ad iudicandum fure.

Reuelare an teneat q̃ in secreto scit aliqd.

De eodem.

De eodem.

Vxor & filij an teneantur reuelare virtute monitoria. Reuelare an teneat ille qui ponet se ibi maximo periculo.

Reuelare an teneat uassillus Aduocat, medicus, & procurator an reuelare teneat. Et oēs confessori equi parantur.

Monitoria non conceduntur uolenti postea agere criminaliter.

Forma agendi contra detinentes rem meam.

Testes qualiter cogantur deponere.

si ille qui solet mittere minus ad effectum, minetur mihi mortem si recuso deponere, ob hoc ero excusatus. ¶ Item eodem modo excusabitur uassillus contra dominum propalare veritatem, secundum Præpos. in cap. 1. §. similiter, per illum text. de con. sic. rest. feu. ¶ Excusantur etiā aduocatus & medicus, & procurator; vt etiam isti non teneantur propalare veritatem eis, & culibet eorum intuitu eorum officio rem cōfiscam ne dicantur præuicariatores. l. 1. ff. de præua. Spec. in tit. de aduoca. §. nūc tractemus col. si. uerfi. caueat, & uerfi. sequen. Bar. in l. 1. §. si is quis. ff. de fal. nota. in clem. sepe de verbo. signifi. Angel. in S. præterea col. 1. instit. ad l. aquil. Fely. in ca. accedens col. prima vt lit. non con. test. Angelica in verbo falsarius. Rose. in verbo aduocatus. §. 1. 1. & ibi Siluestri. §. 10. Tabien. §. 12. Sed mouet dubium Neuizan. ubi supra quod cum monitoriæ nō fiant nisi de occultis & in occultis; aduocati & procuratores quando aliter veritas haberi non posset coguntur. secundum Steph. Aufi. in tit. de reprobatio. test. in uerfi. aduocatus ad fin. quia tūc nemo excusatur. Fely. in c. 1. col. 2. de testi. cogen. Hippo. in l. de minore. §. tormenta. col. si. ff. de quaest. Dicit tamen postea quod istud dubium non procedit, respectu medici aduocati seu procuratorum. quia eis dicitur veritas coacte, prout cōfessori. Nam vulnus detegat si opus medicantis expectas. Bal. in ca. super eo de coha. cleri. & mulier. ¶ Et vt confessori, ita medico & aduocato dicenda est veritas secundum Spe. in tit. de aduoca. §. nunc tractemus circa prin. & sic equiparantur aduocatus medicus & procurator confessori. las. in l. 1. ff. de iust. & iur. ¶ Est tamen bene verum (vt ad rem vnde digressi fuimus reuertamur, quod idem Neuizan. limitat non concedi tales monitorias illi qui uellet postea ex propalationibus testium agere criminaliter. allegat Cappel. Tholo. quaest. 4. 12. Angelicam in uerfi. testes. §. 26. Tu aut teneas omnino opi. Hostien. cum modificatione tamē Bal. Et hodie indistincte seruatur cogi testes tam in ciuilibus quā in criminalibus. ¶ Quid igitur faciendum contra detinentes rem meam scilicet virtutum litterarum monitorialium multi propalent eam detinere Petrum? Dicas quod est offerendus libellus contra detinentem talem rem, quod facti monitorijs, idem Petrus negligit restituere rem, perseverando in peccato & sic generaliter est excommunicatus, quare petatur eundem Petrum in genere excommunicatus cogi ad pœnitentiam, & in specie, & nominatim excommunicari. exindeq. nō absolui. vsquequo non restituerit rem mihi. vt bene docet idem Neuizan. ubi supra. ¶ Qualiter ergo cogantur testes deponere de iure canonico tex. in ca. super eo. extra de testi. cogen. iuncto tex. in cap. præcedit quod debent citari, & moneri quod compareant ad deponendum, sub pœna suspensionis, & si non ueriat, poterit eis comminari pœna excommunicationis, & depositionis. Et sic not. Docto. quod in eadem littera citationis debet fulminari suspensio: & si intra alium terminum nō uenerint eadem littera præfixum feratur excommunicatio, & si non uenerint in tertio termino cōminetur depositio. Dom. Abb. ibi dicit quod cæteris partibus hoc fit honestum: non tamen est necessarium. iudex enim potest incipere ab illa pœna quæ magis timetur cap. quoniam in fin. vt lit. non contest. & cap. 1. de iudi. in multis enim curijs seruatur opinio do. Abb. Nam fit citatio testibus quod compareant ad deponendum sub pœna excommunicationis, infra nouem dies, quorum tres pro primo, tres pro secundo, & tres pro ultimo peremptorio, assignantur potest etiam assignari maior, vel minor terminus, iuxta distantiam, & uicinitatem locorum possunt etiam cogi testes per multæ indictionem arg. l. vnica. ff. si quis ius dicend. non obtem vel etiam captis pignobus l. iudices. C. de fin. instru. vt dicit Spe. in tit.

32
33
34
35
36

tit. de testi. §. penul. Contrarium enim expressè non reperitur statutum, de iure canonico; ergo attenditur ius ciuile. (Additio in quantum enim dicit d. Auctor quod iudex potest incipere ab illa pœna quæ magis timetur, adde. Fely. in cap. inrefragabili de offic. ordi. Abb. in cap. postulasti 2. col. circa si. extra de iudi. Et an & quādo iudex potest imponere pœnā suo arbitrio. vide Fely. in ca. qualiter & quando lo. 2. §. ad corrigendas 4. col. uerfi. circa quartū. & in 6. col. Abb. in ca. cum non ab homine de iudi. Fran. Anto. Mona. ¶ An autem iudices delegati possint indistincte cogere testes? Spec. in tit. de testi. §. pen. in si. dicit quod cura Romana solet regulariter in delegationibus & commissionibus apponere illā clausulam, uidelicet testes qui fuerint renitentes compellere, & cætera ca. 1. extra de testi. cogen. ca. cum contra sed do. Abb. in d. ca. 1. & cæteri Docto. ibi & in cap. cum contra & in cap. dilectorum, dicunt quod sine illa clausula, delegatus potest cogere testes; quia uidentur mandata omnia illa, sine quibus causa expediri nō potest. (Additio uide tu nota. Abba. in ca. prudentiā §. si uero. 1. col. uerfi. item nota extra de offi. delega. & Roma. consi. 330. Fran. Anto. Mona.) ¶ Quid enim si iustus est quis comparere ad deponendum qui non comparuit; nec excusatore misit. propter quod fuit excommunicatus, demum comparuit, & dicit non potuisse comparere eo quia fuit iusto impedimento impeditus nunquid erit excommunicatus legitime? gl. in ca. cum super de testi. cogen. dicit quod quo ad Deū non erit excommunicatus, sed quo ad ecclesiā sic; sed constituto de impedimento, de facili deberet absolui. & cum illa glos. concordat alia in ca. quisquis in verbo occurreret 4. q. 3. & sequuntur Ioan. And. do. Anto. Cardi. & Imo. in cap. p. & g. de offic. deleg. ante finem. & licet aduersus hanc opinionē glos. multa allegentur; nihilominus communis opinio est cum glos. vt fatetur Fely. ibi est tamē bene uerū quod Fely. limitat hanc opinionem tribus modis. §. Primo, vt non procedat in delegato, quia cōstito de impedimento, excommunicatio erit nulla; nec requiritur de necessitate absolutio secundū Doc. post Lap. in c. venerabilis. §. porro extra de sent. excom. hanc tamen primā limitationē idem Fely. ibidē non putat sustentabilem. ¶ Secundo limitat nisi iudex sciuisset impedimentum, quia tunc excommunicatio erit ipso iure nulla. Nec esset opus absolutione, vt per eum §. Tertio limitat, vt non procedat prædicta, si ex uerbis sententiæ colligeretur sententiam excommunicationis fundari in casu contemptus uel contumacia; vt quia dicatur si contempseris uel si distuleris, quia tunc nō incurrit excommunicatio secundū dominū Abbatem ibi. licet Fely. hanc limitationem impugnet ubi. ¶ Nunquid autem cogendi, & euocandi sint testes de longinquis partibus? dicas quod sic expensis tamen producentis cap. statutum prope finem de sent. excom. hanc tamen & habetur per dominum Abbatem, & Docto. in cap. cum super extra de testi. cogen. ¶ An autem testium audientia, uel remissoria concedatur in partibus. glos. in cap. mulieres de iudi. in vi. & ibi late per Felynum post Abbatem in ca. cum causam penul. col. u. extra de testi. dixit quod non. Neque super hoc ualeret consuetudo in contrarium, ut est glos. sing. in cap. testes 3. quaest. 9. & hoc etiam uoluit Gomez. in dicto cap. mulieres (Additio An autem hoc procedat si testes examinandi fuerint impediti, uel sint extra prouinciam; uide Fely. & Abb. in ca. cum causam de testi. & Fely. in ca. si quis testiū prima col. & ibi per Fran. Aret. Franc. Anton. Monac.) uide etiam Hercu. Seue. in tracta. de remissio. ca. 4. fol. 8. Intellige tamen hæc procedere in his casibus in quibus probato crimine cōdemnatio sequi debet, ueluti cum de crimine principaliter agitur. At si in exceptione uel ciuilibus de crimine cognoscatur remissio concedetur, quoniam in.

Testes an cogi possit per iudicē delegatum.

Citatus ut compareat ad deponendum nō comparuit & excommunicatus, qui postea comparēdo dicit se fuisse impeditus iusto impedimento quod faciendū.

De eodem.

De eodem.

Testes an reuocandi sint de partibus longinquis. Et cuius expensis. Remissoria an concedatur in partibus.

in.

in his probatione criminis facta condemnatio non sequitur cap. cum dilecti de ordi. co. in fi. ca tuæ; & quod ibi per Docto. de proba. Rot. decif. 30. circa medium de dil. fuit dubitatum in no. Felyn. in dicto cap. cum causam de testib. Seuer. ubi supra. Concedatur etiam remissoria, si de leui crimine agitur princi paliter, quod modica pœna puniri deberet argu. tex. in auth. de testi. & quoniã Pau. de Cas. in Iudices prima col. de fide instrumētōrū, & ibi Seuer. ubi supra.

Remissoria qualiter concedatur. Et quando concedatur.

41 ¶ Quomodo & qualiter, & cum qua solemnitate concedatur remissoria & partibus quando de iure erit concedenda? uide in ritibus per me recollectis in curia Archiepiscopali Salernitanensi. ¶ Dicit enim Gomez. in dicto capit. mulieres, quod licet uerum sit non concedi remissoriam in criminalibus, tamen ubi qualitas personæ, tam testis recipiendi, quam iudicis repugnaret non posse huiusmodi actum receptionis testium salua honestate & decentia per se principaliter adimplere (cum isto casu potius sit attendenda personarū qualitas, ut hoc non faciant, quam causa quæ etiam personalē præsentiam requirit.) committenda erit receptio testium quod dicit esse singu. Pe. de Ancha. in dicto cap. mulieres in fi. & sequitur Albe. in cap. cum causam col. fina. de testib. & in cap. si qui testium vlti. no. de testib. Et sic si sunt examinandæ mulieres, vel moniales iudex tenetur ad eas mittere, vel accedere ad eas.

Egregia personæ tenentur personaliter comparere ad deferendum testimonium

42 ¶ Item est aduertendum quod in causis criminalibus, etiam egregia personæ tenentur comparere personaliter ad ferendum testimonium. Et tamen bene uerum, quod iudex potest eis gratificari. si uult, non tamen astringitur ut dicit dominus Abbas in dicto cap. si qui testium, & in cap. primo in fine per gl. ibi. de testib. cogen. & tenet Fely. in dicto cap. si qui testium prima colum. tex. autem in l. ad egregias procedit in ciuilibus, non autem in criminalibus, ut per omnes modernos ibi habetur. Et est glos. in cap. testes 3. quæst. 9. & per Domi. in cap. 2. de testib. in 6. & Rot. not. 242. incip. persona egregia. quod dicit Gomez. in dicto cap. mulieres procedere nisi persona egregia esset maximo impedimento impedita, quia tunc iudex salua dignitate ad eam accedere poterit argum. tex. in dicto cap. mulieres. (Additio uide Eran. Are. in dicto cap. si qui testium, & ibi per Imo. & Fely. uide tex. & ibi Archi. in c. testis 3. q. 9. Fran. Ant. Mona.)

Testes an possint examinari in ecclesia. Remissoria cui committi possit. Et quando concedenda.

43 ¶ An testes in criminalibus possint recipi, & examinari in ecclesia? diccas quod sic. ut habetur per Domi. in cap. de ceteros. §. fi. in fine de immu. eccl. in 6. de quo disputat Bar. in l. nemo. C. de sac. san. eccl. & habetur p. Gomez. in d. c. mulieres. ¶ Illud tamen non omittas scire, quod ubicunq; contrigerit committi audientiam testium seu remissoriam concedi non potest. neque debet committi actiua causa, seu alteri notario, sed habenti iurisdictionem, ut in ca. mulieres de iudi. in 6. quia de iure ciuili semper facienda est commissio habenti iurisdictionem, licet secus sit de iure canonico secundum Fran. in d. cap. mulieres, & ibi. plene per Gomez. nu. 30. (Additio Domi. Auctor non aperit, quando concedatur remissoria, ideo dicas, quod conceditur quando personæ examinandæ ad iudicem uenire nequeunt. uel esse in causa hæretis, uel testes essent extra prouinciam. Fely. in c. si qui testium de testi. & merito quia alias delicta remaneret impunita contra text. in l. ita uulneratus. ff. ad legē Aquil. ca. famæ. de sent. excom. Et merito fit commissio habenti iurisdictionem, quia una iurisdicō per alteram adiuuari debet ita per Albe. oliuam in ritibus ecclesie metropo. Neapo. nu. 22. Fran. Ant. Mona.) ¶ Est tamen aduertendū quod quæ examinatur testes nō citata parte tā in inquisitione ad informationē curiæ (quod est ordinariū) quā in accusatione pro quodā præambulo ad finē decernendæ citatiōis seu monitionis personalis, & ad effectū articulationis (ut dixi supra) potent

De eod. m.

45 poterit concedi remissoria notario seu alteri in quibuscunq; criminibus, & est ratio, quia testes illi examinantur absque citatione partis nec aliter ei officiant, nisi ad effectus prædictos tantum. quando autem testes oportet examinari post terminam ad articulandum tunc oportet seruari prædicta, & seruari debent termini substantiales de quibus infra suo loco dicemus. & diximus in ritibus curiæ Archiepiscopalis Salernitanensis. ¶ An mulieres sint de iure canonico idoneæ testes in criminalibus? in quo dicendam est, quod aut agitur ciuiler de crimine, & eo casu bene admittuntur, aut agitur criminaliter, & non admittuntur cap. mulierem. 23. quæst. 5. & cap. forus de verbo. significa. & ita concludit Panor. in cap. quoniam extra de testibus. quod quidem etiam per Theologos approbatur. ut habetur per Beat. Thom. secunda secundæ q. 70. artic. 3. licet uidebatur posse dici, quod testimonium nullius sit repellendū, nisi propter culpam, quia quibusdam in pœnam infligitur quod ad testimonium non admittantur, sicut patet in his qui infamia notantur, sed pœna non est inferenda, nisi propter culpam; ergo uidetur quod nullius testimonium sit repellendū, nisi propter culpam: Præterea de quolibet præsumendū est bonum nisi expresse appareat contrarium. Sed ad bonitatem hominis pertinet quod uerum testimonium dicat cum ergo nō possit consistere de contrario, nisi propter aliquā culpam, uidetur quod nullius sit testimonium repellendum nisi propter culpam. Præterea ad ea quæ sunt de necessitate salutis nullus reddiri non idoneus, nisi propter peccatum. Sed testificari ueritatem est de necessitate salutis, ergo nullus debet excludi à testificando, nisi propter culpam. Nihilominus dicit idem Beat. Thom. quod testimonium non habet infallibilem certitudinem, sed probabilem tantum. Et ideo quicquid est, quod probabilitatem auferat in contrarium testimonium reddit inefficax. Redditur autem improbabile, quod aliquis in testificanda ueritate non sit firmus; quandoque quidem propter culpam, sicut infideles, & infames, quandoque absque culpa, & hoc prouenit, uel ex defectu rationis, sicut patet in pueris amentibus, & mulieribus, uel ex affectu, sicut patet de inimicis, & personis coniunctis, & domesticis, uel etiam ex exteriori conditione, sicut sunt pauperes serui, & illi quibus imperari potest de quibus probabile est, quod de facili possint induci ad testimonium ferendum contra ueritatem. Et sic testimonium alicuius repellitur propter culpam, & non culpam. Et tenendo istam partem, respondet ad allegata in contrarium. Et quo ad primum dicendum est; quod repellere aliquem à testimonio magis pertinet ad cautelam falsi testimonij uitandi, quàm ad pœnam, unde ratio non sequitur. Ad secundum dicit, quod de quolibet præsumendum est bonum, nisi appareat contrarium: dummodo non uergat in detrimentum seu periculum alterius, quia tunc est adhibenda cautela, ut non de facili unicuique credatur. secundum illud primo Io. 4. (nolite credere omni spiritui.) Ad tertium dicendum est, quod testificari est de necessitate salutis (supposita testis idoneitate & ordine iuris) vnde nihil prohibet aliquos excusari à testimonio ferendo, si non reputantur idonei, secundum iura hæc ille Alexan. de Alef. in sua summa par. 3. quæst. 43. titul. de testi. ar. 3. dicit quod lege diuina, quamuis expresse nō habeatur prohibitio alicuius personæ, tamen secundum canones & leges plures non reputantur idonei. Mulierem enim constat ex autoritate veteris & noui testamenti esse subiectam uiri sui dominio, & nullam habere auctoritatem, nec docere potest, nec esse testis, nec fidem dare, nec iudicare, & est decretum Fabiani Papæ. 1. 3. quæst. 3. mulieres, nec sacerdotes accusare, nec in eos testificari posse. ipse autem Alexan. de Alef. ibidem. Arguit in contrarium.

Mulieres an sint idoneæ testes in criminalibus.

Nam



Nam nulli dubiū est, quod maius sit in cōparabiliter esse testē veritatis diuine, quā veritatis humanæ. Sed mulieres inueniuntur idoneæ ad testimoniū veritatis diuinæ Helisabeth. Luc. primo, & Anna Luc. secundo, & multæ aliæ in ueteri testamento. Ergo multo fortius debent esse idoneæ ad testimoniū ueritatis humanæ: Item lex canonizata. 1. q. 3. dicit lege iulia prohibere mulierem condemnatam de adulterio testimonio dicere. Ergo in cæteris mulieribus non denegatur. Item eadem quæstio lex alia admittit mulieres in criminibus læsæ maiestatis. Nam conturationem Sergij Cathilinæ, Iulia mulier detexit. Et Marcum Tullium consulem in iudicium eius instruxit. ergo secundū legem diuinam, & humanam sunt mulieres testes idoneæ. Sed respondet ipse, quod in ciuilibus admittuntur mulieres, sed in criminalibus non, nisi in criminibus læsæ maiestatis. Nec obstat quod mulieres fuerunt admittæ ad testificationem ueritatis diuinæ, quia hoc non est generale, sed speciale & priuilegium gratiæ. Priuilegia uero paucorum non faciunt legem communem. Et quod mulieres in criminalibus de iure canonico nō sint idoneæ testes tenet expressè glo. in cap. forus de uerborum significatione. ¶ Et gloss. dicit unum notabile in cap. mulierem. 33. quæst. 6. quod testimonium mulieris, & infamis æquiparantur. Et habetur per Hostien. in summa de testibus. §. quis testis esse possit & Spec. in titu. de pro. §. primo uersic. septimo in testificatione criminali Albe. in l. qui testamento. §. mulier colum prima ff. de testamen. & plene per Tiraque. in tracta. de legi. connub. l. 9. nu. 49. Solus Decius in l. foeminae col. quinta uersic. 16. tenet contrarium, Ego autem puto quod in casibus in quibus nō poterit esse testimonium nisi mulierum, erunt mulieres idoneæ ad ferendum testimonium. & hoc etiam fit de mente domini Abbatis in cap. inter extra de purga. canoni. & capitulo cum in iuuentute eodem titulo in fine. (Additio Mulieres non admitti, ad testimonium ferendum, inquit do. Au. & limita tribus modis primo ut non procedat in criminibus exceptis quia eo casu admittuntur gl. in c. ex eo. 1. q. 3. secundo in defectum probationis, quando per laicos & uiros probari non possit Saly. in l. ea quidem. 1. col. uersic. ad quintam. q. C. de accusa. Ioan. Andr. in addi. Spe. tit. de teste. §. 1. in uersic. item quod est mulier. Alex. consi. 64. 1. col. lib. 1. cap. peruenit extra de testi. cogen. & ex hoc dixit no. Abb. in c. de cætero extra de testi. quod licet laicus non admittatur contra clericum in causa criminali, ut in c. laicos & c. sequenti. 2. q. 7. tamen si clericus committit delictum, ubi non erat copia clericorum hoc casu poterit conuinci per laicos. Et ex prædictis inferit etiam Ant. de Iur. quod licet repellatur domesticus, repellatur extra de testi. l. etiam l. parentes. C. de testi. tamen. secundū eum quando aliter ueritas haberi non possit admittuntur. Abb. in c. tua extra de sponsa. Tertio non procedit in inquisitione ubi admittuntur etiam criminosi. Ita smol. in ca. cum l. & A. extra de re iudi. Fran. Anto. Mona. ¶ An autem etiam in foro canonico, procedat id quod late dixi in praxi mea cri. in uerbo capiat informationem ualet quod testes uacillantes, uel qui negant ueritatem, & constat eos scire eam uel interfuerunt factō, & tamen negant, possint torqueri? & dicendum est, quod sicut est text. in c. illi qui, aut in fide. 5. q. 5. & ibi plene per Gloss. quæ etiam allegat text. in cap. super his extra de pœnis & hæc etiam (ibi dicit Glo.) procedunt nedum in laicis, sed etiam in clericis, si sunt suspecti, ut torquantur tamen à iudice ecclesiastico, non autem à laico. Cauendum tamen est (secundum Archi. in d. c. illi. q. 1. ne clerici torquantur superioribus tormentis, ut imineat periculum uitæ sed leuioribus tormentis, subiacendi sunt. Et dicit idem Archi. quod licet ex conc. V. bice. sit statutum quod

Testimonium mulieris, & infamis æquiparantur.

Opi. do. Au. tho.

Testes uacillantes an torqueri possint.

46

47

quod ubi rei torquentur, non debent interesse presbyteri, aut diaconi, illud intelligitur de seuerissimis tormentis, scilicet de aculeis, sed de leuioribus est secus; allegat cap. 1. 23. quæst. 5. & quod clerici dicto casu torqueri possint, allegat text. in cap. in primis in fi. 2. quæst. 1. & ita dicit seruandum, & in cap. presbyteri. 5. q. 6. el primo dicit præp. quod in illis casibus in quibus laici proferendo testimonio torquentur, ut eis credatur possint etiam torqueri clerici; puta si essent infames, uel sponte crimina confitentes, uel sunt criminosi, & huiusmodi, qui nō sunt ad testimoniū admittendi tamen ubi nō sunt aliæ probationes in defectū admittuntur tamen prius torquentur 4. q. 3. ca. si res secundum Hugo. & idem tenuit Barto. Brixie. in positione casus. Idem Petr. secundū Archid. Patet igitur male Bernar. Diaz. in sua crim. practi. cano. in uerbo tortura. in u. 19. dixit quod clerici non torquentur pro testimonio vicillante, & quod solus Bald. in margarita sua in uerbo clericus tenuit contrarium. (Additio adde pro opinio. do. Auth. Abbas. in cap. cum in contemplatione de regu. iur. in 6. Gloss. in uerbo. quod uero in ca. 1. 15. q. 6. & prædicta etiā procedunt. si ageretur de pecunia. Per Abba. in c. grauis extra deposito. 1. col. uersic. not. ulterius. Fely. in ca. olim 3. col. uersic. tertius casus extra de rescrip. Io. And. in d. c. cum in contemplatione per totū ubi inter cætera inquit, quod ideo permittitur torqueri hoc casu clericos, quia fortius alio peccant, celādo ueritatem e. quam sit graue extra de excep. præla. & est communis opinio canonistarum in d. c. cum in contemplatione 2. col. uersic. quinto quero. Fran. Anto. Mona. ¶ Nunc quid clerici possint torqueri contra laicum? Abb. in c. de cætero de testi. dicit quod nō nisi de crimine ecclesiastico, uel nisi de crimine seculari de quo non sit pœna sanguinis. ¶ Qualiter ergo examiabuuntur testes in causa heresis? Dicitur quod debet examinari, in præsentia duarum personarum religiosarum ca. ut officiu. §. uerū de heret. in 6. Alia ad materiā pertinentia Deo dante infra (ubi de admissione ad probandū articulos) dicitur. ¶ Forma. n. commissionis examinis testium, ad informationē curiæ crit. Nos Antonius resignus Vicarius generalis in spiritibus metropolitanæ curiæ Salernitanensis, & cætera. Magnifico Domino gubernatori terræ sancti Seuerini, salutē in domino, & nostris, & cætera pro parte ægregij Francisci de sanctis dicta metropolitanæ curiæ fiscalis, fuit nobis querulante expositū, quod cum aliās de anno & mense per testes examinādos, latius exprimendis, talis presbyter accessisset ad domum talis; cum quodā ligno illū uerberauit, quo circa pro eiusdē fiscalis parte requisiti, ne delictū huiusmodi impunitū remaneret, & delinquens ex dicto delicto gloriatur: uobis committimus, ac in uirtute sanctæ obedientiæ sub excommunicationis pœna, districte præcipimus, quatenus statim: uisitis præsentibus, & postea quam fueritis super hoc legitimè requisiti super præmissis & aliis delictis, per dictum. N. commissis & perpetratis, diligenter inquiratis, nec non quoscunq; testes de præmissis notitiam habentes, medijs eorum iuramentis secreta dicto. N. minime citato, examinatis, seu examinari facietis, & contra eundē deponere nolentes per censuras ecclesiasticas & aliās pecuniarias pœnas usq; ad inuocationē auxiliij brachij secularis procedatis, & ad deponendū cogatis, & compellatis, eorumq; depositiones & dicta ad nos fideliter, quāto citius poteritis, transmittatis iustitiā ministraturi. In quorum quidem, & cætera. Datum Salerni die & c. ¶ Vtrum autem debeant & possint in criminalibus examinari ad defensam ultra decem testes? dicas quod sic, ad defensam tantum, nō autem ad instantiam accusatoris, pro quo l. 1. §. si quis uero de quæst. & Hippo. consi. 39. dominus facit l. fi. ubi doct. ff. de ser. & uoluit Perr. à Rebuff. in cōstit. de testi. tom. 3. fol. 394. num. 3.

Ber. Diaz. reprehenditur.

Torqueri an possint clerici contra laicos.

Testes in causa heresis qualiter examinantur.

Commissio nis remissio riæ forma.

Testes ultra decem, an examinandi in criminalibus? Et quid in ciuilibus.

48

49

50

51

¶ Et

Testes an possint examinati in domo accusatoris. § Et an in civilibus possint examinari in curijs ecclesiasticis quot testes quis uoluerit, non obstante statuto restringente numerum examinatorum? dicas quod sic ut ibi per Pet. Rebuff. num. 1. & 2. & vide ibi per eum in Gloss. 5. nu. 4. § Utum testes possint & debeant examinari in domo accusatoris? dicas quod non ita Bald. in rub. de iudi. colum. 2. in 2. lectura. & Pet. à Rebuff. super conf. in tit. de testi. in Gloss. vltima. nu. 3. in tom. 3. § An testes examinentur in criminalibus ad futuram rei memoriam dicas quod non c. fin. vt lit. non con. & ita refert fuisse decisum Pet. à Rebuff. in 3. tom. sua. confit. tit. de cau. be. ne. poss. nu. 9. art. 2. Glo. vna.

REPerti CULPABILES CITENTVR.

Cap. IX.

S Y M M A R I V M.

- 1 Citari debent inquisiti.
- 2 Citatio personalis permittitur in criminalibus.
- 3 Procurator non admittitur in criminalibus.
- 4 Tertius quando admittitur per procuratorem.
- 5 Procurator an admittatur ubi quis non possit comparere propter impellimentum facti, uel iuris?
- 6 Procurator an possit interuenire ubi e nis imponenda pena relegationis?
- 7 Pena corporalis an imponatur de iure canonico.
- 8 Pena metali an imponatur de iure canonico.
- 9 Pena relegationis an iure canonico feruetur. Et que alie feruentur?
- 10 Pena infamie an habeat locum de iure canonico?
- 11 Pena de positionis ab ordine minor relegat one.
- 12 Procurator non admittitur in criminalibus, etiam quod possit contra absentem procedi.
- 13 Excusator admittitur absque mandato.
- 14 Tertius comparens pro suo interesse an sit citandus?
- 15 Citatio ad domum. an sufficiat ut possit ad excommunicationem procedi?
- 16 Absens quando & qui dicatur? Et an hoc iudicis arbitrio committatur?
- 17 Citatio ratione absentie quando permittatur. Et ubi sit faciendū?
- 18 Relatio numq. qualis esse debeat.
- 19 Iuramento iuratis scilicet se non potuisse de personaz reperire citandum.
- 20 Citatus domi, an excommunicetur Neapol.?
- 21 Dilaciones citatorie an sint arbitrariae?
- 22 Citatio facta in cathedrali diocesi an valeat?
- 23 Citatio debet dari copia citationis in articulo ad comparandum.
- 24 Citatio potest exequi etiam die feriato.
- 25 Citatio potest fieri per quemcumque.
- 26 Commissio de citando potest fieri etiam die feriato.
- 27 Dies iudicialis que dicatur.
- 28 Citari ubi debeat non habens domum nec ecclesiam residentiam requirerem. Et e contra.
- 29 Citari ubi quis debeat, si non pateat intrinsecus accessus ad ipsam citandum.
- 30 Leges non ardeant, nisi in prouincijs publicentur.
- 31 Citatio ultra eius lecturam, debet affigi in ualuis ecclesiasticum. Et quo tempore hoc faciendum.
- 32 Episcopus an possit repetere clericum ab alio detentum.
- 33 Episcopo repenti clericum, an credatur si dicat illum esse clericum?
- 34 Citari decem an possint per procuratorem

- rem comparere?
- 35 Citatio qualiter fieri debeat.
- 36 Forma ver a. & realis citationis.
- 37 Citatio personalis an semper committatur. Et in quibus casibus?
- 38 Citatus à delegato non inserto renouo rescripti, an teneatur comparere.
- 39 Citatio an inseri debeat causa.
- 40 Citatio per edictum quomodo fiat.
- 41 Citatio facta contra decanum, & capitulum, & citentur particulares: an possint excommunicari.
- 42 Citationis exequutio qualis fiat.
- 43 Citatio in casu in quo non posset procedi grauat.
- 44 Citationem affixam qualiter puniatur remouens.
- 45 Mulier an possit esse procuratrix.



O N V E N I T culpabiles repertos citari. § Vt & ipsi audiuntur in eorum iuribus, & sic contumaces extiterit ut contumaces puniantur. Hoc enim & iuri diuino, & humano omniq. rationi naturali politica, & legali congrue videtur, inquit enim Plato in dialogo 9. de legi. iudiciorum ordinem exposulare, ut iudices audito accusatore, & his quae proponit diligenter ruminatis, defensorem audiri, & ut prius eius defensionis alleget, atque proponat. Id enim iuris diuini esse, prohibent Theologi, secundum Alexand. de Ale. tertia parte suae summae quaest. 45. art. secundo in titu. de processu iudicij, habetur enim numeri sextadecima quod misit Moyses & vocauit Dathan, & Abiron, citando eos ut comparerent coram ipso iudicio. (ibi etiam exprimitur contumacia) qua dixerunt non venimus. Et sequitur Poena grauissima, qua ad sententiam Moysis absorti sunt à terra. nullus enim absens damnari debet ergo necessaria est citatio. Deus enim cum peccasset Adam non prius eum iudicauit, quam uocasset, ut Genes. 3. cum homicida esset Cain, nequaquam condendauit, antequam uocasset, ut Genes. 4. § Et quia in criminalibus, desideratur persona inquisita, ut videat iudex quod uultu, qua facie, quo colore, & qua titubatione factu. neget, aut lateatur. Quod de re statutu. est, ut citatio tali fiat causa, ut personaliter per se, & non per procuratorem compareat cap. 1. de iud. in vi. Si enim posset reus inquisitus, personaliter non comparere, sed per procuratorem non posset iudex (interrogando eum & audiendo ipsum) ex sermonibus eius elicere veritatem criminis. Nec uideatur quo uultu, qua constantia, qua trepidatione loquatur quae plurimu. cōferunt ad cognoscendū veritatem ut dicit iurecon. ibi l. de minore. §. toimēta. ff. de quæst. § Sicque in criminalibus non admittitur procurator, ut in cap. ueniens extra de accusa. & ibi latē glo. in ca. ruz. extra de procurator. Sed debet quis per se personaliter comparere. § Est tamen bene verum quod si aliquis in causa quantumuis criminali, & capitali, uelle ut tertius comparet, & non ut principalis, admittitur per procuratorem quia secundum Abb. in d. ca. ueniens: quod ad eum, non potest dici causa criminalis. § Ponte enim exemplū, quod comparat Abb. ad defendendum, uel repetendum monachum, certe isto casu, isti tales bene admittuntur per procuratorem, per tex. in l. si seruus. ff. de pub. iudi. & tradit dom. Abb. in d. ca. ueniens; & etiam admittuntur ad defendendum secundum Abb. ibidē (Addictio Adde Fely. in cap. meminimus. 3. col. uersū tertia conclusio de accusa. lmo in calice in beato Petro in uersū item dominus eo. tit. Et proinde ex predictis inferunt Docto. quod si factor alicuius est cōdemnatus ad mortem, potest dominus inflare, ut exequutio differat. ita Cy. in l. 1. c. de bon. damna. glo. nota in uersū. anima aduersione in ca. cum apud 1. r. q. 3. Fran. Anto. Moya. § Aliquando Citari debent inquisiti.

Citatio personalis permittitur in criminalibus. Tertius quā admittitur per procuratorem.

Procurator non admittitur in criminalibus.

Procurator an admittatur ubi qd non possit comparere propter impedimentum facti, vel iuris.

¶ Aliquando quis non potest comparere (propter impossibilitatem facti) per se personaliter: ut est capitulum, collegium, & universitas. & isto casu licita est comparitio per procuratorem. no. in cap. dilectus de fi. & in laut. facta de pen. & not. idem domi. Abbas in dicto cap. veniens, & capit. primo de accusa.

¶ Aliquando excusatur quis a comparatione personali propter impedimentum iuri, ut quia est monialis illa quae citatur quae pro nulla causa debet egredi monasterium, ut in cap. primo de statu monoch. in vi. Et tunc potest interuenire procurator. Dicit tamen domi. Abb. in dicto cap. veniens, quod si iudex potest accedere ad monasterium, debet ibi causam agitare. Sed si esset talis iudex, quem non decet ire, ut est Episcopus. Et tunc potest interuenire procurator, ut in simili dicitur de reffe. in ca. 2. de iudi. lib. 6. (Additio dicit domi. Auditor hic; quod propter impossibilitatem facti, & impedimentum iuris admittitur (etiam in criminalibus) procurator. Adde ad primum dictum Fely. in dicto cap. meminimus 4. colum. versic. quarta conclusio extra de accusa. Barto. in l. tam collatores in versic. in tex. ibi iudico. C. de re milita. lib. 1. 2. & in extranag. ad reprimendum in verbo personaliter vel legitime prope finem, & in l. 2. §. fina. de accusa. Imo. in cap. licet in beato Petro extra de accusa. Alexand. in addit. ad Barto. in dicto l. tam collatores & ibi Cyn. 4. colum. versic. & nota hoc iure re Matth. Affic. & Iser. in constit. regni generalia iura. Ad secundum dictum vide Fely. in dicto cap. meminimus. 4. colum. versic. quarta conclusio de accusa. Franc. Anto. Mona. ¶ Est tamen bene verum, quod gloss. & comunitate Docto. vbi que tenent (ut refert domi. Abb. in dicto cap. veniens) quod vbi imponenda esset poena relegationis vel infra quod potest tunc interuenire procurator, licet dicat contrariam opinionem esse de iure verioem de subtilitate iuris, & in via disputatiua. (Additio. Adde & pro comuni conclusione vide Maria. Socy. in dicto cap. veniens versicu. quinto quæro extra de accusa. Fely. in dicto cap. meminimus, & vide Specu. in titu. de procurator. §. primo, sexta colum. versic. sed præcedens regula. Fran. Anto. Mona.) ¶ Nec ignores, quod etiã de iure canonico, est distinguendum inter causas capitales in quibus imponitur poena ultra relegationem, vel poena illi similem. quæ ponitur per Imo. in c. qualiter & quando cl. 2. de accu. & in illis causis non potest interuenire procurator, ut bene no. Præp. in c. in criminalibus 5. quæst. 3. vbi autem effemus in criminalibus pro quibus imponeretur poena relegationis vel infra vel poena amotionis ab ordine, & similia bene interuenit procurator, ut habetur in dicto cap. in criminalibus, & est ratio, quia hoc casu potest procedi ad diffinitiuã contra absentem. l. absentem ff. de poen. §. si sepius. Item quia procurator prohibetur interuenire in poenis ultra relegationem in cæteris ergo censetur permissum cap. qualis 25. distinctio. & ita arguit Præposit. vbi supra. (Additio. adde text. in l. prima. ff. de requ. 1c. Francif. Aretin. in capitulo veniens. 11. colum. versicu. prima ratio de accusa. Francif. Anto. Mona.) ¶ Sed secundum canones nunquã potest poena corporalis imponi, & sic non est dare casum in quo hæc poena corporalis imponatur secundum Inn. vbi supra. est tamen bene verum, qd licet, non imponatur poena corporalis vt cap. sententiam extra ne cler. li. distin. c. 1. & 2. tamen est quadam quæ assimilatur ei & imponitur de iure canonico. vt quando traditur clericus seculari iudici puniendus vt extra de cri. fal. & ca. ad falsa & c. cum non ab omni extra de iud. ¶ Nec etiam iure canonico imponitur poena metalli, licet si imponeretur, non retractaretur. secundum eundem Inn. per c. 1. de calum. sed ei potest equiperari poena carceris, quam pro grauisimis criminibus ecclesia cõsuevit infligere cap. §. vlt. extra de hære. vel quod

Procurator an possit interuenire vbi venit imponenda poena relegationis.

De eodem.

Pœna corporalis an imponatur de iure canonico.

Pœna metalli an imponatur de iure canonico.

quis redegetur in seruitutem ea eas 32. distin. vel traditur curia seruiturus 11. q. 1. c. statumus. Sed etiã in foro seculari hodie recesserunt ab aula cõdendationes ad opus metalli, & successit cõdendatio ad triremes, quæ poena etiã iure canonico imponitur. ¶ Relegatio autem nec est in usu, in foro ecclesie sed eius locum successit detrusio in monasterium de qua habetur in l. distinctio c. si Episcopus autem §. 1. dist. c. romanus. Itẽ de iure canonico imponitur poena depositionis & degradationis c. Episcopus autem 11. q. 3. Itẽ solet intercedi, quod ad nullã dignitatẽ assumatur, licet remaneat in habitu c. si de fil. presbyter. & c. super extra de elec. Itẽ solet quis cõdendari, vt non ordinetur in certa ecclesia ca. in primis 2. q. 1. Itẽ quod nõ ascendat ad superiores ordines c. ex tenore extra de tẽpo. ordi. Itẽ solet quis suspendi ad tẽpus, & in perpetuũ, Itẽ ab officio, & beneficio, & ad ingressu ecclesie, & alia multa poenæ imponuntur similes secundũ canones, quæ omnes sunt relegationi similes. (Additio, adde quod ecclesie citra viã dictã sanguinis, licet potest imponere poenã corporalem. secundũ Abb. in c. 1. 1. col. versic. vltimo collige extra de calumniato. & diffusus in c. in Archiepiscopatũ vlti. no. extra de rapto. tamen attende quod Papa potest imponere poenam mortis statuẽdo, nõ autẽ exequendo ita Fely. in c. si quãdo col. 3. versic. vnde dicit Bal. extra de referi. Franc. Ant. Mon. ¶ Poena autẽ infamie quæ solet imponi secundũ leges, habet locũ etiã secundũ canones 2. q. 3. §. hinc etiã, & 6. q. 1. c. infames. Nã secundũ canones sunt aliqui infames infamia canonica vt c. testium extra de testi. Additio Adde quid si Episcopus non potest consecrari, si est denunciatus, siue accusatus c. si extra de testi. ita non possit eligi ad aliam dignitatem ecclesiasticã vide Fran. Arc. in c. Deus omnipotens 2. col. in gloss.

Pœna relegationis an iure canonico seruetur. Et quæ alia seruetur.

Pœna infamie an habeat locum de iure canonico.

Pœna depositionis ab ordine est minor relegatione. Procurator non admittitur in criminalibus, etiã quod possit contra absentem procedi.

De eodem.

De eodem.

¶ Illud quidem non omittas scire quod poena depositionis ab ordine est, minor relegatione, & licet hanc ob causam de iure ciuili admittitur procurator (omnes fatentur.) Tamẽ de iure canonico non amittitur vt est tex. proprius in ca. veniens & ibi late declarat Maria. Socy. in 13. quæst. ¶ Est etiam aduertendum, quod licet de iure canonico, quasi in omnibus criminibus procedi possit ad sententiam diffinitiuã contra absentem, præterquã quãdo veniret imponenda poena depositionis (de quo latius infra) & quando veniret imponenda poena vsque ad relegationem; quibus casibus contra absentem procedi non potest ad diffinitiuã l. absentẽ ff. de poen. & c. decernimus 3. q. 9. tamen non potest interuenire procurator: etiam quod possit ad diffinitiuã contra absentem procedi. secundum Præp. in ca. in criminalibus 5. q. 3. (Additio vide tu not. per Fely. in c. meminimus extra de accusa. Maria. Socy. in d. c. veniens de accusa. Fran. Anto. Mo.) ¶ Vltimus sciendum est, quod Do. Abb. in d. c. veniens post multa tenet quod in nullo crimine admittatur procurator siue crimen sit publicũ, siue sit priuatũ; nisi veniret imponenda poenã pecuniaria, arg. l. 2. C. de proc. vbi permittitur in pecuniaria. ad idẽ est tex. in l. si. C. de iniur. iuncta l. fin. ff. eod. nam in crimine iniuriarum, non interuenit procurator nisi persona sit illustis; & tamen venit imponenda poena relegationis, nõ autẽ ictus fustii. Et pro hac opinione, adducit optimas rationes, de quibus per eum: est tamen bene verũ, quod contraria opinio est magis cõmunis, & ab ea in iudicando nõ esset recedendum & sic quod vbi imponenda veniret poena infra relegationem, posset interuenire procurator. Dicebãt alij quod de iure canonico quando proceditur per viã inquisitionis, ex quo semper imponitur minor poena, semper potest interuenire procurator secundum Hosti. in summa de procu. §. & in qua re. & not. per gloss. in c. ad nostrã in verbo vtebatur extra de pro. §. publice col. 6. lo. Anto. Ru. in repet. §. ad crimen, dicit quod

H in

in illis casibus in quibus inquisitio succedit in locum accusationis, sicut procurator non interuenit in casu accusationis, pari modo in iudicio inquisitionis, non debet interuenire, bene tamen verum, est secundum do. Anto. in d. cap. veniens, quod ubi inquireretur non ad naturalem poenam delicti, sed tantummodo ad interesse publicum, ne criminofus aliquid indignè teneat admitteatur & ita etiam sentit Bal. in l. reos. C. de accus. § Admittitur tamen excusator, proculdubio absque mandato ad allegandū causas absentie, aut infirmitatis, capriuitatis, vel aliud impedimentum inuitabile vt habetur in l. reus. C. de acci. cano. 5. q. 3. & not. do. Abb. in d. ca. veniens. Non tamē admittitur excusator ad allegandū q̄ citatus propter inimicitias quas habet in loco nō potest cōparere. Nec etiā admittitur ad allegandā, & proponendā declinatoriā. vt ibi dicit do. Abb. & pulcre Spe. in tit. de cita. § 1. nu. 10. versus finem. Et in hoc casu nihil reperio immutatum de iure can. ideo prosequere, vt dixi in practica mea causa cri. vide tu Io. Ant. Rub. Alex. in repeti. d. § ad crimen, qui nu. 306. videtur tenere contrariū, q̄ excusator admittatur etiam sine mandato ad allegandas prædictas causas. § Aduertendum tamen est, quod licet supra dixerim, tertium audiri in causa criminali, pro interesse suo comparentem tamen nō est citandus, secundū Inno. in ca. cum deputari de iudi. & facit tex. in ca. venerabilibus. § 2. de sen. excom. in 6. & voluit Præpos. in ca. caueant. 3. q. 9. sed ego intelli- go prædicta procedere, antequā tertius cōparauisset, & nō postea quia eo cōparente, citandus est ad reliqua. (Additio, & merito citandus est, assumpto statu causæ per text. in l. de vnoquoque. ff. de re iudica. Fran. Anto. Mo.) § Vtrum sufficiat citatio ad domum, vt possit procedi in contumaciā & excōmunicatio fieri? & videtur dicendū quod nō secundū Inno. in c. si de eo qui in. in pos. vbi dicit nō sufficere citationem ad domum quia antequam quis excōmunicetur debet moneri c. sacro extra de sen. en. excom. & idem tenuit Vin. in c. ad reprimendum in fi. de offi. ordi. idemque tenent Do. de Rot. decisio. 66. Et idem videtur voluisse glof. super verbo probabile in c. sacris de senten. excō. & voluit præpo. in c. caueant. 3. q. 9. dictū enim Inno. videtur quasi omnes doctō. sequi Io. And. in cl. 1. de iud. approbat dictā opinionē, verū dicit, quod ille processus, qui fieri potest cōtra personaliter citatū potest etiā fieri contra citatū per editum, quod putabant verū Domi. de Ro. in decisio. 367. quando citatio per editum esset lecta in audientia contradictarū. Idem Inno. in c. ad petitionem extra de accusa. dicit quod si citandus malitiosè procurat quod citatio ad eum non perueniat: sufficit citatio domi. facta domi. de Rot. in alia decisio. 271. si de mandato propter dictam doct. Inno. proxime relatum, tenent, quod semper q̄ citatio nō potest fieri de persona, quia citandus malitiosè latitat, vel impedit quominus citari, nequeat personaliter, potest fieri citatio domi & operatur effectū, ac si facta esset de persona adeo quod potest ad excōmunicationē procedi c. certū. 1. 1. q. 3. c. tuæ vt lit. nō cont. & habetur per Card. & Præpo. in d. ca. ueant vide Excellentē Gabri. Sar. in addit. ad Matth. in not. 132. vbi late § Maria. Socy. in tract. suo de cita. art. 18. nu. 24. format quæstionē quādo quis dicatur absens vel latitare malitiosè, vel aliter impedire quominus personaliter citetur ad hoc vt valeat citatio domi facta, in effectu quo ad primam, dicit ipse, quod varijs modis dicitur absens quis, sed relictis aliorū opinionibus sequitur opinionem Gulic. in c. causam de electio. quod ille dicitur absens, qui nō est in ciuitate, vel diocesi, vbi iudiciū agitatur, & quod sit iudicis arbitrio cōmissum, ad propositum nostrum, quando, & quis dicatur absens, & hanc opinionem dicit placuisse Io. de Imo. arbitrari autem debet iudex, quod ille dicitur absens, qu.

Excusator admittitur absque mandato. De eodem.

Tertius cōparens pro suo. intereste an sit citandus. Opin. Do. Aucto. Citatio ad domum an sufficiat, vt possit ad excōmunicationē procedi.

Absens q̄n & quis dicitur. Et an hoc iudicis arbitrio cōmittatur.

qui non est in loco iudicii, vel in ciuitate, vel vbi cōmuniter consuevit morari. Bar. in l. § prætor ait. ff. de damn. infe. distinguebat, quod aut sumus in causis quæ requirunt celeritatem. & tunc vt possit decerni citatio ad domum, sufficit quod absit ad iudicio aut non requirunt tantam celeritatem: & tunc aut aliās fuit in iudicio, & tunc sufficit quod absit ad iudicio, aut non aliās fuit in iudicio, & tunc sufficit quod absit ad ciuitate, & eo casu requiritur quod cursor faciat perquisitionem pro eo repeniendo de persona, quem si non potest reperire tunc citet domi in qua solebat habitare ante citationem. Et hanc opinionem (dicit) quod omnes Doctō. sequuntur. § Sicq; ratione absentie permittitur citatio ad domum si modo absentia fuerit malitiosa, vel culposa, quæ autem dicatur malitiosa, & quæ culposa, effudit multa verba, & nihil boni videtur concludere: dicit tamen quod aut sumus in casibus in quibus requiritur latitatio, vt possit procedi & non sufficit citatio domi facta, licet persona non possit reperiri: qui sunt illi casus, vide per eum ibi. Si autem non sumus in casibus in quibus requiritur latitatio & tunc sufficit si non reperitur in ciuitate si nō reperitur de persona vt citatio domi facta valeat. Sebast. Van. in tract. militat. tit. de nullit. ex defectu citationis nu. 90. dicit q̄ citatio potest fieri domi vbicunq; quis nō reperitur, vel per fraudē, vel quia latitat, vel non permittit se personaliter citari, p. tex. in l. fulcinus. §. quid sit latitare & §. fin. ex quibus cau. in pos. ca. c. quonia frequenter. §. porro vbi glo. & scriben. vt lit. non conte. quæ explicat ipse in eo qui semel personaliter apprehensus fuerit, vel in iudicio comparuit, & postmodum nō dimisso procuratore recessit, aut de facili persona ipsius non reperitur, his enim casibus, ob præsumptā maliciā, domi fieri potest citatio (vt dictū est) tex. est in c. causam de dol. & contu. & sufficit tunc vt ad domū citari possit, quod à iudicio absit l. & post editū in prin. cū ibi no. ff. de iu. l. ab eo & ibi glo. 1. & Bald. col. fin. vers. & nota. C. quo. & qua. iu. refert Papa in 5. decis. nu. 21. de refer. quod auditores Rotæ non procedunt propter citationem domi factam sed quando non potest reperiri de persona, citant per editum, & vide in decisio. 22. eo. tit. per eundem. § Et ex his bene inferit, quod si stante huiusmodi iudicis commissione, de citando reum, personaliter, si reperiri potest, aliās domi, si nuncius referat se citasse domi, & non constaret nec ipse diceret de diligentia abhibita pro repeniendo personam: exequutio citationis esset nulla, & vigore eius, ad aliquid non potest procedi, vt per Bar. & doctō. in dictis locis, & Alexan. consi. 137. in causa & lite col. 3. vers. pigterea li. 2. & Panormi. in consi. 84. si uero nuntius referret simpliciter se fecisse prout in mandatis, exequutio pari modo nō valeret, tanquam obscura, & incerta, ut declarat Alexan. in consi. 2. col. 1. li. 3. vera & realis forma exequendi citationem, erit illa quam posui in ritibus salernitanæ curiæ. § Stabatur enim iuramento cursoris, se non potuisse de persona citandū reperire, secundum Bella. mer. decisio. 319 & pro prædictis fac decisio eiusdem Bella decisio. 100. si cōmissarius. § In curia Archiepiscopali Neapolitana extat constitutio sinodalis sub nu. 57. quia cauetur, quod semel personaliter citatus, aut bis domi citatus possit excōmunicari, & idem voluit ritus eiusdē curiæ sub nu. 17. de quibus cōsti. & ritu meminit Afflic in consi. regni citationis litteræ. col. 1. § Dilationes enim citationis sunt arbitrariæ iudici vt in ca. si ægrotans 3. q. 3. & ibi not. per Præp. & habetur per Gui. Pa. in deci. 429. Hæc autē vera sunt, nisi dilatio esset nimis breuis, quia eo in casu, vltra quod iudex teneatur parti laese, poterit appellare, ita tex. in ca. 1. de dila. & habetur per Roma. consi. 498. Et in extrauagan. rem non nouā. de dol. & cō. Bonifa. 8. & in Cle. 1. de iud. citationē fieri debere cū cōpe-

Citatio ratione absentie. quādo permittitur. Et vbi sit facienda.

Relatio nūcij qualis debeat esse.

Iuramento cursoris stabitur se nō potuisse de persona reperire citandum. Citatio domi, an excōmunicetur. Dilationes citationis, an sint arbitrariæ.

tenti termino, ad comparandum, expresse cauetur. Dicitq; Vestrius in sua pra-
 xti. quam iudiciorum mores uocat lib. 4. titu. de cita. extra cur. dicit pro singu-
 lis vicenis miliaribus unam diem debere assignari per l. r. ff. Si quis cautio. S.
 qui excusare Inffit. de suspe. tuto. alias tanquam temeraria citatio non arcta-
 ret citatum, ad comparandum, etiã post terminum. Laut qui aliter. ff. quod ui
 aut clam. ubi Barb. & Abb. in ca. dilecti de dol. & contu. col. 7. Cassado. decif 6.
 nu. 3. ¶ Non est omittendum, q̄ ualebit executio citationis facta in cathedra
 li dioecesis. uel collegiata loci & loco beneficii, licet non constet aliter de dili-
 gentia facta in perquirendo personam. dummodo pars ad cuius instantiã exe-
 quuta esset iuret nõ potuisse personam principalis, uel procuratoris apprehen-
 dere. Stabitur enim in hoc, pro ualiditate citationis suo iuramento secundum
 Egid. conclusio 319. in exeq. de iu. & hæc uoluit etiam. Vestr. ubi supra. ¶ Ut au-
 tem citatus arctetur ad comparandum, uolanda est citatio copia citationis. alias
 non arctat eum, ad comparandũ & ita feruat curia Rom. & nostra Saler. secun-
 dum Vest. ubi supra, & uoluit Spe. in ti. de cita. §. iam de cita. uers. hoc autem fa-
 cto per tex. in clem. causam de election. in fin. ¶ Item aduertendũ est citationes
 posse exequi tam in curia Romana, quã in partibus quocunq; tempore etiã fe-
 riato, & in honorem Dei. secundum Cassado. decifio. 3. de dol. & contu. & uo-
 luit Vestr. ubi supra. ¶ Possunt etiã citationes exequi in partibus p̄ quemcunq;
 etiã si non esset de personis comprehensis in instrumento citationum. Imo &
 per seipsum exequi poterũt primo p̄ eũ ad cuius instantiã, citationes ipsæ sunt
 expeditæ dũmodo de huiusmodi executione aliã legitime cõstare possit. vo-
 luit Vest. in loco allegato. Et licet aliã, citatio fuerit minus legitime exequuta
 tamẽ si cõparuisset sic citatis, procurator eius aut excusator eo enim ipso præ-
 sumendũ est, citationẽ deuenisse in nõtitiã illius citati indubitanter ita. Rot.
 de procu. incip. si de mãdato sub nu. 271. Inno. & Egid. in titu. de præsum. con-
 conclusio 364. qui per se quẽ intelligẽda essent (secundũ Vestr. in loco citato) quã-
 do à principio processisset qualis executio, secus ubi ommissa esset in totum.
 ¶ Auditoris uers. cæterum de re iudica. ubi Card. 4. nota. ¶ Item est aduer-
 tendũ quod nẽdum executio citationis, potest fieri die feriato (ut dictum
 est) uerum commissio de citando tam in vrbe, quam in nostra Salernitanensĩ
 curia. secundum Cassad. d. decif. 3. de dol. & contu. In curia uero Archiepisco-
 patus Neapolitana, commissio de citando fieri debet die iuridica. ad diem iuri-
 dicam. Sed executio. 1. nunciij actus fieri debet & potest, euiam die feriatã, &
 die, dominico, & postea die iuridica nunciũ referre debet. & feruatur talis sti-
 lus etiam in citationibus uenientibus à curia. ut habetur in primo ritu. quem
 ritum. Alber. de Rosa. in l. fi. C. de fer. dicit esse contrariis. Panor. in ca. fi. de fer.
 dicit quod est, secundum cõmuniorẽ opinionem. ad Saturnitatem per Affli.
 in consil. regni baiulos omnes. Marian. Socy. in tract. de cita. art. 19. quæst. 1.
 ¶ Dies autẽ iuridica, illa dicitur, quæ obseruatur in loco ubi curia regitur. non
 autem in loco actoris, uel rei ut refert Panor. in ca. fi. de fer. in vltima col. in
 princ. ¶ Quid enim si citãdus non habeat domum particularẽ, nec ecclesiã resi-
 dentiam requirentẽ. ubi erit citãdus: dicas, quod erit. citãdus in ecclesia cathe-
 drali, illius loci, ut probat tex. in Cle. causam de electio. debet tamen præcedere
 diligens perquisitio, & de ipsum reperiendo de persona. Et isto casu quãdo, ci-
 tatio fit domi, uel in ecclesijs, satis erit, intimare citationem alta uoce. nec requi-
 ritur, quod fiat affixio: Si tamen fuerit petita copia debet tradi. ut in d. Cle. cau-
 som secundũ Cassad. decifio. prima de appella. Si tamen clericus non reperitur
 de persona, tamen habet ecclesiam curatã, requirentẽ residentiam: tunc ibi
 est

Citatio fa-
 ctam in ca-
 thedrali
 dioecesis an
 ualeat.

Citatio de-
 bet dari co-
 pia citatio-
 nis ut arctetur
 ad com-
 parandũ.

Citatio potest
 exequi etiã
 die feriato.
 Citatio po-
 test fieri p̄
 quemcun-
 que.

Commissio de citã-
 do potest
 fieri etiam
 die feria.

Dies iuridica
 quæ dicitur.

Citãri ubi
 debet non
 habens do-
 mũ nec ec-
 clesiã resi-
 dentiam, re-
 qui rentem.
 Et e contra.

est citandus cap. ex tua de cleri. non resident. & ponit Innocent potest alios in
 cap. fina. de eo qui mitti. in pos. debet etiam citari in ecclesia cathedrali. & ita
 etiam docet Vestr. in sua allegata praxi. lib. 4. de citation. seu eius executione.
 ¶ Sin autem non pateat tutus accessus pro citando reum de persona, uel in
 ualuis ecclesiæ, aut in eius domicilio, tunc iudici constituto de non tuto ac-
 cessu potest committere ut per edictum citeretur ut in d. Clemen. causam de elec-
 ctio. uers. uerum, & ubi scriben. & in Clemen. prima extra de iudi. Non tamen
 concederetur iste modus citandi per edictum extra casus dista clemen. ut ex-
 rat. decifio domi. de Rot. decifio. 732. incipi. dicit quod in cap. dudum in anti-
 quis. Et propterea in Romana curia, nullus iudex (nisi ex speciali mãdato Pape)
 taliter citare poterit, ut nota glo. in dicta Clemen. prima de iudi. in uerbo spe-
 cialiter. Hoc enim est quafi proprium & speciale in ipso Papa, ut talis citatio ar-
 ctet secundũ Paul. de Elea. & Guliel. de Monte Lau quos ibi sequitur Rot. d. de-
 cifio. 223. in addi. & ponit Pau. de Castro in l. ad preceptorium in fine de iudi.
 & Felyn. in cap. quoniam frequenter ut lire non contesta. colum. 9. & quando
 Papa dat similem potestatem alteri de citando per edictum soler apponi clau-
 sula (cõstito summarie de nõ tuto accessu.) Vnde iudex in tali casu, antequam
 talem citationẽ decernat, debet summarie se informare super motu, & porten-
 tia, & non tuto accessu seu alijs impedimentis quæ ex aduerso prætenduntur,
 ut tenet. Rota in decifio. 74. die q̄ citatio in antiquis, qui testes satis est q̄ dicant
 se credere, q̄ impossibile est esse tutum citare citandos in personis uel illorum
 domicilijs, ut inquit Rota decifio. 653. Nota q̄ aliquoties in antiquis. In Vrbe
 autem quando decernitur citatio per edictum ad hoc ut efficiat, citandã so-
 ler legi similis citatio in audientia contradictarũ, uel in palatio Apostolico. pu-
 blice, & deinde affigitur in ualuis basilicæ diui Petri in Vrbe uel alterius maio-
 ris ecclesiæ ubi cõtingeret Romana curia, pro tempore residere. Est etiam ultra
 prædicta, more introductum ut ultra publicationem seu executionem in præ-
 scriptis duobus locis Romanæ Curia, amplius in alijs duobus locis prouinciæ
 seu ueniæ citatio exequatur Roma. consi. 233. hoc autem fit, ut magis, in noti-
 tiam citandorũ deuenire possit. ¶ Et etiam quia sicut leges æditæ non arctant
 absentes, nisi in eorum prouincijs publicarentur, ut 18. dist. ca. decernimus, &
 glo. in extrau. vnica de dolo & contuma. in uerbo personaliter, ibi item leges.
 Inoleuitq; praxis (secundum Vestr. in sua praxi. lib. 4. titulo de exequ. citat.) for-
 ma hæc citandi in ipso citationis instrumento per Auditorẽ præscribi cui con-
 succuit is qui decretum obtinet ad hunc effectum duo loca, prouinciæ citandi
 nominare & de uicinijs. Cassado. decifio. 6. de dolo & cõtuma. in prin. ibi
 etiam habetur qualiter illa uicinitas considerabitur, si respectu loci in quo de-
 git citandus, uel respectu prouinciæ uel regni, & concluditur, q̄ attenditur lo-
 cus in quo degit citandus. Imo dicit Vest. q̄ forma citationis tria habet in prou-
 uincia loca, sed communis usus de duobus uicinijs, quia Romana cu-
 ria seruit pro tertio. Rot. de commissio. & cita. si cõmittatur. 79. in nouis. Egi.
 conclusio. 194. si mandatur de iudi. quod dicit intelligendum in duobus ex tri-
 bus, scilicet in Romana curia, & totidẽ in partibus, & sic in quatuor locis, nec
 aliã satis esset in vno Romano curiæ, & in alio prouinciæ. Cassado. decifio. prima
 de dolo & cõtũ. A deo qd̄ si procederetur cõtra contumaciẽ in vim similis
 citationis executæ in altero locorũ uicinijs; loci, uel in duobus locis prouin-
 ciæ tantũ nõ etiã Romanæ curia processus pro nullo haberetur. Cassado. d. de
 cifio prima in fin. aquarũ vltima executione tantum initium habebit termi-
 nus ad comparandum citationi adiectus ab eius die cõputabitur ad effectum

Citari ubi
 q̄s debent
 non pateat
 tutus
 accessus ad
 ipsum citã-
 dum.

Leges non
 arctant nisi
 in prouin-
 cijs publicẽ
 tur.

Citatio vltra eius le-cturam debet affigi in ualuis ecclesiis. Et quo tē-pore hoc faciendum.

Episcopus an possit re-pete. e cleri-cū ab alio detemptū. De eodem.

Episcopo repetitū cle-ricū an cre-datur si di-cat illū esse clericū. Citari decē au possint p procura-torem com-parere. Citatio qua-liter fieri debeat.

Forma ve-ra realis ci-tationis.

vt contra sic citatum valide procedi possit. Cassado. dicta decisio. prima de do-lo & contu. nume. 3. ¶ Insuper dicit vterius Vestr. quod non sufficeret vt ex-31
quotor similis citationis eam in debitis locis legerit, & publicauerit, sed debet eam insuper in valuis ecclesiarum eorum locorum affigere, & affixam per ali-quas horas dimittere. Nec dicit sufficere affixione copix, sed originalis cui pars credere tenetur, non autem copix; textus est in d. Clemen. vnica de iudic. Rota. de dil. si cōmittatur. 223. in no. Cassado. decisio. 4. de dolo & contuma. vbi etiam disputat, an sine lectione sufficiat affixo idem Cassado. decisio. prima de appellatio. nume. 2. Roma. d. consi. 233. ¶ Debet etiam talis exequutio esse pu-blica, videlicet tempore quo in ecclesiis conuenit, & ex at populi multitu-32
do Cassado. decisio. 5. de appellatio. no. in Clemen. causam de electionibus.

¶ Vtrum Episcopus possit repetere clericum sibi subditum ab alio detemptum? dicas quod sic, vt in cap. dilectis & ibi Docto. de appellatio. & cap. si iudex laicus, & ibi gloss. de sentent. excommunicata in vi. & potest illum repetere, etiam inuitum secundum Bald. & Petr. de fun. in l. prima. ff. de rei vendi. & Bar. in l. præcipit. C. de cano. sta. libro. 10. ¶ Item est verum, nisi clericus suus sit fa-ctus monachus. vt 19. quæst. 1. cap. 1. & 19. quæst. 2. cap. 1. quod puto procede-re nisi in fraudem euitandæ pœnæ ob crimine commissum vellet se monacari. (Additio. videtur vltra Abba. in allegato ca. dilectis Gemina in cap. si iudex in prin. de sentent. excommunicatio. lib. 6. Felyn. in cap. licet causam. in 8. colum. vers. not. vltimo de probationibus vbi saturitatem, Et quid si clericus ordina-tus in ecclesia in aliam migrauerit an ecclesia illum repetere possit & quid de Episcopo & cæteris prælati? vide tex. no. & ibi sequen. in cap. no. oportet iun-cta glo. in vers. restituitur. 7. quæst. prima Franci. Anto. Mona.) ¶ Vtrum Epi-33
scopo repetenti clericū suū à iudice laico credatur si scribat eum esse? Videtur quod sic, si tamen per literas suas facit ei fidem de clericatu non autem si lite-ras missiuas, & testimoniales miserit secundū Bal. in l. si qua per calumniam. C. de episco. & cleri. ¶ Quid enim si citantur clerici decem pro aliquo delicto, an possint comparere per procuratorem? videtur quod sic, quia decem faciunt populum & congregationem glo. in cap. 1. de electio. & ibi Abbas in secundo notab. & tamen quando citatur vniuersitas seu collegiū possunt per procura-torem cōparere. Abb. in ca. venien. de accusa. nu. 14. ¶ Qualiter enim facienda erit citatio? dicas qd aut proceditur ad quærelā. aut per inquisitionē primo ca-34
su citabatur accusatus ad se expurgandum à quærela exposita per. N. eique re-spondendum. Secundo casu citabatur ad informandu super inquisitione cō-tra eum formata super delicto de quo inquiritur sub pœna excommunicatio-nis. (Additio. adde & attende tu. an si fiat citatio, vel alius actus insertis præ-dictis verbis sub pœna excommunicationis huiusmodi verba intelligantur esse latæ sententiæ in tantum quod. alia sententia non sit opus. vide Bal. in ca. 1. 2. col. versic. & aduerte locat. & ibi Abb. & idem Abba. in cap. dura primo nota. extra de crimi. fal. Tiraquel. in repe. l. si inquam C. de reuocan. donat in verbo reuertatur versic. postremo scias num. 2 10. Franc. Anto. Monach.) Sed aduerte bene qd vera & realis formā citandi erit illa videlicet. ¶ Antonius resignus Vi-35
carius generalis in spiritualibus Salernitanensis Archiepiscopalis curiæ, Nouer-tis, qd nuper coram nobis producta quadā accusatione per. N. & super ea pro-ductis nonnullis positionibus & articulis ac desuper nonnullis testibus: fide di-gnis ad informandum animum nostrum. de & super omnibus & singulis in di-cta accusatione contentis, ipsiq; positionibus & articulis per nos in nostra cu-ria admissis ad probandum ac dictis testium desuper ite. receptis. & in for-36
ma

32

33

34

35

36

ma iuris iuratis, & fideliter examinaris. Forumq; dictis & dispositionibus in-scriptis fideliter receptis, & per nos iuris. subsequenter fuimus pro parte eius-dem. N. principalis debita cum instantia requisiti quatenus sibi citationē per-sonalem extra curiam. & ad partes contra & aduersus quendam. N. ex aduerso principalem in eadem accusatione, & informatione nominatum concedere dignaremur. Nos igitur Antonius Vicarius qui supra attendentes requisiti-37
onem huiusmodi esse iustam & consonam rationi. Volentesq; in causis, & causa huiusmodi rite & legitime procedere ac partibus ipsis (dande' ideo) iusti-tiam ministrare (vt tenemus.) Et quia ex summaria informatione prædicta ac testium dictis, & depositionibus, iuribusq; & munimentis corā nobis. aut præ-fertur exhibitis, reperimus præfatum. N. ex aduerso principalem de & super om-nibus & singulis in dicta præinserta accusatione seu commissione, si procedi-tur per cōmissionem & delegationem narratis publice & notorie esse diffama-tum, vel reperimus contenta in eadem veritate fulciri. Quodq; etiam dictus. N. quærlator ad mandatū nostrū & in manibus nostris tactis per eum ob hoc corporaliter scripturis sacro sanctis ad sancta Dei euāgelica corporali præfatio iuramento affirmavit qd dictam citationē personalem contra. N. ex aduerso prin-cipalem non malitiosē, sed pro iustitia consequenda petere. Idemq; .N. quærtu-lator, iuxta sinodalem constitutionem se obligavit prosequi supra dictam cau-sam vsq; ad finem, & probare sub pœna in ea statuta. Idcirco auctoritate qua fungimur, in hac parte vos omnes, & singulos supradictos, & vestrum quemlibet in solidū tenore præsentium requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, & peremptorio. Vobisq; nihilominus & vestrū cuiuslibet, in virtute sanctæ obedi-entix, & sub excommunicationis pœna; quam in vestrum quemlibet canonica monitione præmissa (si ea quæ vobis in hac parte cōmittimus & mandamus, neglexeritis seu distuleritis contumaciter adimplere) ferimus in his scriptis, di-strictè præcipiendo mandantes, quod prænominatum. N. ex aduerso principalem, in eius propria persona, si ipsius præsentia cōmodè habere poteritis; alio-quin in hospitio habitationis suæ; si ad id vobis tutus pateat accessus seu in parochiali, seu parochialibus sub qua vel quibus degit & moratur. Sin autem in cathedrali. N. & dictis parochiali, vel parochialibus sub qua vel quibus de-git, & moratur, alijsvè ecclesijs, & locis publicis quibuscunque de quibus ac vbi, quando ibidem populi multitudo ad diuina audiendum conuenierit, aut aliàs legitimè congregata fuerit, ex parte. nostra, alta & intelligibili voce peremptorie citare curetis. Ita tamen quod verisimile sit, citationem nostrā huiusmodi, ad ipsorum citandorum, notitiam indubitatam deuenire, ne de præmissis vel infra scriptis ignorantiam aliquam ostendere valeant, seu etiam quomodolibet allegare quem nos etiam, & tenore præsentium sic citamus quatenus infra quatuor dies, si dies vltima iuridica fuerit, aliàs die sequenti personaliter comparere debeat in nostra curia, coram nobis in palatio quo-cu-ria regitur, hora causarum consueta, ad respondendum & se expurgandum à dicta quærela, & contentis in dicta informatione sub pœna excommunicationis. Certificantes nihilominus eundem citatum, quod siue in dicto termino (vt præmissum est) comparere curauerit, siue non, nos nihilominus ad partis contemptis instantiā ad omnia & singula prout iustum fuerit procedemus. Si autem proceditur ex vi delegationis, tunc inserto tenore delegationis, sequere vt supra. ¶ Vtrum autem in distinctè permittatur iudici ecclesiastico, siue or-dinario, siue delegato, posse citare, vt personaliter quis compareat? Innoc. quē sequitur Fely. in ca. 1. de iudi. in vi. voluit quod in illis tantum casibus, in qui-38
bus

Citatio per-sonalis an semper cō-mittatur? Et in quib. casibus.

bus non admittitur procurator possit quis compelli ad personaliter cōparendum, & nō indistinctē, in omni causa criminali. Nisi citaretur corā Papa, Imperatore, aut alio Principe. vt ibi nota. Do&or. alij dicunt non permitti citationē personālē in omnibus casib⁹ sed tantūmodo in annotatis & expressis in d. c. 1. de iudi. Casus autē ibi annotati (vt refert ibi Fran.) sunt videlicet primo in causis criminalibus, nō tamē ibi tex. exprimit in quibus causis criminalibus. Secūdo, pro veritate dicenda & sic in respondēdo positionibus vel articulis. de quo in ea. pastoralis extra de iudi. & in ca. 1. de confes. Tertio, pro iuramēto calumnie. Quarto, vbicunq; iuris necessitas exigeret. Item quādo principalis esset melius informatus de veritate quā procurator. vel quando pars aduersa melius consideret de præsētia principalis quam procuratoris. vel quia principalis sit legalior persona, & procurator est rixosus. & de his omnibus dicit Fraa. esse text. in l. fi. C. de procu. & ibi glo. & in ca. 2. extra de iura. calū. in 6. Idemq; tenuit Gemina. ibidē. Sed aduerte quia Guido. Papa. in decis. 255. quis non potest, tenuit quod de stilo omnium curiarū iudex potest citare partem, vt personaliter compareat quādo omnq; sibi videbitur expediens. Et ita nouissimē tenuit Ioan. Bernar. Diaz in sua prac. cano in verbo eos citari personaliter ad imponēdā tamē correctionē verbālē, aut aliam salubrē pœuētiā. Sed si vidisset Guido. vbi supra non ita artasset eius dictum. Idemq; Guido. tenuit idem quod supra in decis. 445. an valeat. ¶ An citatus coram delegato teneatur comparere. si nō tenor rescripti, & delegationis fuerit insertus citationi? dicas quod nō. vt dicit tex. & glo. ordi. in c. p̄terea extra de dila. & voluit ex his Bal. in l. ex quacūq; ff. si quis in ius uo. non ier. nu. 8. & vide Guido. Papa. decisio. 450. supra idem tenentem de veritate vero vide Abb. in d. ca. p̄terea vbi concordat opiniones, & vide vltra cum Angel. consi. 139. ¶ Vltērius quæro an sit inferenda causa ob quam quis citatur in citatione? glof. in d. c. p̄terea dicit simpliciter quod sic. Abb. ibidem distinguit quod aut citatio mittitur in partibus longinquis an de proximo. primo casu necessariū putat inseri causam, ob quā quis citatur, vt sic cōparere possit instructus. & ita intelligit procedere tex. in ca. si primates 5. q. 2. secūdo vero casu, nō requirit & ita intelligit procedere dictū Bart. in l. inter accusatorē. ff. de publi. iudi. Sali. in l. absentē. C. de accusatio. vers. quæro tertio; an in scheda, dicit quod nō requiritur inseri causam. satis enim putat si dicatur quod compareat responsurus cuidā accusationi seu inquisitioni cōtra factam. hoc dicit probari in ca. licet in beato. Petro extra de accusa. vbi Abb. posuit illammet distinctionē quā supra retuli. Io. de Ana. ibidē, simpliciter refert opinionē d. Abb. & eā sequi videtur. Licet antea referat Io. de Imol. in l. inter accusatorē. ff. de public. iudi. dixisse, quod verior est opinio Bart. tenētis nō requiri expressionē causæ non obstāre quod canonice teneant cōtrariū: quod quidē (pro quāto potui videre) non dicit ibidē Io. de Imol. sed simpliciter impugnat. Bart. per text. in ca. si primates. Disce ergo, vt videas semper doctrinas in fonte. Fely. sequitur opin. Abb. in d. ca. licet in beato Petro. & ibi respōdet ad text. in d. ca. si primates. Sequitur etiā eandē distinctionē Abb. Præpos. in d. c. si primates. Et ita seruatur in Roma. curia, & alijs. Vide Ang. de malef. & ibi August. de Arimi. in verbo iudex cōmissit. ¶ Quāhitei enim formabitur citatio per edictū. dicas quod facta assertionē de qua in formula citationis simplicis ac facta assertionē super examinatione testium, super non tuto accessū dicatur factam esse instantiā pro parte. N. quæculatis seu iurū curiæ promotoris, vt cōcedere dignemur citationē personalem, & per ædictum publicum in curia publicam, & extra in locis circumuicinis, contra & aduersus dictū N. Nos igitur, qui supra

Citatus a delegato non infero tenore rescripti an teneatur cōparere? Citationi an debeat inseri causa?

Citatio per edictū quo modo fiat.

38

39

40

supra attendentes requisitionem huiusmodi esse iustam, & consonam rationi. Volentesq; in causis, & causa huiusmodi, rite, & legitime procedere, ac partibus ipsis (dante deo) iustitiā ministrare, (vt tenemur.) Et quia per diligentē informationē quā fecimus, & præsertim ex dictis & depositionibus testium coram nobis productorum, receptorū, & iuratorum, cognouimus præfatū. N. ex aduerso principalē in præ inserta commissione contentū, publice diffamatum, ac ipsum & eorū domicilia, pro huiusmodi nostra citatione exequēda, tute adiri nō posse, quodq; dictus. N. quæculans ad mandatū nostrū & in manibus nostris, tactis per eum scripturis sacrosanctis, iuravit contenta in prædicta informatione, fore vera, & se huiusmodi citationem personalem, contra præfatū. N. non ex aliqua cautela, aut malitia impetrasse, nec prosequi velle, sed solū pro iustitia consequenda, se obtinenda, & quod huiusmodi causam specialiter contra dictū. N. vtque ad finem litis prosequetur, & prosequi faciet, & procurabit iuxta suum posse, & sub pœna in sinodalibus cōtenta, efficaciter se obligauit; (prout in instrumēto publico per nostrū actuariū in notam recepto, plenius continetur.) Idecirco auctoritate qua fungitur, in hac parte, per hoc præfens publicum ædictum, in auditiā publica nostræ curiæ, ac portis, seu valuis dictæ audientiæ ac Beati Marthei Apostoli Salerni, ac cathedralis. N. & parrochialium ecclesiarū. N. & N. affigendū prænominatū tenore præsentium, peremptorie citamus quate nus infra nouē dies quorū tres pro primo, tres pro secundo, & tres pro tertio, & vltimo peremptorio assignamus; post publicationē & lectiōnē præsentium, in valuis seu locis prædictis, modo præmissis, factas immediatē sequentes, si dies ipsa nona iudica fueris, aliās in diem sequentem, præfatū. N. personaliter cōparere debeat, & teneatur eius propria persona; coram nobis, in palatio, quo curia regitur, & regi solet, hora causerum. In quorum omnium & c. huiusmodi nostram citationem personalem, & legitimam, & per ædictum fieri iussimus, vna cū nostro sigillo, & subscriptione munitam, datum & c. ¶ Quid enim si facta sit citatio contra decanum & capitulū alicuius ecclesiæ sub pœna excommunicatiouis, an si sunt citati particulares canonici possunt excommunicari vt singulares, licet citati fuerint tanquam capitulū facientes? dicas quod non; secundum Inno. in cap. eam te de rescrip. & voluit Rota in decisio. 314. in antiquis de quo per Felyn. in d. ca. eam te nu. 14. ¶ Exequutio enim citationis qualis debeat esse; habebitis in ritibus Salernitanēsis curiæ, in fine huius praxis impressis. ¶ Si autē fiat citatio cōtra aliquem vbi non constat, vel vbi procedi nō posset, diceretur pars grauari. Vt notabiliter tenet (dando practicā) Guiliel. de benedi. in repe. ca. rainuntius in verbo mortuo itaq; testatore el. 1. nu. 138. Et sic nota cōtra ignorantes iudices dicentes permitti indistincte eis, vt possint citare etiam in casu vbi nō adesset legitima causa citandi aut vbi nō constaret.

41 ¶ Qualiter puniatur remouens citationē affixam? dicas quod tenetur ad omnes expensas quas illæ postea excommunicatus faciet, & suis expensis tenetur absolutionem impartiri. secundū Hippoli. de marsi. in l. de vnoquoq; nu. 55. ff. de re iud. & in rubrica de fidei. quest. 58. in fi. & habetur per Petr. Rebuff. in 3. tomo. consil. ti. de cita. in præfa. nu. 4. Dixi supra quādo pro citato possit parere procurator nunc quæro, an mulier possit interuenire vt procuratrix in illis casibus, in quibus potest & debet procurator admitti? Dicas quod si est abbatissa potest pro monasterio cōstituī ea. cū dilecta de confir. ut. vel in iuti. Item vbi agitur de salute animæ, mulier potest interuenire vt procuratrix vt no. Archi in cap. scriptū 6. q. 3. & de vtroque factis accommodate dixit Excellens Gab. Saray. in suis solemnibus additio ad singular. D. Matres. singu. 98.

Citatio facta contra decanū & capitulū & citetur particulares: an possint excommunicari. Citationis exequutio qualis fiat. Citatio in casu in quo non posset procedi grauat.

Citationē affixā qualiter puniatur remouens. Mulier an possit esse procuratrix Gab. Saray

Non

NON COMPARENTES CONTUMACES

REPVTENTVR. Cap. x.

SYMMARIVM.

- 1 Contumaces reputantur non comparentes in termino.
- 2 Obedientia Aethiopum erga magistratus, & eorum Regem.
- 3 Obedientia tartarorum, Et eligendi modus eorum Regem.
- 4 Obedientia turcarum incredibilis.
- 5 Potestas à Deo est.
- 6 Inobedientia abominabilis deo.
- 7 Contumax dicitur committere delictum.
- 8 Contumacia quid sit.
- 9 Delinquere quod sit.
- 10 Maleficium quomodo diffinitur.
- 11 Contumax in quibus casibus excommunicari possit. Et in quibus non?
- 12 Excommunicari an possit iniuste licentias.
- 13 Contumacis res aufertur manumilitari.
- 14 De praedatio contra contumacem permittitur.
- 15 Brachium seculare imploratur contra contumacem.
- 16 Contumax priuatur suffragio.
- 17 Contumaci non sunt edenda acta.
- 18 Contumax praesumitur iniustam causam fouere.
- 19 Contumacia interpretatur in id quod deterius.
- 20 Contumaces non audiuntur, nisi probato iusto impedimento.
- 21 Contumacia puniebatur morte.
- 22 Contumax potest suspendi à beneficio, & officio.
- 23 Contumaciam esse mortale peccatum.
- 24 Contumax potest multari in foro canonico.
- 25 Contumaces venientes intra annum audiuntur.
- 26 Absens quando possit damnari.
- 27 Litis contestatio non est necessaria, si proceditur ad denunciam.
- 28 Contumax in se purgando qualiter puniuntur.
- 29 Perseuerans per annum excommunicatione habetur pro conuicto.
- 30 Condemnari an possit absens. Et in quibus casibus.
- 31 Contumax quando damnetur diffinitive propter contumaciam lite non contestata.
- 32 Contumacia an faciat quem hereticum.
- 33 Excommunicatus an aliqua pena puniatur.
- 34 Excommunicatus perseuerans per annum in excommunicatione priuatur beneficijs.
- 35 Annotatio bonorum an fiat?
- 36 Excommunicatus quando priuatur beneficijs.
- 37 Contumax potest citari ad se purgandum super delicto.
- 38 Eligere domum in qua quis citetur an cogi possit. Et non eligens quomodo puniendus?
- 39 Contumax an dicatur ille qui comparet hora indebita.
- 40 Contumax dicitur qui non respondet.
- 41 Contumax dicitur qui non pareat iudici in qualibet parte iudicij.
- 42 Contumax potest multari, vel suppleri potest à iudice.
- 43 Contumacia debet accusari.
- 44 Contumax comparet (curia pro tribunali sedente) admittitur.
- 45 Contumax auditur, si comparet donec iudex est in palatio.
- 46 Citatus impeditur comparere, debet mittere excusatorem.
- 47 Excusatores qui debent esse.
- 48 Excusatores quæ possint allegare?
- 49 Excusatores an possint cogi, vt iurent de calumnia?
- 50 Iudex quid debeat facere impedimento allegato?
- 51 Impedimenta excusantia citatum, quæ sint.

- 52 Contumacia forma quæ est.
- 53 Mandari ad se expurgandum à contumacia, forma.
- 54 Neapolis obseruantia contra contumaces.
- 55 Aggravatio excommunicationis qualiter fiet.
- 56 Reaggravationis forma.
- 57 Reaggravato non parente, quid faciendum?
- 58 Monitionis forma.
- 59 Contumax potest suspendi ab officio, & beneficio.
- 60 Brachij secularis inuocatio quando fiat.
- 61 Neapolis constitutio sined iis contra perseuerantes in excommunicatione p mensem.
- 62 Contumax qualiter excommunicatur Neapoli.
- 63 Contumacia contra testes qualiter accusetur.
- 64 Procurator potest allegare illegitimationem accusatoris.
- 65 Procuratore comparente, & admisso in criminalibus, an inualidet processum?
- 66 Interdictum an & quando possit proferri?
- 67 Interdicti forma.
- 68 Brachij secularis implorantis forma.
- 69 Brachium nolens impariire quomodo puniatur.

1



ITATI, & in termino haud comparentes. ¶ Conuenit contumaces reputari, contumaces enim dicuntur inobedientes. Cice. pro ros. com. 16. Est tuæ contumaciæ arrogantia, vitæq; vniuersæ vox. Idem de An. 49. Itaque illi effertur fastidium, & contumacia. Idem ad Atticum li. 14. 3 10. 3. Insolentia, superbia, contumacia. Cice. 6. Veri. 80. an vero ex hoc illa tua singularis significatur insolentia, superbia contumacia. Est (inquit Budæus) contumacia, quæ lingua vernacula feritas dicitur. Paul. enim ad Tit. 3. hortatur nos, vt obedientiam præstemus. Admonet illos (inquit) vt principatibus ac potestatibus subditi sint, vt magistratibus pareant. ¶ Summis quoque laudibus extollenda est obedientia Aethiopum, quam præstant magistratibus. Inquit enim Io. Boem. lib. 1. cap. 4. de mori. gentium (quem vbi regem creauerint veluti numen insit, aut sit adminus diuina prouidentia eis datus, vulgo adorant, vitam is agere statutam legibus debet, omniaq; facere iuxta patrios mores. Neminem neq; præmio neq; poena afficere. In quæ aut animaduersum licitorè signum mortis habentè ad eum mitti, quo inspecto confestim quisquis ille est, domum reuersus sibi mortem consciscit. Tantus regibus honor, tantumq; studium ab his tribuebatur, vt si quando aliqua corporis parte ex quâuis causa debilitaretur Rex, domestici homines sponte sua eandem partem debilitarent: turpe existimantes Rege claudos, aut monoculos & non amicos omnes claudos aut vnuculos esse. Ferunt quoque consuetudinis esse, amicos vltro in Regis morte vita defungi existimantes eum interitum gloriosum verèq; amicitia reitem. ¶ Tartari rursus magnam obedientiam eorum regi promittunt dum ab eis creatur, eamq; factis demùm præstant. Vt apud eundem Ioan. Boem. lib. 2. cap. 10. legitur. Eligitur autem Rex, tali quidem ordine. In locum in campis aptum ad hocq; consuetum Principes, Duces, Barones, & omni populus totius regni conueniunt tum eum cui regnum aut ex successione, aut electione debent in thronum aureum collocant, atq; procedentes vnanimi voce & excelsa, omnes in hunc modum acclamant Rogamus, volumus etiã, & præcipimus vt domineis nobis. Respondet ille: si hoc à me vultis, necesse est parati sitis quicquid præcepero facere quum vocauero, venire quocunq; me miserero iue, quemcunq; occidi iussero, id interpidos facessere, & totum regnum in manus nostras statuere atque cõmittere. Vbi responderunt, sumus:

Contumaces reputantur, si in obparentia termino.

Obedientia. Aethiopum erga magistratus, & eorum regem.

Obedientia. Tartarorum Et eligendi modus eorum regem.

sumus: inquit rufus, ergo oris mei sermo, de cæteris claudius meus erit: sit ap-
 plausus à populo. Principes in terea è regio solio exceptum supra filtrum in ter-
 ra stratum, humiliter sedere faciunt; ita alloquentes. vide sursum & agnosce
 Deum, ac respice filtrum in quo sedes deorsum, si bene administraveris, ad no-
 tum habebis omnia. Si autem male, adeo rursus humiliaberis spoliaberisq; vt
 ne exile hoc filtrum in quo sedes, tibi relinquatur. quo dicto charissimam vxor-
 em adiungunt & ambos cum filtro eleuant, hunc omnium Tartarorū Im-
 peratorem, illam Imperatricem salutant. ¶ De turcharum obedientia scribitur
 apud Bartholameum Georgieuz. Nemo (scribitur) ex Ieniiseris, vel proceribus
 armatus, vel gladio accinctus habet licentiam per ciuitatem incedere, nisi cum
 Turca, venandi, aut orandi gratia, palatium egreditur, & siqui sunt custodes ci-
 uitatis aut officiales, baculos gestant qui vbi litigantes, vel alteri iniuriam seu
 calumniam inferentes, reperiunt sustibus eos puniunt. Neque quispiam illi lo-
 quens, auget eius faciem intueri, sed in terram procidentis deosculatis pedibus
 eius fixis in terram oculis sibi loquitur. Et dum Veredarios cum litteris suis, ad
 aliquos rectores prouinciarū mittit quorū equi in itinere vbi defatigati, & ve-
 loci cursu lassifuerint facultatē habet veredarius, quoscuq; in via repererit
 equis deicere qui si in itinere neminē offendit ad ciuitates, vel pagos diuerit
 Cadiam idest iudicem aggreditur, qui si illi equum nō inuenerit ante ostium
 domus suæ suspenditur, & hanc ob causam pauci equis, sed asinis vtantur.
 Et quū talis nuntius ad eos ad quos missus est, peruenerit à quibus honorifice
 exceptus litteris eorum regis, magna cum humilitate acceptis, & deosculatis,
 mandatis eius mira celeritate exequutis dimittitur. Nemo ibi Princeps qui illi
 contradicat, nulla prouincia, vel Ciuitas (vt fit apud nos) quæ rebellet, nullus
 demū qui illū non timeat. (¶ Inquit enim August. in epist. ad Roma. 13.) quod
 autē ait Apostolus omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit nō est
 enim potestas nisi à Deo. Rectissime admonet, ne quis ex eo qd à domino suo
 in libertatem vocatus, est factus Christianus, extollatur in superbia, & non arbi-
 tretur in huius vitæ itinere seruandum esse ordinem suum, vt potestatibus
 sublimioribus, quibus pro tempore rerum temporalium gubernatio, tradita
 est existimet se esse subdendum. Cum enim constemus ex anima & corpo-
 re, quandū in hac vita temporalis sumus. etiā rebus temporalibus ad subsidiū
 huius vitæ degenēda, vtamur, oportet nos ex ea parte, quæ ad hanc vitam perti-
 net, subditos esse potestatibus, idest hominibus res humanas cum aliquo hono-
 re administrantibus. ¶ Econtrario autem, inobedientia coram hominibus &
 Deo, satis atque satis abominabilis & odibilis est. Nam inobediens, & sic contu-
 max dicitur esse in dolo. l. non potest ff. de reg. iur. l. ex cōsensu de appella. Bar.
 in l. minor la. i. ff. de minor. vbi dicit verū in præsumpto, non in vero. ¶ Item
 contumax, & inobediens dicitur cōmittere delictum l. omne delictum §. con-
 tumacia. ff. de re. milita. & ibi Alexan. glos. in ca. ex literis de consti. quod est in-
 telligendum improprie. l. qui vas §. i. ff. de fur. secundū Bal. in l. si mora. 2. col.
 in prin. in vers. alibi contumacia. ff. solut. matr. vbi dicit esse verum, si est sine
 mora de quo per Felyn. in cap. super el primo ad fi. de testi. & in cap. ex litteris
 circa med. 10. col. de consti. & in vltima col. vbi late in verbo in eadem glos. vbi
 in effectu refert super hoc esse varias opiniones tamen magis communē esse
 qd cōtumacia de per se non sit delictum: fallit in quinque casibus, de quibus re-
 missiue per eum. Bal. in l. si. C. de crim. stello, dicit quod nulla lege cauetur,
 quod contumacia sit maleficium. Ego autem intendo plenius prout poterō,
 hanc materiam attingere: Et tenendo quod contumacia sit delictum, primo
 demonstratur.

Obediencia
Turcharū
incredibili.

Potestas à
Deo est.

Inobedien-
tia abomi-
nabilis
Deo.
Contumax
dicitur cō-
mittere de-
lictum.

8 demonstratur. ¶ Nam contumacia est non obedire magistratibus; siue in non
 comparando vel non respondendo aut recedendo ante tempus sine iudicis li-
 centia. (Vt iam supra demonstrauimus.) obedientiā præstari, præcipitur magistra-
 tibus, etiam ex diuino præcepto. (vt supra dixi) modo delictum in non facien-
 do, vel omittendo dicitur committi & perficit statim quod quis non facit id
 quod obligatus erat facere. Glos. no. & ibi Bald. in l. i. C. de his qui. vt indig.
 Item dicitur delictum fieri, quando quis non facit infra terminum à iudice
 præfixum illud quod iudex sibi vt faceret præcepit. secundum Innoc. in cap.
 extirpandæ de præben. & per Pau. de Cast. in d. l. i. C. de his qui. vt indig. Bar. in l.
 inficiendo §. infans de fur. Bald. in l. i. §. col. C. qui accus. non po. & in l. qui-
 cunq; col. pe. C. de ser fugi. ergo contumacia est delictum. ¶ Secundo, delinque-
 re, nihil aliud est, quam prætermittere illud quod nō oportet prætermittere. Inquit
 Festus. Cice. 3. de natu. Deo. 13 i. ferret ne ciuitas vlla legislatores istiusmodi
 legis, vt condemnaretur filius, aut nepos si pater, aut auus deliquisset? Plau-
 Menæh. 7. 46. ne tu delinquas, ne ue ego irascat tibi. Ibidem 14. 46. Num quis
 seruorum delinquit? Idem Amphi. 8. 182. Turc edictas facta tua, ex me quæris
 quid deliqueris? Quis ergo negabit, non oportere prætermittere obedientiam ma-
 gistratibus præstari? ergo prætermittere est delinquere. Erat enim (secundū Cice. 3.
 de legi. 7.) in legibus 12. tabularum ordinatum. (iusta imperia sunt.) isque
 ciues modeste, ac sine recusatione parento, magistratus nec obediētē, & no-
 xium ciuem multa vinculis, verberibusq; coercent: ni par maiorue potestas,
 populūq; prohibescit.) Alibi enim Aristot. 7. politico. 14. volens demonstrare
 obedientiam debere præstari magistratibus, & differre debere eos qui parere
 tenentur, ab ijs qui imperare debent. dicit natura enim ostendit quemadmo-
 dum hæc distinguenda sunt. Facit enim eosdem genere alios iuniores, alios
 seniores: quorum alteri debent parere gubernantibus, alteri gubernare. indi-
 gnatur enim nemo propter ætatem maiori concedere. Nec putat illum,
 cui cedit, potiorē esse se: præfertim cum & ipse quando ad id ætatis peru-
 nerit eundem honorem sit recepturus. Est ergo vt eosdem esse dicere, eos
 qui parent, & imperant. est etiam vt diuersos. Itaque & disciplinam vt ean-
 dem dicere necesse est, & vt diuersam. Qui enim imperare velit, recte opor-
 tere aiunt ipsum prius sub imperio fuisse. (Item alibi Cice. 3. de legi. 7.) Nec ve-
 ro (inquit) solum vt obtemperent obediātq; magistratibus, sed etiam vt
 eos colant, diligantque præscribimus. (Et Olimpius Nemesianus Egloga
 prima.) Et parere (inquit) iussu decet, & grata iubentur. Dico ergo contu-
 maciam esse delictum, si contumacia est vera, licet non sit maleficium. se-
 cundum Bald. in d. l. si. C. de eri. stello. ¶ Nam maleficium est damnum, iniu-
 ria facinusve. Budeus, maleficium dicitur, quicquid improbe admissum est:
 hinc Vlpianus in l. i. ff. si fa. fur. fec. dica. (Vtilissimum id edictum Prator pro-
 posuit quo Dominus prospiceret aduersus maleficia seruorum.)

10 ¶ Prosequendo rem nostram contumax in non cōparando, respondēdo, vel re-
 cedendo ante tēpus sine licentia iudicis excōmunicari potest ca. 1. de iudi. & ibi
 Abb. nu. 10. per illū text. ca. certū 11. q. 3. glo. in ca. duo in verbo videbatur 96.
 distinctio. cap. constitutus de pro. cap. commissā de electio. in 6. ¶ Et hæc pro-
 cedant, tam in actore quam reo secundum Innoc. in cap. calumniam de pœn.
 quem sequuntur Phil. Dec. & Docto. in d. cap. 1. de iudi. & sequitur Alexan.
 consi. 137. numero. 10. vol. 2. & consi. 72. nume. 3. vol. 3. ¶ Item procedunt, si
 recedens dimiserit procuratorem cum mandato non sufficienti cap. constitu-
 tus de procura. ¶ Item prædicta procedunt etiam in minima contumacia, vt
 probat

Opinio do.
Auctoris.
Contumacia
quid sit.

Delinquere
quid sit.

Maleficiū
quomodo
difficitur.
Contumax
in quibus
casibus ex
cōmunicari
possit. Et
in quibus
non.
De eodem.

De eodem.

probat glos. in d. cap. duo sunt quam sequitur Abb. in cap. primo. nu. 10. de iudi. & in cap. ex parte el. 1. nu. 3. de verb. signifi. And. Barba. in trac. de testi. in 3. parte uu. 9. ¶ Prædicta uero sunt limitanda aliquibus casibus; Primo, ut non procedant in citato ad unicum actum, quia illo expedito potest recedere; nam & si non expresse sit licentiatas, saltem est licentiatas tacite a iudice, ita tenet Abb. in cap. prout in primo nota. de do. & con. Anto. de But. in cap. 1. num. 28. de iudi. facit tex. in cap. certum 11. quæst. 3. ibi aut si autem finitam causâ ex-

De eodem.

De eodem.

De eodem.

Excomuni-
cari an pos-
sit in iuste
licentiatas.

Cōtumaci-
as aufer-
tur manu
militari.
De præda-
tione contra
cōtumacem
permittit
Brachium
seculare im-
ploratur cō-
tra contum-
acem.
Contumax
pauat sub-
fragio.

Contumaci
non sunt
ædenda acta
Contumax
premissi
in iustâ cau-
sa non fouere.

minationem. ¶ Secundo casu non procedunt, ubi quis usque ad ultimum & extremum spatium citationis expectasset, donec iudex discesserit de tribunali; quia actore non comparente, potest eius contumacia accusata, licet illicentiatas recedere, secundum Io. de Imol. in ca. 1. de iud. nu. 18. per tex. iunctâ glo. 2. in cap. 1. de do. & con. lib. 6. quidem sequitur Fely. in d. cap. 1. num. 21. Alexan. in l. si finita. §. iulianus. ff. de dam. infe. nu. 25. & no. Are. consi. 161. nu. 3. Item intelliguntur procedere prædictas si aduersarius accusaret contumaciam recedentis sine licentia, aut non comparentis; aliâs fecus l. properandum. §. & si quidem. C. de iud. quem ibi ad hoc notant. Raph. Paul. de Cast. & Iaf. & ante eos Bar. in l. consuetudinem. C. quomodo. & quando iu. & in l. si finita. §. iulianus & ibi Alex. ff. de dam. infe. & in l. 2. in fi. si quis in ius vo. non ierit & in l. arbitrio certo die. ff. de arbi. ¶ Item non procedunt ubi citatio esset inualida secundum Barba. in cap. 1. de iudi. num. 40. Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adop. ¶ Item non procedunt, ubi propter aliquod repentinum periculum quis illicentiatas recederet secundum Anto. à But. in d. cap. in num. 28. de iudi. quem sequitur Fely. ibi num. 21. ¶ Quid enim si dedit iudex iniustam licentiam an possit pars licentiatas excommunicari si recessit dicebant aliqui quòd sic argumento l. 2. §. non solum. ff. ad ter. quia culpa iudicis parti præsentis non debet præiudicare, ut in alle §. non solum & l. 2. per imprudentiam de euictio. sed in contrariu tenuerunt D. de Rot. in decisio. 120. in antiquis tit. de dol. & contu. nor. q. ubi arg. l. 1. §. si quis cautio. & l. non videtur. §. quo iussu. ff. de re. iudi.

12

¶ Item à cōtumace res aufertur manu militari l. qui restitueret. ff. de rei vendic. ac iuramentum in litem præstatum comparenti contra contumacem l. in actio nibus. ff. de in lit. iuran. ¶ Item aliquando permittitur depradatio contra contumacem ca. vno. in fi. de milit. vassa. qui contu. est. ¶ Item imploratur brachiū seculare aduersus contumacem l. si quis in hoc genus. C. de cleri. ca. dilecto de sent. excom. in 6. etiâ si sit iudex delegatus, cui non sit data expressa potestas inuocandi quia hoc de iure habet ea. cum non ab homine de iudi. Fed. in consi. 163. super inuocatione. Quod est intelligendum, quando iudex ecclesiasticus non haberet quid vltro faceret: aliâs non d. cap. cum non ab homine cap. 2. ibi si necesse fuerit de male Oldr. consi. 89. Episcopus. & Arch. in ca. administratores. 23. q. 5. ¶ Item potest quis ob contumaciam priuari suffragio in electionibus, vel suspendi Bal. in l. vna col. vlt. versic. 12. & vlti. C. quando non pet. par. per. ca. ex litteris de consti. ubi plene per doct. ¶ Item acta facta contra contumacem non sunt postea ei ædenda, nec copia danda nec sunt cōmunia, nisi refulsis expensis Francus in cap. 1. in glos. absentia de electio. lib. 6. no. docto in l. 1. §. ædenda. ff. de æden. nisi contumaciam purgauerit. ¶ Item contumax non præsumitur iustam fouere causam, sed est opus, ut probet l. properandum. §. & si quidem & l. sanimus ibi mala conscientia, ubi Bal. C. de iudi. & in l. non ita diuus. ff. de adopt. Alexan. in l. papinianus. §. meminisse. ff. de in offi. testa. glos. in ca. honoratus. 73. distin. Panormi. in ca. 1. col. 3. de iudi. ¶ Item con-

16

17

18

19

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

Contumacia interpretatur in id quod dicitur.

Contumaces non audivuntur, nisi si probato iusto impedimento.

Contumacia punigbat morte.

Contumax potest suspendi à beneficio & officio.

Cōtumaciâ esse mortale peccatū.

Contumax potest multari in foro canonico.

dienti vtilius. Bar. in l. quando la 2. col. 1. ff. de acqui. hære. per l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interroga. actio. aliâs vero pœnas, usque ad numerum 42. enumerat Pet. à Rebuff. in comine. consti. in titu. de contu. & dese. arti. 13. in glos. vni. ca. 10. mo. 3. fol. mibi. 127. cum sequentibus vide etiam Bartho. Cassa. in confue. burg. in ti. des iustices Rubr. 1. §. 7. fol. 73. col. 4. nu. 1. cum alijs. ¶ Item contumaces non aliter audiri debent, nisi probauerint iusto impedimento impeditos

¶ Item contumacia puniebatur de iure diuino morte. secundum Speciebi. §. nunc dicamus qualiter, hodie vero excommunicatur cap. absit 11. quæst. 3. & ca. certum qui fil. sint. le. cap. per venerabilem. §. rationibus. ¶ Item propter solam cōtumaciâ, potest quis suspendi à beneficio & officio, & beneficio cap. veritatis extra de dol. & cont. & habetur per Specu. ubi supra. (Additio. In quantum do. auctor dicit contumacem non aliter audiri debere, nisi docuerit se iusto impedimento fuisse impeditum intellige, in actore, nō aut in reo, cum reus excommunicatur & cōparens intra annum absoluitur & auditur in iuribus suis. prout melius ipsemet d. Auctor se inferius declarat & ita loquitur Specula. in loco hic allegato. & ratio differentie est, quia magis offendit iudicem actor quàm reus quia debet causam ampliari, & apud iudicem stare, reus autem effugere. quæst. 4. cap. 1. Abb. in cap. causam extra de dol. & contum. Item in quantum dicit quod hodie excommunicatur cōtumax. adde do. de Rot. deci. 723. in antiquis, & in decisio. 271.

¶ Item in nouis Federi. de Sen. con. 109. ¶ Ex hoc infero, contumaciam esse peccatum mortale ita Abba. in ca. 1. in 5. col. de iudi. cum aliâs non posset inferri excomunicatio ca. nullus & ca. nemo. 11. quæst. 3. & merito cum maximum sit peccatū inobedientia ca. sciendū. 8. quæst. 1. & proinde dicitur infidelis ca. si quis sunt præbyteri 81. dist. & cum do. Auctor non aperiat, an pro qualibet contumacia sint excommunicandi dicunt canones quod pro leuibus culpis nō debent infligi excommunicatio d. ca. nullus & c. nemo. 11. quæst. 3. Ideo videas Abba. in d. c. 1. 4. col. vers. ex hoc infero de iudi. Item in eo quod dicit quod contumax debet & potest suspendi ab officio & beneficio videtur tex. in cap. cōtumacis l. distin. Abba. in d. cap. veritatis, & Fely. in cap. ex literis in 8. col. versic. per istum tex. de consti. dixit quod clericus suspensus pro contumacia, præstita obedientia celebrare potest, absque alia relaxatione suspensionis, cum pœna contumaciaz imposita regulatur ad limites contumaciaz. Anto. de But. in cap. 1. de supple. neg. præl. & hoc est etiam in excommunicato parato se emendare, quia excomunicatio habet vim suspensionis, & ideo redeunt non clauditur gremiū per eundem Ant. in d. ca. ex literis Fran. Anto. Mona. ¶ Item est aduertendū quod etiam in foro ecclesie iudex ecclesiasticus potest non comparentem multare, & illam multâ exigere per censuras ecclesiasticas cap. quærenti de verbo. significa & bene no. Hostien. in summa tit. de senten. & re iu. in tract. quem facit ubi de multa §. quis possit. Et habetur per Archi. in 1. q. 3. cap. certum qui dicit quod Vince. tenet quod secundum canones non habet locum multa. Sed Goffre in cap. tuæ extra ut lit. non contesta. tenet primam opinionem, & allegat pro hoc 16. quæst. 1. cap. statuimus, & quod legitur & nota in cap. veritatis extra de dol. & cont. & quod possit & iudex ecclesiasticus multare, tenet Præpos. in d. c. certum & dicit idem teneri per Anto. de But. & Panormi. & pro hac opinione dicit facere, in arg. cap. dilectus de offi. ordi. & ca. 1. de offi. ordi. li. 6. & quod etiam potest imponere pœnam pecuniariam pro delicto. Verū ut cesset auaritiæ suspitio consulitur, quod illam conuertat in piam causam per ea quæ habentur in ca. licet de pœn. & ibi etiam tenet, quod non solum ordinarius

ius potest multare. verum etiam delegatus per allegata per eum. Additio. Adde Abb. in ca. 1. in 7. col. versic. 2. extra de dol. & contuma. Specula in tit. de senten. prolatio. §. 2. col. 2. versic. est & quarta species & an multa requirit no- uam citationem? vide Fely. in ca. 1. in 4. col. versic. multa de iudi. Alex. in l. deser- torem. §. si ad diem. ff. de re. milita. Fran. de Mona. ¶ Et si reputati contumaces, excommunicati extiterint, si venerint intra annum absolventur ab excommu- nicatione, & audientur super criminibus illis, de quibus citati extiterint. Aut non venerint infra annum, & tunc post annum super criminibus illis, ulterius non audientur sed iuris interpretatione videntur crimina illa confiteri. vt 1. 1. q. 3. c. cursum & c. quicumq; & extra de presum. ca. nullus, & c. 1. vt lite non con- testata & habetur per Io. And. in c. cit. contumacia in fi. lib. 6. & post annum huius- modi excommunicatio potest aggranari. vt procedatur contra eos ad suspen- sionem, vel perpetuam beneficii & officij priuationem. vt in d. c. rursus & no. Ber. In no. & Hostiens. in ca. cum bone de arte & quali. & Panor. in cap. 1. de iud. & hæc in differenter procedunt, si uel liquet vel non liquet de causa, & siue sit lis contestata, siue non. ¶ Aut liquet seu liquere potest de causa, & lis non est con- testata, & tunc conclusio est, quod nunquam est procedendum contra absen- tem lite non contestata secundum Archi. per ca. 1. de iudi. intelligitur. S. ad diffi- nitiuam. Aut lis est contestata & tunc possunt recipi testes contra eum, & si li- quet de causa, sententia diffinitiuam preferri poterit & sic intelligitur: ca. decer- nimus, & 23. quaest. 3. ca. de illicita. & 11. quaest. 3. & ca. rursus, & ca. quicumque quæ iura habent locum quando directe per viam accusationis agitur de crimi- ne, & propterea dicta capitula intelliguntur procedere lite contestata. ¶ Sed si proceditur per viam denunciationis, tunc non requiritur litis contestatio. ut est casus secundum vnam lecluram gloss. in cap. veritatis de dol. & contu. & ex consequenti lite non contestata potest procedi ad diffinitiuam ¶ Si vero proce- ditur per viam inquisitionis, & tunc si non possunt reperiri testes qui deponat de veritate criminis. tamen quia reperitur quis infamatus, & sibi est, propter infamiam indicenda purgatio, & inquisitus reperitur contumax in se purgando, conclusio tunc erit, quod absque litis contestatione, punitur dictus inquisitus de crimine, ac si esset conuictus: vt notabiliter voluit glo. in ca. de accusatori- bus 3. quaest. 9. & clarius gloss. 24. quaest. 3. cap. de illicita. Aut reperiantur testes qui probant veritatem criminis, & tunc distinguendum est, quod aut sit in qui- sitio contra absentem ad instantiam partis, & parte instante, & tunc est conclu- sio, quod non valet processus lite non contestata, & debet procedi contra eum aliàs ad annotationem bonorum, vel aliàs prout nota. in ca. decernimus. facit quæ habentur in cap. cum dilectus de purga. cano. Aut sit inquisitio ex puro & magno officio, parte aliqua non instante, & tunc aut est absens, & tunc pro- cedi. ut contra eum super principali, lite non contestata, vt in cap. quoniam & cap. qualiter el. 2. §. debet de accusa. Aut est presens, & tunc est conclusio quod ordo iudicialis est seruandus, aliàs processus non valeret ca. cum dilectus ex- tra de purga. cano. gloss. in cap. per venerabilem qui fil. sint legi. & hoc no. Gu- liel. de monte. Lug. in cle. 1. de offi. ordi. Additio attende pro intellectu capita- lorum rursus, & quicumq; quod licet ex sola contumacia quis presumatur no- cens, & confiteri, & quod inde sequitur postea excommunicatione, & per annum data perseverantia augmentetur illa presumptio, & efficiatur vehemens, vt al- leg. cap. per d. Autho. cum contumacia sufficiat ad condemnationem. arg. cap. affente de presum. & sic vides super qua ratione fundatur eorum dispositio. Tamen iurata & tenens perpetuo menti prædicta cap. rursus, & quicumque non habere

Contumaces uenien- tes intra an- nū audien- tur.

Absens quī possit litta- ri.

Litis conte- statio non est necessa- ria, si proce- ditur ad de- nunciam. Contumax in se purgā do qualiter puniatur.

25

26

27

28

habere locum, quando agitur mare ciuilitate, vt per lapsum anni, quis perdat ius suum, quāuis etiam in ciuili feratur excommunicatio, ca. tua extra vt lit. non conte. Sed procedunt, quando agitur ciuilitate, vel criminaliter de crimi- ne, tunc enim in odium criminis surgit maxima presumptio contra contuma- cem, ita no. per Abb. in cap. de quo vult Deo. 14. col. versic. nam ex sola contu- macia de iud. & per eundem Abb. in ca. veritatis 4. col. versic. & modus, de dol. & contu. vbi ait ca. quicumq; procedere quando agitur ciuilitate de crimine, & cap. rursus quādo agitur criminaliter de crimine. ¶ Et si perseverat per annum in excommunicatione habetur pro conuicto no. glo. in ca. cum secundum le- ges de hæret. lib. 6. & isto casu dicit Abb. quod potest ferri sententia condem- natoria cōtra absentem, tanquā contra conuictum. Et sic erit casus no. in quo lite non contestata fertur sententia contra interpretatiue conuictum. tenet Goffre. in ca. 1. vt lite non conte. Arch. 3. q. 9. in summa. & magis diffuse quali- ter procedat id quod ait d. Auth. vide addi. Nic. ad Abb. in d. cap. de quo vult Deo in 13. colum. versic. aduerte quod docto. de iudi. Fran. Anton. Mon. ¶ Sed aduertendum est; ne erres, quia aut tractatur de causis capitalibus in quibus imponuntur pœnæ similes pœnis iuris ciuilibus, vt est degradatio actua- lis: de qua extra de pœn. ca. degradatio lib. 6. vel cum characteris impressione ca. ad audientiam extra de cri. fal. vel perpetui carceris. extra de hære. ca. pe. & istis casibus requiritur presentia rei, nec potest procedi ad diffinitiuam: imo idem est iure canonico, quod est de iure ciuili: & quod seruatur in foro laicorū ser- uatur, & seruari debet in foro Ecclesiæ: quia ratio quare de iure ciuili, non pro- ceditur contra absentem est illa, quia sententia esset frustratoria, nec posset suā executionem habere. cum in personā esset faciendā executio. Cum ergo eadē ratio. in istis pœnis de iure canonico militat, ergo debet esse eadē iuris disposi- tio. Et hoc tenet Io. de Fantu. in 3. q. 9. ca. decernimus, su. p. glof. 3. & tenet Inno. in ea qualiter el. 2. in glo. inci. 2. q. 7. §. quia versic. secundū canones. vbi dicit quā sunt aliquæ pœnæ de iure canonico, quæ equiparentur pœnis capitalibus de iure ciuili impositis, & in pœnis capitalibus cōtra absentē non seruatur senten- tia de iure ciuili, ergo nec in talibus fertur sententia cōtra absentē de iure cano- nico, in foro ipsius. Vt notabiliter cōcludit Præpos. in c. de accusatorib. 3. q. 9. ¶ Vbi aut sumus in casibus in quibus non venit imponenda pœna corporis affli- ctiva, licet veniat imponenda pœna ablativa honoris, potest ferri sententia in absentē, vt patet in d. ca. veritatis facit ca. vnico de scismat. lib. 9. ¶ Et in quāntū supra dixi, quod in casibus in quibus potest procedi ad diffinitiuā cōtra absen- tem, non proceditur lite non contestata: est aduertendū, quod aut agitur de profe- rendo sententiā diffinitiuā immediate, non ex delicto in iudicio deducto, sed ex alia causa orta ex iudicio accusationis, vt quia fuit excommunicatus, ppter con- tumaciā, & ipse cōtumax perdurauit in illa per annū, & sic illa cōtumacia tran- sivit in speciē delicti, & tunc est conclusio; quod sine litis contestatione propter illam cōtumaciā damnari poterit. Et ita potest alio modo intelligi rex. in d. ca. veritatis. & hunc intellectū posuit ibi glof. magna, & fuit intellectus Ioannis, & ipse ponit in glo. in c. decernimus. (Additio vide addi. Nicolai ad Panor. in ca. de quo vult Deo 24. col. versic. nam ex sola cōtumacia de iudi. Fran. Ant. Mo.) Aut agitur de ferenda diffinitiuā super crimine in iudicio deducto, & tunc aut crimen est notorium, & non requiritur litis contestatio. Ita potest intelli- gi rex. 86. di. ca. tanta. vbi etiā de hoc. Aut delictū non est notorium: & tunc si est tale delictum ex quo periclitaretur publica vtilitas, si non procederetur: tunc est conclusio; quod lite non contestata potest procedi cōtra absentem: sicut est,

Perseuerā: per annum in excommu- nicatione habet pro conuicto.

Cōdemna- ri an possit absens. Et in quibus casibus. Op. d. Auc.

De eodem.

Contumax quī damnetur diffinitiuē ppter cōtumaciā lite non con- testata.

In crimine dilapidationis, propter quod utilitas Ecclesie destrueretur: & istud est, quod voluit glo. esse speciale in hoc crimine in d. c. de accusatoribus. Et idem tenet glo. 2. q. 8. c. 1. Er ex ista ratione proceditur contra clericum non residentem & absentem ad priuationem beneficii. Ita dicit glo. magna in princ. Et ista potest esse ratio, quare in crimine lese maiestatis proceditur lite non contestata. Vt in extraua. ad reprimendum. Et idem est dicendum, si sequeretur periculum animarum: si non procederetur: & esset impossibile litem contestari; tunc etiam proceditur super crimine lite non contestata; & ita potest intelligi glo. in d. c. de accusatoribus de processu qui fit contra haereticum mortuum, ne eius opinione alij inducantur ad errores. Aut ex tali delicto non periclitatur utilitas publica; vel iminet periculum animarum, & tunc requiritur litis contestatio vt dicitur est. Ita dicitur Praepos. vbi supra (Addictio vide tu Abb. in d. c. veritatis 4. col. vers. quomodo ad secundam de dol. & contu. vbi diffuse discuit istam materiam. Fran. Anto. Mona.) Vtrum contumacia faciat quod haereticum vel poenam mortis irrogat: Praepos. in c. de prima questione 3. q. 1. dicit quo Gemin. distinguit quod aut contumacia committitur aduersus praepos. hominis, aut aduersus praepos. legis: si aduersus praepos. hominis, tunc si propter suspicionem haeresis est contumacia: nolendo respondere de crimine haereticus propter quam contumacia excommunicatur a iudice, tunc praesumitur haereticus: & crimen censetur committere. Ideo talis excommunicatio poenam mortis inducit; si per annum perseverauit eam contumacia de haeret. li. 6. Aut ipse non obedit in aliis, quam circa crimen haereticum & tunc licet non videatur se haereticum consistere, tamen si per annum perseverat in excommunicatione fit suspectus de haeret. ca. si. de poen. Et videtur confessus crimen, seu causam propter quam fuit excommunicatus c. rursus, & c. quicumque 1. q. 3. Panor. in ca. 1. de iudi. Et hoc casu an aliquam poenam puniatur excommunicatus? & tunc, aut sunt talia quae concernunt officium assumptum, ei committuntur contra dominum suum, vt in militaribus, & inobedientibus domino vel contra ipsum facientibus, & tunc talis contumacia etiam capite puniatur. Vt no glo. in c. grauē de excep. praes. Aut contumacia versatur circa vim dictam maleficiorum, & secundum gl. in c. de prima questione, etiam morte puniatur: Aut non versatur circa vindictam maleficiorum, & tunc si habet annexam scilicet etiam morte puniatur 6. q. 1. c. denique secundum Archi. in d. c. de prima questione, & idem no gl. 1. q. 3. c. ab his glo. in c. generali de electio. lib. 6. Si vero inobedienti non habet scilicet, vel haesim mixtiam, & tunc non puniatur capite vt dicit gloss. Aut inobedientia committitur contra legem, & tunc si illa etiam habet haesim admixtam, puniatur, capite, sed sola inobedientia contra legem non inducit hanc poenam. Item est aduertendum quod perseverans in excommunicatione per annum priuatur beneficiis Ecclesiasticis; & creditis personalibus, vel aliis in rebus propriis ipsius excommunicati secundum Hosti. in c. grauē, de poen. & ibi Panor. & habetur per Praepos. in c. rursus 1. q. 3. habetur in c. postulat. de cler. exco. mini. de quo per Inno. in c. cum bonae aetate & de qualita. Docto. in cap. veritatis de do. & con. Anto. de But. in cap. 1. de iud. Et sic potest licite dici quod debet fieri annotatio bonorum, & iurium proprium dicti contumacis secundum Propos. in c. eorum 1. q. 3. licet nunquam vidissem talem annotationem fieri. Est tamen aduertendum, quod in quantum ad priuationem beneficiorum propter excommunicationem & contumaciam est diligenter aduertendum iuriam aut causam propter quam, quis est excommunicatus est digna priuatione beneficiorum pro iure, & perseverantia in excommunicatione per annum facit contumacem priuari ipso iure; Aut est digna priuatione per sententiam & tunc

Contumacia an faciat quem haereticum.

Excommunicatus aliqui poena puniatur.

Excommunicatus peruersus per an in excommunicatione priuatur beneficiis.

An notatio bonorum an fiat.

Excommunicatus quomodo priuatur beneficiis.

& tunc per lapsum anni, non erit priuatus ipso facto: sed opus est sententia. Aut illud delictum pro quo fuit quis excommunicatus non inducit priuationem ipso facto, nec dat facultatem priuandi: quia paruum est respectu priuationis, & tunc non erit priuatus per anni lapsum nec priuati debet, sed imponitur poena arbitraria, ac si fuisset vere confessus, ex quo noua poena pro illo delicto non reperitur in iure expressa: alias si esset expressa in iure illa imponitur. Nec obstat si dicatur, quod pro illo nouo delicto, quia stetit tanto tempore in excommunicatione debet priuari, quia sufficit quod pro hoc delicto habeatur pro confessus. Non debet enim duplici poena puniri cap. at si clerici de iudi. bene tamen verum est, quod si post lapsum anni, adhuc persisteret in excommunicatione, indurato corde, quod ex hoc nouo delicto, postquam fuit habitus pro confessus, quia non caret scrupulo haereticae prauitatis, poterit beneficiis priuari. Et ita in effectu dicit Praepos. in c. rursus 1. q. 3. Et tunc notandum, quod si aliquis est contumax potest citari, vt infra certum terminum compareat ad se purgandum super delicto; qui si non praesentauerit se, & praesentauerit iuramentum habebit pro conuictis secundum Abb. in ca. cum P. extra de purga. cano. Vtrum in foro canonico possit quis cogi, quod destinet domum in qua possit citari in loco iudici? dicas quod sic: secundum Pan. & alios in c. si. de dilatio. & ita videtur tenere Socy. in tract. de cita. arti. 60. q. 16. vt si. circa secundam questionem & habetur per Pet. de Reb. in tertio tomo super constituti de domicil. c. n. 4. 2. in 10. q. fol. 144. Quam ergo patiatur poenam ille qui noluerit eligere domicilium? Dicas quod poterit eum iudex citare ad totam causam, & citare in loco omnibus actibus interesse, secundum Bart. in extraua. ad reprimendum in verbo per edictum, Alex. & Ias. in l. qui ante calend. ff. de verbo. obliga. Alexan. in l. statuliberos §. si. chus. ff. de statuli. Socy. plene in tract. de cita. arti. 10. 16. quest. & Bar. in l. consentaneum. 1. q. C. quomodo. & quan. iud. & per Pet. a Rebuff. vbi supra num. 46. Item poterit & denegari audientia. vt dicitur in simili in l. si. necessitate. C. de bon. qua. libet. vel etiam ex se, iudex potest ei deputare domicilium, in quo fieri possint omnes citationes, facit rex. in l. 3. §. sed & si proponas ff. de iur. dot. ca. nullus de iur. patro. lo. Lup. in c. per extras §. 2. col. 3. & sequen. de don. inter vir. & vxor. vt etiam habes per Pet. a Rebuff. vbi supra num. 47. Item est aduertendum quod ne dum dicitur contumax ille qui non comparet omnino, sed etiam ille qui comparet, & tunc hora indebita l. §. quid ergo. ff. quan. appell. sit. Bal. in c. pleunq. col. 2. de rescrip. Et dicitur contumax omnino qui non respondet, quia praetorem contempere videtur l. de aetate. §. qui tacuit & §. de qua. de ff. de interrogatio. & nihil refert neget quis, an taceat, interrogatus an obscure respondeat, vt incertum dimittat interrogantem §. nihil ibidem, d. l. us enim malus non tantum in eo est, qui fallendi causa obscure loquitur, sed etiam insidiosus obscure dissimilat l. ca. quae in fi. ff. de con. emp. Bal. consi. 95. decreto. l. lib. no. paret qui iustus instrumenta exhibere non exhibet l. creditor, §. iustus. ff. de appella. Illud non omittas, quod contumax dicitur ille qui in quavis parte iudicij non pareat iudici vt. bene dicit Pet. a Rebuff. vbi supra in titu. de conu. nume. 19. Potestque iudex, vel multare, vel supplere, vt si pater auctoritate filio suo praestare recuset l. si. §. necessitate. C. de bon. q. lib. vel maritus vxori l. bonorum. C. qui admittit illis enim, casibus potest iudex decernere quae habeatur pro praestita vel non praestita prout deterior erat ei. Notandumque est, quod contumacia debet accusari, tam in civilibus quam criminalibus c. 1. & ibi Doct. de iud. Et demum requiritur pronuntiatio iudicis secundum Panorm. in cap. fin. de iura. calu. Sed vbi procederetur per inquisitionem, non requiritur accusatio contumaciae

Contumax potest citari ad se purgandum super delicto. Eligere domicilium in qua quis citetur an cogi possit. Et non eligens quomodo puniendus?

Contumax an dicatur ille qui comparet hora indebita. Contumax dicitur qui non respondet.

Contumax dicitur qui non parte iudicij. dicit in qua libet parte iudicij.

Contumax potest multari, vel impleti potest a iudice.

Contumacia debet accusari.

De eodem.

secundum Innoc. in cap. cum clamor de testi. Barto. in disputa. 1. 4. incip. iudex maleficioſior quia nulla est ibi pars possit accusare, nisi fama, & iudex sed quia hodie in curiis Ecclesiasticis adest fiscus: ipse debet accusare, quia succedat in locum patris. Ita dicit Pet. de Rebuff. in 3. tomo const. in tit. de contu. & defec.

Contumax comparens (curia pro tribunali sedente) ad mittitur. Contumax auditur, si comparer donec iudex est in palatio.

art. 3. glo. vna nu. 19. Illud co nsequens est scire, quod reputatus contumax, si coparuerit (adhuc curia pro tribunali sedente) debet audi, & admitti l. diuus. ff. de inter. testi. & Bal. in marga. in verbo citatio. quæst. l. facit ca. potuit extra loca. & in particulari. in curia Ecclesiastica tenuit Pet. de Rebuff. vbi supra art. 5. glo. vna fol. 108. num. 4. & hoc dicit procedere, & non refusus expensis Paul. in l. sancimus in prin. C. de iudi. not. in c. venerabilibus. §. idem, de sentent. ex com. lib. 6. §. Item nedom qui comparuit iudice pro tribunali sedente debet

44
45

admitti ex æquitate, sed etiã qui coparuit tempore quo adhuc iudex est in palatio, seu auditorio l. quod dictu. ff. de pact. & voluit Pet. de Rebuff. vbi supra nu. 1. si tamẽ iudex recessisset, non admittitur. Non enim dicitur venisse, qui hora debita non venit l. 1. §. quid ergo. ff. quan. appella. sit Bal. in cap. plerunq; col. 2. de refer. Nisi iudex recessisset ante horã solita secundu Bal. in l. si cum ipsa. ff. de execu. tuto. Alber. in l. liberorum. ff. de his qui no. infa. Est tamen necesse, quod ille qui allegat iudicem ante horã recessisse, prober Barto. in l. ex consensu. §. 1. ff. de appel. Iaco. de bellouif. in rep. §. contrahentes cap. Romana nu. 42. de for. compe. lib. 6. §. Qui autem fuerint impediti aliquo impedimento, debent excusatores mittere, qui certiores faciat iudicem de illo impedimento l. quæstiu. ff. de re iud. c. si ærotas. §. q. 3. c. placuit 13. dist. c. quærela de procu.

Citatus impeditus comparet debet mittere excusatores. Excusatores qui debeat esse.

46
47

Isti autem excusatores qui per citatum mittuntur debent esse discreti. Hi autem discreti intelliguntur, qui qualitates reru, & monumenta discernunt ca. si qui testiũ de testi. indiferece autem personæ nõ admittuntur de quibus habetur in cap. pastoralis de iudi. videlicet stultus, fatuus, amens, infans, mutus, surdus, & similes quia non sunt discreti, nec qualitates rerum possunt discernere l. operis cum l. sequens. ff. de no. op. nun. l. in l. de pupillo. §. nunciacionem col. pe. Ibidem c. omnis vtriusque sexus de poen. & remiss. Aliæ tamen personæ inhabiles, discretæ tamen admittuntur, vt mulier infamis ex cõmunicatus, & minor si ad annos discretionis peruenerit Barto. in l. penul. §. ad crimen col. 3. de pub. iud. l. seruum. §. publice. ff. de procu. §. Debent tamẽ accusatores allegare (partis vocatæ) ægritudinem, vel aliam iustam causam & illam iustificare rationibus probabilibus secundu Inno. in ca. veniens de accusa. Bal. in marga. in verb. officium q. 3. 1. Bar. in d. §. ad crimen. §. Vtrũ possint cogi excusatores iurare de calumnia? Io. Andr. in additio. Specu. in tit. de iura. calum. §. sequitur versu. quid de quæstionibus, dicit quod sic sequitur Soc. in ca. 1. col. fi. & ca. 2. col. 6. in 20. exten. de iura. calum. dicit tamẽ Pet. de Rebuff. in tertio tomo super cõstitu. tit. de excusa. seu exonis. fol. 177. mihi nu. 1. 2. quod hodie præstatur iuramentum de dicenda veritate super impedimentis allegatis, nõ autem iuramentu calumniae & ita pro certo, semper vidi seruari nõ tamen negari poterit quod si à parte petatur, quod præstari debeat. §. Quid enim debeat facere iudex allegato impedimento, si iudex noluerit ei credere, tenetur dare terminum ad verificandũ & si iudex non admitteret, processus esset nullus l. ait prætor. §. si quis particeps. ff. quæ in frau. cred. l. inter accusatorem & l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iud.

48
49
50

Melius tamen est, quod reputet cõtumacẽ, nisi impedimentum allegatũ probe tur infra talem terminu secundum Bal. in extrau. ad reprimendũ in verbo neplexit. Panormita. & alios in ca. quærelam de procu. Masuer. in practi. in verbo contumacia. §. item contra eum. Prout prædicatur in curia laicorum.

Iudex qd debeat facere impedimento allegato.

Impedi-

Impedimẽta excusantia citatũ quæ sint.

81. §. Impedimenta autem quæ excusant à comparatione, erunt infirmitas, tempestas maris. l. Cæsar. ff. de publico. Præceptum maioris iudicis, cap. cum parati de appellat. Item nedom excusat infirmitas sua sed etiam infirmitas suorum, glo. in cap. omnis 24. dist. in l. 2. §. si quis. ff. si quis cautio. & in l. 1. colum. pen. de offic. eius l. interdum. §. 1. ff. de iudi. Carceratio etiam excusat. Bar. & alij in l. 2. ff. de in ius voca. locus non tutus, similiter excusat c. accedens in secundo, vt lit. non cont. sed eo casu excusator mandatum habere. debet, vt iudex debet ei offerre saluum conductum, & tunc non excusabitur. vt docent Imo. Ioan. Ana. & alij in d. cap. veniens de pro. Affli. in consti. Neapol. lib. primo rubr. de liter. cita. num. 24. Pestis etiam præstat impedimentum, ut non teneantur comparere cap. ad supplicationem de renuncia. cap. ex parte. et primo de appella. quod est verum, quando ius non redderetur in illo loco Alexan. in l. sed sciendum. ff. ad Trebell. Bellum etiam præstat impedimentum Doct. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Item si quis ad maius tribunal esset vocatus l. contra §. 1. ff. de re. iudi. Soc. in tra. de cita. art. 3. in §. effectu. Mors patris etiam præstat impedimentum l. 2. & ibi glo. ff. de in ius voc. l. interdum §. 1. ff. de iudi. fiet tamen contumax, data aliquali dilatione de æquitate. Absentia etiam præstat iustum impedimentum l. 1. ff. de diuer. & tempo. præ. Itẽ si quis est nobilis, & propter paupertatẽ non poterit comparere, quia ei non erant vestimenta; & nudus sine dedecore coparere non poterit c. si qui testium de testi. Glo. in clem. cupientes. §. ceterum in verbo alia iusta de electio. li. 6. sed hæc excusatio non prodest in criminalibus, sed bene in ciuilibus. secundu Pet. Rebuff. vbi supra nu. 44. Alia impedimenta videre poteris per Dom. Pet. Rebuff. vbi supra per totum. §. Repurato igitur contumace citato ad informandũ, seu ad se expurgandũ à querela, aut inquisitione contra eum formata; Cuius contumacia forma erit. In Dei nomine amen. Anno. & cæt. sub pontificatu & cæt. sub vicariatu & cæt. de præsentii mense & die & cæt. Curia Reuerendi d. vicarij. pro tribunali sedente, ad reddendum ius vnicuiq; petenti, instante F. & contumaciam accusante contra N. citatum relatum & non comparentẽ de cuius citatione, & eius exequutione in promptu ipsi curiæ fecit plenam fidẽ fuit vocatus dictus N. & quia non coparuit, nec aliquis pro eo, qui eius legitimã excusationem proposuisset; fuit per eandẽ curiam habitus, reputatus, & condendatus, vt contumax, & ad pccenã contumaciæ & etiam in mandato contentu condendatus, & decretũ expediri alterum mandatũ ad arbitrium dicti F. contra dictũ N. ad se expurgandũ à contumacia. Expediit confestim alterum mandatũ, monendo quod adhuc obediat comparando intra certum terminum; Cuius mandati formula talis erit. §. Nos Antonius resignus Vicarius generalis Salernitanensis Metropolis curiæ & vniuersis & singulis domini propositis Decanis qui pro præsentium exequutione fuerint requisiti, salutem in domino, & mandatis nostris, imo verius Reuerendissimi d. Archiepiscopi. Salerni firmiter obedire significamus qd nuper auctoritate qua fungimur, citauimus, & citari fecimus N. vt tali die pro termino peremptorio assignato, copareret coram nobis & nostra curia, hora debita & solita causarũ quærimoniis. F. responsurus, qui sufficienter in huiusmodi termino expectatus coparere contempsit, vnde instante dicto F. & prædicti citati & non coparentis contumaciã accusante, & petente, (pout merito nos reputauimus & reputamus contumacẽ) reputari, & pro contumacia huiusmodi per nos procedi contra eũ duximus prout expediens fuerit procedendum: idcirco vobis omnibus, & singulis coniunctim, & diuisim in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pccna excommunicationis, quam

Contumacia forma quæ est.

Mandati ad se expurgandũ à contumacia, lot. ma.

in vos, & quemlibet vestrum, si mandatum huiusmodi nostrum, neglexeritis, vel contempseritis adimplere. canonica tamen. trium dierum monitione premissa, in his scriptis serimus, firmiter, & districtè præcipiendo mandantes, quatenus accedatis quo propterea fuerit accedendum, & memoratum contumacem, publice & diligenter moneatis, quem & nos peremptorie admonemus, vt intra quatuor dies cont. nubs. a monitione huiusmodi computandos, prædictam suam contumaciam purgandò iuri pareat coram nobis, & nostra curia. Alioquin ipsum pro contumacia huiusmodi excommunicamus, in Dei nomine amen, in his scriptis. & demum publice in tra missarum solemnità publicabitur. vti excommunicatus. Datum &c. Non comparente intra dictum terminu, & iuri non parente ipso contumace, declaratur ipsum esse excommunicatum, & proinde, datur licentia denunciandi ipsum in locis publicis esse excommunicatum. ¶ Et Neapoli publicatur excommunicatio ipsa per cedulones, & si de mum capiatur, non admittitur ad se defendendum, nisi soluerit poenam & absoluator. Et elapsis decem diebus publicatur excommunicatus per cedulones. ¶ Si autem sic excommunicatus perstiterit, potest procedi ad aggravationem, hoc modo videlicet: Nos & cæ. Plebano tali, seu tali curfiori, & cæ. vt supra. quia talis excommunicatus a nobis, pro contumacia, & ad instantiam talis, huiusmodi sententiam non formidat, quare vobis mandamus, quatenus ipsum excommunicatum, singulis diebus dominicis, accensis candleis, & pulsatis campanis, publice de ambone, nunciatis. Datum & cæ. Ita autem adhuc, indurato animo, parere contempserit, expeditur alterum mandatum.

¶ Nos talis & cæ. tali plebano & cæ. licet talem dudum excommunicauimus, pro contumacia aggravatione subsequuta, ad instantiam, &c. Ipse tamè huiusmodi sententias temere sustinet animo indurato quare vobis mandamus, quatenus eum excommunicatum, & aggravatum publica sicut prius nunciatis, inhibendo omnibus & singulis vestris parochianis ne eidem sic excommunicato emendo, vendendo sal, aquam, ignem, cibum vel potum ministrando, vel alius quouis genere communionis prohibita participent, quouis modo contrafacientes minoris sententiam excommunicationis, quam per hanc incurrunt fore ligatum publice nunciatis. ¶ Rursus si contumax sic aggravatus, & reaggravatus perstiterit, potest induci cessatio a diuinis quando fuerit præfens excommunicatus. Et istud debet præcedere monitio quia omnem vindictam debet præcedere monitio r. z. q. 2. indigne. Monitionis autem formula talis erit: Nos talis vicarius, &c. Quamuis talis, a nobis sit excommunicatus, diuersis aggravationibus subsequutis, idem N. sententias huiusmodi, & poenas contèndens, eas temè sustinet, & in eis perso. desit animo indurato, seu obscuro. Vnde sua exigente contumacia, magis aggravare compelluntur, vel contra ipsum rigidius procedere oportet. Ideo vobis mandamus, quatenus officiales maiores, & minores ipsius oppidi tales, vel iuratos, & potentiores talis loci publice moneatis vt intra dies. 8. prædictum N. excommunicatum ab eorum consortio participatione, & communione eiciant, eliminent penitus, & excludant (vel quantum in eis erit) ipsum in ducant, vt ad sanctæ matris ecclesiæ gremium redeat, iuri pareat coram nobis. Et beneficium absolutiois curet obtinere ali. quin quandiu, & quoties idem excommunicatus in ecclesiis vestra, vel in eius terminis vel vestro consortio præfens fuerit in ecclesia, domitium & mansionem habuerit, cessatis & cessare faciatis ab officio diuinarum, quem sic suspendimus in Dei nomine, in his scriptis. datum & cap. Plures aliæ sunt formæ, quia potest dici, idcirco ne facilitas veniæ alijs in centum tribuat

Neapolis obleruãtia contra contumaces. Aggravatio excommunicati qualiter fiet.

Reaggravationis forma.

Reaggravatio non parente, quid faciendum. Monitionis forma.

tribuat delinquendi vel sic item si ea quæ male usurpantur, vel perpetrantur committimus, excessus viam alijs aperimus vt 2. l. q. 9. loci. Vel sic quia abscondenda, sunt vulnera, quæ fomentorum non sentiunt disciplinam p. dist. pluffimos alias est quia. Item vbi maior est culpa, maior exerceri debet & vindicta.

59 excommunicamus de hæret. S. crederes & sic de singulis. ¶ Potest etiam contumax suspendi ab officio, & beneficio vt est gloss. notabilis in cap. cum non ab homine de iudi. & ibi declaratur docto. qualiter procedatur contra contumacem, & ea qualiter contra comparentem in inflictione poenarum Poena enim quæ infliguntur ob contumaciam, sunt excommunicatio, suspensio, depositio, & alia grauatio. vt 2. l. q. 4. forte, & 2. l. dist. quorundam in fi. secundu Ant.

60 de Burr. ibidem in cap. cum non ab homine. ¶ Cessantibus enim ecclesiasticis remedijs siue de iure, siue de facto habebitur recursus ad inuocationem brachij secularis. vt in d. cap. cum non ab homine, & cap. de offi. ordi. & 23. q. 6. cap. administratores. & 96. di. cum ad verum. Et per capitula regni, est statutum procedi contra contumaces, & excommunicatos persistentes ultra tutum procedi contra contumaces, & excommunicatos persistentes ultra annum in excommunicatione, & contumacia. Statuiturq; debita poena puniri, vt habetur in cap. regni incipien. item statuimus quod si contingat & in alio capitulo incip. si quis in excommunicatione, statutum est quod si comes excommunicatus perstiterit per annum in excommunicatione, soluet pro poena regie cuiusque vntias viginti quatuor, si baro vntias duodecim, similes sex, si burgensis tres, si rusticus untiam unam cum dimidia, si per duos annos quis perstiterit in excommunicatione, soluet duplum quantitatis prædictæ. ¶ Neapoli extat. constitutio synodalis, in ordine 5. incip. item quod nonnulli, qua cauetur, quod permanentes in excommunicatione per mensem debent soluere florenum unum auri. Talisq; constitutio, satis in iure militat ut not. Host. Car. & Ana. in ca. ad aures de Simo. dicentes posse Episcopum statuere (quod pro quolibet mense, quo excommunicatus perseuerauerit in excommunicatione soluat decem libras sequitur etiam Fely. in cap. in cap. fragibili. S. ceterum col. 1. in fi. de offi. ordi.

62 ¶ Similiter in curia Neapolitana, si reus citatus non comparer ad diem in citatione comprehensam, accusatur contumacia, & demum excommunicatur, & excommunicatio publicatur per cedulones, & si demum capiatur, aut comparuerit, non admittitur ad se defendendum nisi prius solu erit poenam & absolutus fuerit. Si vero non capiatur, & non compareat, elapsis decem diebus publicatur (vt supra) & elapso anno potest licite priuari beneficijs & per. inquisitionem proceditur de hæresi. ¶ Contra vero testes citatos ad deponendum, si ad diem statutam neglexerint comparere, accusatur contumacia tam contra testes clericos, quam laicos, absque alio triduo, & postea excommunicantur & similiter elapsis decem diebus publicantur pro excommunicatis, per. ciuitatem cum cedulonibus & soluent poenam ad. arbitrium Vicarij. ¶ Aduertendum, est quod pro citato in causa criminali potest comparere procurator ad allegandum illegitimationem personæ accusatoris secundum Do. Abb. in ca. veniens, de accusa. (Addictio & nedum ad allegandum illegitimationem accusationis, sed etiam ad qualibet alia per. quæ causa ipsa criminalis non discutitur, ita Tom. Gram. in cõsi. ciuilibus cõsi. 9. in 4. col. in vers. nec oportulabitur Fran.

63 Anto. Mona. ¶ Sed quid si in causa criminali semper comparuit procurator, & cum eo semper fuerit in causa processum, & nunquam fuerit aliquid. oppositum, vtrum valeat processus? Do. de Rot. dicunt in decisio. 1. quod sic & ita etiam tenet Fely. in cap. meminimus de accusa. col. pen. vers. vltima conclusio.

Contumax potest suspendi ab officio & beneficio.

Brachij secularis inuocatio quæ fiat.

Neapolis constitutio synodalis contra perseuerantes in excommunicatione per mensem.

Contumax qualiter excommunicatur Neapolis.

Contumacia contra testes qualiter accusetur.

Procurator potest allegare illegitimationem accusatoris. Procuratore comparete & admisso in criminalibus an inuolider processum. Interdictum an & quando possit profecti.

Adiectio vide Felx. in c. 1. 2. col. in versic. in glo. si de accusa. vbi inquit, cōmunem esse opinionē q̄d valeat idē referri in dica. 1. Fran. Aret. Fran. Anto. Mona. ¶ Sed vtrū propter contumaciam alicuius possit poni interdictum dicas quod tam propter delictum, quam propter contumacia potest poni interdictū & si propter contumaciā ponitur, est necessaria monitio, & forma tradita extra de sen. excom. c. 1. li. 6. idē, vt interdictū proferatur inscriptis, & cū causā expressione, & alias vt infra in eius formula demonstrabitur si verō fertur propter delictū, non est necessaria monitio. 2. 4. sic intellige notata per Inno. & alios in tit. de appel. ad hęc quoniā. & de exce. p̄la. c. 1. sed à iure profertur interdictū propter excessum, siue delictū siue monitione, siue sit speciale interdictū singularis personæ, vt in decre. repræhensibilis de appella. vel Ecclesiæ, siue generale loci vel vniuersitatis. ¶ Forma autē interdicti propter contumaciā erit, vt dica-

Interdicti
forma.

66
67
tur, nos Antonius Religius Vicarius generalis ciuitatis Salernitanen. &c. vniuersis & singulis dominis Abbatibus, Prioribus Decanis Archidiaconis, Scolasticis, Cantoribus, Theaurariis, Succentoribus, Sacristis, tam cathedraliū etiā Metropolitanensiu, quā collegiarum, canonicis, Parrochialiu; Ecclesiarū Rectoribus, seu locumtenentibus eorundem, Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, curatis, & non curatis, Vicariis perpetuis, Altaristis ceterisq; præbyteris, clericis, notariis & tabellionibus publicis quibuscunq; per ciuitatem & diocesim. N. ac alias vbi libet, constitutis, & eorum cuilibet in solidum, ac illi vel illis ad quem, vel quos præsentem nostræ littere peruenerint, salutem in Domino, & nos huiusmodi firmiter obedire mandatis Noueritis quod dum talis à nobis inquisitus extitisset de adulterio, in talem cōmissio, & ob id extitisset ad informandum citatus, & non comparens, reputatus contumax, & demum per plures dies expectatus, & minime comparens, fuit per nos nostramq; curiam excommunicatus, latamq; in eum excommunicationem & pluries monitus vt debuisset nostris obedire mandatis, non curauit, uno dictus N. pharaonis diuitiem imitandū ad modum aspidum surdarum, aures suas obturantiū, ne voces audiant incantantium, in dicta excommunicationis perdurans fuit per nos & nostrā curiā aggrauatus, & reaggrauatus, dictamq; nostrā aggrauationem post decem dies, post illius publicationem & denunciationē in nostra curia, & aliis locis publicis debite factis pertinaciter sustinuit & sustinet, non curans ad sanctæ matris Ecclesiæ gremium redire. Nos tunc Antonius Religius Vicarius instante Egregio Ioā. Francisco de sanctis promotore iurium nostræ Archiepiscopalis curiæ, præfati N. omnesq; alios & singulos, sua cōmuniter, vel diuisim interesse putantes, & citari curauimus, ad videndum & audiendū, omnes & singulas, ciuitates, terras oppida, villas suburbia, collegia, parrochias, & alia quæcunq; loca, & sub quibus, dictum N. aduersarium excommunicatum declaratū aggrauatū, & reaggrauatum declinare seu deuenire cōtingerit interdicti, & interdicto Ecclesiastico, supponi, litterasq; nostras desuper, opportunas, in forma solita & cōsuetā decerni, & concedi, vel dicendū causam si quā haberet rationabile, cur id fieri non debeat alterandū ad certū peremptorium terminū videlicet ad diem & horā infra scriptas. Quibus occurrentibus, compareant iudicialiter coram nobis dictus egregius promotor, cū documentis & citati prædicti, in quadam ipsius curiæ, cedula citatoria, in eadē curia debite executā & coram nobis facta, realiter & in scriptis representata, contenti non compatentis contumaciā accusauit, cumq; contumacem reputari, & in eius contumaciam, ciuitates, terras, castra, villas, oppida, suburbia, collegia, parrochias, & alia loca prædicta, interdicti, & Ecclesiastico interdicto supponi, litterasq;

terasq; desuper opportunas in forma debita & consueta decerni & cōcedi per nos instanter postulat. Nos tunc, dictum citatum non comparentem, reputauimus, non immerito (prout erat iustitia exigente) contumacem, & in eius contumaciam, omnes & singulas ciuitates terras, castra, villas, oppida, suburbia, collegia, parrochias, & alia quæcunq; loca ad quæ dictum N. excommunicatum denunciatum, aggrauatum, & reaggrauatum declinari, seu deuenire contigit interdictum, ac Ecclesiastico interdicto suppositum seu interdictum & supponimus per præsentem has nostras litteras desuper decernendo & concedendo opportunas quæ omnia & singula, præmissa, præsentem quoq; litteras interdictorias, & in eis contenta, vobis omnibus & singulis supradictis (quibus eadem nostræ litteræ diriguntur) intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestrā & cuiuslibet vestrum notitiam, deducimus & deduci volumus per præsentem. Vosq; nihilominus, & vestrum quemlibet auctoritate qua fungimur, tenore præsentium requirimus & monemus, primo, secundo, tertio & peremptorie, ac vobis, & vestrum cui libet in solidum, in virtute sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis pœna, quam in vos, & vestrum quemlibet, si secus, feceritis ferimus in his scriptis districtè præcipiendo mandantes quatenus statim, visis & receptis præsentibus, vos, vel quicumq; & vestrum, postquam desuper, pro parte dicti egregij promotoris, vigore præsentium fueritis requisiti seu fueritis requisitus, in dictis locis (quamdiu dictus excommunicatus, denunciatus, aggrauatus & reaggrauatus ibidem fuerit) cesseris, & ab alijs cessare faciatis, apertis ianuis à diuinis. Nec non cessationē eandem per tres dies continuos, post ipsius N. ab inde recessum continuatis, obseruetis, & ab alijs obseruari, & continuari faciatis, & permittatis, ita & taliter quod (stante huiusmodi interdicto) nulla Ecclesiastica in & sub eisdem locis ministrentur sacramenta nisi poenitentia & baptismus omnibus indifferenter. Eucharistia ista verò infirmis tantum, & matrimonium sine Ecclesiastica solemnitate contrahatur, inibiq; & sub eisdem locis decedentibus Ecclesiastica decedatur sepultura, donec aliud à nobis, vel superiori nostro receptoris in mandatis. Absolutionem verò omnium & singulorum, qui præfatas nostras contentias, aut earum aliquam incurrerint, siue incurrit, nobis, vel superiori nostro, tantummodo reseruamus. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præsentem litteras, siue præsentem publicum instrumentū, huiusmodi litteras interdictorias in se continens, siue continens exinde fieri, & per notarium publicum ac huiusmodi causæ actuariū, infra scriptum, subscripti, & publicari mandauimus sigilliq; nostri impressione, & dicti notarij manus appositione, iussimus & fecimus committi. Acta sunt hæc salerni, in domo nostræ solitæ residentiæ, sub anno &c. præsentibus &c. ¶ Forma vero interdicti pro delicto mutatis mutandis, narrato delicto, & remotis remouendis, formate ex vobis, deinde dicat notarius. Et ego Prosper vidualis publicus notarius apostolica & regia potestate, Reuerendiq; patris domini vicarij ciuitatis salernitanensis, & huiusmodi causæ coram eo notarius, & scriba deputatus. Quia prædictarum litterarum interdictoriarum, petitioni, & decreto, omnibusq; alijs & singulis, dum sic (vt præmittitur) fierent, & agerentur vna cum prænominatis rebus, præsentem inter fui, eaq; sic fieri vidi, & audiui, ac in notam sumpsit, ex qua hoc præsentem publicum instrumentum exinde in notam recepti, & huiusmodi actum inferi & registrari feci in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum rogatus & requisitus. Subscripti, publicauimus & in hanc publicam formā redegi, signoq;, nomine & cognomine meis,

Brachij secularis implorationis forma.

meis, solitis & consuētis signauit. Et quia (vt supra dixi) quando ecclesia fecit quicquid potuit, vt reducere ac obedientiā illum quem reputat contumacem, potest implorare brachiū seculare. Ideo forma implorationis dicti brachij erit, vt præmissa forma salutationis iudicibus secularibus directa, verbi gratia. Illustrissimo domino pro regi regni huius excellentibus regentibus regiam cancellariam, spectabili regenti magnæ curiæ vicarij eiusq; iudicibus & illustribus Principibus, Dominis Ducibus, Comitibus, Marchionibus Vice comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Bailiis, Potestatibus, Capitaneis, alijsq; officialibus iudicialijs, & iudicibus spiritualem, & temporalem iurisdictionem exercentibus & habentibus per Regnum, omnibusq; alijs & singulis, quorum interest, vel intererit, ac quem seu quos, infra scriptum tangit negotium, seu tangere poterit, quomodolibet in futurum, quibuscunque nominibus censeantur & quamcunque præfulgeant dignitate communiter, vel diuisim, illiq; vel illis, ad quem seu quos præsentem nostræ littere peruenerint, ac eorum cui libet in solidum. Antonius resignus Vicarius generalis salernita. dioc. & cap. salutem in domino, & nostris huiusmodi, firmiter obedire mandatis, olim narretur modus procedendi cum contumacijs, excommunicatione, aggrauationibus, & reaggrauationibus, & interdicto, & omnibus sequentibus. Deinde dicatur, quod dictus excommunicatus, aggrauatus, & reaggrauatus diu expectatus vt ad sanctæ Romane Ecclesiæ rediret aggrauatum & animo indurato huc vsq; non curauit, nec curat excommunicationes & alias sententias, censuras & pœnas ecclesiasticas propterea temere incurere. Quæ omnia & singula præmissa, nec non præsentem nostras litteras, vobis omnibus & singulis supradictis, quibus præsentem nostræ littere, & in eis contenta diriguntur, cōmuni- & diuisim intimamus in sinuamus, & notificamus, ac ad uestram & cuiuslibet uestrum notitiam perducimus & deduci volumus per præsentem. Vosq; prædictos iudices officiales & alios supradictos quibus præsentem nostræ littere diriguntur, auctoritate qua fungimur, tenore præsentium requirimus rogamus, & inuenimus, primo, secundo, tertio & peremptorie, vobisq; & uestrum cui libet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in vos & uestrum quemlibet, canonica monitione præmissa, ferimus in his scriptis, nisi feceritis quæ mandamus districte præcipiē, mandan, quatenus infra sex dierum spacium, post præsentationem, seu notificationem præsentium ac requisitionem vobis seu alteri uestrum in uestris territorijs, iurisdictionibus, districtibus & quibuscunque alijs territorijs vbique locorum pro parte nostræ curiæ promotoris de super facti, immediate sequen, Quorū sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos dies vobis vniuersis & singulis supra dictis pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus. Vos omnes & singuli domini temporales antedictis & uestrum quilibet (quorum omnium super hoc auxiliū brachij secularis inuocamus) quoties & quando pro parte dicti promotoris super hoc fuerit requisiti, seu alter uestrum fueritis, requisiti in iuris subsidium, cōtra præfatum. N. excommunicatū aggrauatū, & reaggrauatū & interdictum nostra auctoritate, per captionem, inuasionem, incarcerationem, & detentionem personæ, corporis rerum & bonorū illius, quorumcunque, insurgatis, & alios insurgere faciatis, nec non personas res & bona ipsius capiat, inuadat, incarcerationis, & in custodia teneatis arrestetis, & occupetis per vos, vel alium, & quilibet uestrum qui super hoc fuerit requisitus, capiat, inuadat, incarcerationis, detineat arrestet, occupet libere, & licite, ipsūq; excommunicatū, aggrauatū reaggrauatū & interdictum, ita & tali-

ter

ter compellatis, & astringatis potent er etiam manu forti absque tamen graui læsione corporis eiusdem, donec, & quosque idem nostræ curiæ obediuerit, & cum effectu paruerit. Deinde sequatur, vt supra imponendo interdictum si noluerint ipsi officialis parere. Qualiter autem puniatur iudex requisitus exequi & exequi non uult? dicas quod requisitus primo peccat recusando quia non implet legem Christi dicentis, alter a tei ius onera portate. ad Gal. 6. eap. & cap. ponderet quinquagesima dist. A egi. Bella. & alij in cap. Romana. S. contrahentes de for. compe. in 6. & Barba. in cap. 3. col. 3. de fide inst. um. secundo non tenebitur requirens postea in simili casu impartiri auxiliū quia quod quisque iuris in alium statuit, eodē iure is vti debet rubrica. ff. quod quis iur. cap. cum omnes de const. Tertio requisitus non faciens, est peritius ab initio autem iurauit seruare iura, consuetudines, & constitutiones. in Authem. Ius in quod præ colla. secunda, & iura, & consuetudines volunt hanc requisitionem debere perfici, alioquin in vanum requisitio fieret. Quarto, tenent ad interesse parti. secundum Bar. in l. a diuo. Pio. §. primo. ff. de re. iur. per l. si iudex. ff. de iur. & extrao. cogn. Aufre. in decisio. Tholo. quest. 411. requisitus. Quinto secundum quosdam iudex requirens compellet requisitum quod quidem, non placuit Pet. à Rebuff. in consili. in secundo Tom. trac. de litē. requisit. gloss. secunda numero. 13. Sexto, faceret litem suam iudex, qui requisitus negligit facere iustitiam l. pen. C. de pact. l. si filius fami. ff. de iudi. cap. 1. de re iud. lib. 6. Et tanquam concius criminis debet puniri l. prima in fin. & l. Christianis. C. de pæna. Si iudices de pact. tenent. inter tub. & voluit Pet. Reb. vbi supra. Septimo, pars habebit pro citata. postquam impeditur, ne citetur. elem. causam, ibi vltim si propter appellatū de electio. facit l. fin. C. de nauicula. lib. 1. vbi Bar. not. quod ob negligentiam, vel delictum superioris puniuntur ciues lo. An. in regula non debet de reg. iur. sexto in nouella & voluit Pet. à Rebuff. vbi supra numero. 18 vbi inferit, quod tempore suo fuit alijs Tholosæ positum interdictū propter hoc quæ notabis.

Brachium nolens im partire quomodo puniatur

QVOD SI COMPARVERINT EXAMINEN-

TVR AVDIANTVRVE. Cap. XI.

S Y M M A R I V M.

- | | | | |
|---|--|----|---|
| 1 | Examinari debent comparentes. | 10 | Absolui an debeat ab excommunicatione comparens? |
| 2 | Examinati Clerici, & nolentes respondere, an cogantur. | 11 | Termin qui sint dandi accusatis. |
| 3 | Litis contestatio quæ liter fiat. | 12 | Ordo iuris seruandus est in criminallibus. |
| 4 | Res iudicij pars est. | 13 | Copia querelæ dabitur. |
| 5 | Examinandus reus an possit respondere per verbū credo? | 14 | Cita. r rem aut contestandum litem. |
| 6 | Examinari an debeat de oculis? | 15 | Ordo procedendi in inquisitione secundum Re. curiam. |
| 7 | Principalis an cura pœnam V. arietatis, & periturū possit variare? | 16 | Ordo secundum alias curias regni. |
| 8 | Peccatum mortale quid sit. | 17 | Hor. mentum de calumnia præstat. |
| 9 | Principalis posse interrogari ante datam copiam contra Ioan. Bern. Diaz. | 18 | Excommunicatus appellans an absolui poterit a iudice ad quem. |

Sin

Examinari debent cōparentes. Examinari clerici, & molētes respōdere an cogantur.



IN autem mandatis Ecclesie, obediētes citari comparuerint. Debent citati ipsi examinari de omnibus contentis in inquisitione. Verum ante omnia inuestigandum est, an clerici accusati aut inquisiti cogantur respondere in examine? Pet. de Anc. in c. 1. de conse. in 6. post multa refert Bald. distinguētem quōd aut quis interrogatur super crimine, delato sibi iuramento litis decisio (quod non est in criminalibus, nisi in iuramento purgationis) & tunc cogitur respondere. Aut interrogatur super crimine, ad alium effectum, & tunc refert aut ad prap̄parationem iudicij, & talis interrogatio est de natura causæ. Et ideo cogitur interrogatus respondere, aut fit ad inchoationem iudicij (sic est hic) & similiter debet & cogitur quis respondere, propter necessitatem ordinis iudicij, & cum hac distinctione transit ipse. Non obstat tex. in ca. his auctoritatibus vers. non tibi dico dist. 1. in quantū dicit, quōd peccator non tenetur se prodere in publicum, quia in iudicio accusationis aut inquisitionis non prodit se sed proditur ab accusatore aut fama. Item ille tex. loquitur in foro p̄nitentiæ. In quo licet peccator teneatur confiteri peccata sua sacerdoti, non tamen tenetur ita confiteri ut alij publice audiant, ut dicitur in ca. omnis, & in cap. officij de p̄ni. & remissio. In foro autem contentioso non procedit ille tex. quia confessio debet fieri apud acta & in iudicio necessario. ergo publice fieri debent l. 2. C. de cust. reo. quoniam in iudicij, semper prap̄sumitur esse multitudo hominum l. in donationibus. C. de dona. Sed quando de crimine nulla prap̄cedit infamia, aut indicia, tunc bene verum est quod non tenetur nec cogitur quis respondere, per dictum tex. non tibi dico. Nisi accusetur quis de crimine quod impedit executionem officij peracta p̄nitentia, quia tunc quod reus cogatur respondere fit in fauorem rei, vt 23. q. 4. cap. prodest. & 45. dist. ca. qui emendat. ne scilicet ministrando in ordine aggrauet peccatum. Et ita & iam tenet Pan. in ca. 2. de conse. Et si teneremus contrariam opinionem, quod reus non cogetur respondere, sequeretur quod litis contestatio non esset faciēda in criminalibus, in iudicio accusationis. Cum litis contestatio fiat per responsionem ad libellum negando, vel confitendo narrata. quod est falsissimum: vt l. absentem. ff. de p̄ni. & ibi glof. & ita per multa tenet Prap̄pos. in ca. de accusatione. 2. q. 8. col. 37. Ioan. Bern. Diaz. in sua p̄ctica, in verbo iuramento prap̄missio interrogari dicit, non posse iudicem interrogare accusatum seu inquisitum, ante datam copiam inquisitionis ipsi inquisito. Tu autem aduerte quod Panor. in ca. cum super de conse. circa finem, in principali dubio facit duas notabiles conclusiones, prima est; quod quando ex officio proceditur per inquisitionem, tenetur inquisitus respondere in inquisitione, & positioni criminosa si tamen id de quo queritur est notorium seu famosum; alias secus; secunda conclusio ad instantiam partis, necessario est respondendum positioni criminosa, si id de quo queritur sit famosum. & impedit ordinis executionem, seu beneficij retentionem. Bar. in l. si. ff. de his qui. vt indi. similiter concludit quod cogitur quis respondere positioni criminosa, & inquisitioni in criminalibus impediētibz beneficij retentionem. Sancti Tho. in secunda secundæ q. 79. art. 1. dicit, quod reus qui non respondet in iudicio vtrum commiserit crimen de quo accusatur, peccat mortaliter, quia subtrahit debitum iustitiæ, ipsi iudici cui tenetur parere tanquam superiori; & hæc ratio concludit tam in iudicio accusationis, quā in inquisitionis. Item peccat in proximum, & in detrimentum eius quia si accusator non posset probare crimine punietur

De eodem.

Litis contestatio qualiter fiat. Do. Auctor contra. Io. Ber. Diaz.

punietur p̄na talionis, vnde cum dupliciter sit iniustus non respondendo, sequitur quod teneatur respondere. Et hanc sententiā sequitur Ioan. Andr. in addi. Spe in titu. de positionibz §. septimo vers. 19. allegans sancti Thomam & Goffred in summa in §. 7. vers. 19. supra alle. Et hanc opinionem sequutus est Barto in l. 2. §. quod obseruari. C. de iura. calu. vers. quæro vtrum in criminalibus. De his enim alias dixi ad saturitatē in p̄ctica mea causa. cri. in verbo, & si confitebuntur in tertia parte tertiæ partis, vbi concludēbā qd̄ teneatur reus respondere etiā si tractaretur de iudicio mortis; verū non teneatur respondere positionibus productis à parte parti, ad reuelamen ab onere probandi. Sed prap̄posit. in allegato ca. de accusatione tenet qd̄ etiā teneatur respondere positionibus à parte parti productis. Nec dicit obstat. qd̄ producantur ad reuelandū ab onere probandi, quia dicit ipse, quod etiā iuramentum qd̄ prap̄stetur à parte parti, est in ductum vt reuelat ab onere probandi, vt l. eū qui. ff. de iur. iuran. in prin. & tū hoc pōt prap̄stari super crimine cum agitur ad p̄nā ipsius criminis. Ulex cornelia §. hac lege. ff. de iniur. Vltorius dicit qd̄ cum reus est pars iudicij, maior ratio est, qd̄ possit interrogari à iudice vel à parte, quā quod aliqui de domo sua debeant producere aliquid cōtra reum. Sicut vidimus quod quāuis in ciuilibus teneatur respondere positionibus actoris, non tū tenetur edere sibi in instrumentum suū contra se, vt in c. 1. de prob. Sicq; cōcludit, verā esse opinionē sancti Tho. & sequacium, qd̄ tam accusationi quā positionibus teneatur reus respondere. Et quia regulariter hodie proceditur in vrbe & curijs regni ad instar causarū prophanarū in criminalibus, semper sunt interrogationes à iudice, tam ex officio, quā ad instantiā partis. & ita p̄ctari vidi, maxime quia non sunt positiones. Nec sufficit respondere per verbū credit, sed debet respondere per verbū veritatis, vt no. Bar. in l. Marcellus. ff. re. amota. & voluit Angel. de Arc. in lib. malef. in verbo cōparent dicti inquisiti & negant totū in prin. Sed vtrū debeat interrogari de occultis; habet per supradictos doctores. Sed quare in regno Neapolitano in foro laicorū est ritus, qd̄ principalis pōt licite negare, & variare citra p̄nā varietatis & periurij. Vtrū idem sit in foro Ecclesie; & videbatur dicendū, quod sic primo per tex. in allegato ca. nō tibi dico sumptū ex verbis Christi. Præterea sicut mendaciū officiosum est, quando aliquis mentitur vt talidū à morte liberet, ita mendaciū officiosum est quando aliquis mentitur, vt se à morte liberet. Quia plus sibi tenetur quā alteri. Mendacium autē officiosum non ponitur vt sit peccatum mortale, sed veniale. Ergo si accusatus in iudicio veritatem negauerit, vt se à morte liberet non peccat mortaliter. Præterea omne peccatum mortale est contra charitatē: Sed quod accusatus mentitur, excusando se à peccato sibi imposto nō cōtrariatur charitati; non quantū ad dilectionem Dei, neq; quantum ad dilectionē proximi. Ergo huiusmodi peccatum non est, si datur mendacium. Sed in contrarium arguitur. Nam omne quod est contrariū diuinæ gloriæ est peccatum mortale, quia ex p̄cepto tenemur oīa in gloriam Dei facere. Vt patet 1. ad Cor. 10. Sed quod reus contra se sic cōfiteatur, pertinet ad gloriā Dei. Vt patet p̄ illud Iosue, qui dixit ad Acam (filij mī da gloriā Domino Deo Israel & cōfiteri, atq; indicia mihi quod feceris ne ascendas) vt habetur Iosue 7. ergo mentiri ad excusandum est peccatum mortale. Beat. Thom. secunda secundæ q. 69. art. 1. dicit quod i quicunq; facit contra debitum iustitiæ mortaliter peccat, pertinet autem ad debitum iustitiæ quod aliquis obediatur suo superiori, in his ad quæ ius p̄lacionis se extendit. Iudex autem est superior respectu eius qui iudicatur, Et ideo ex debito iustitiæ tenetur accusatus iudici veritatem exponere quam

Reus iudicij pars dicitur.

Examinatus reus an possit respondere per verbū credit.

Examinari an debeat de occultis.

Principalis an citra potestatem variare & per iurij possit variare.

Peccatum mortale quid sit.

quam ab eo, secundum formam iuris exigit. Et ideo si cōfiteri noluerit ueritatem, quam dicere tenetur vel si eam mendaciter negauerit, mortaliter peccat. Et ibi responder ad omnia contraria. Et hanc opinionem Beati Thomae sequitur Præpositus in d. c. de accusatione. 2. q. 8. col. 27 & in c. quod uero. 2. q. 4. Et hæc eandem opinionem firmat Luc. de Pen in l. nec ipsius. C. de incol. intelligendo quando interrogatio esset iusta, at secus si esset iniusta. Et de hoc credo alias dixisse in mea practica censuali. ¶ Quo uero ad ea quæ dicit Io. Bernar. Diaz. non posse iudicem interrogare inquisitum ante datam copiam inquisitionis salua pace. Nam expresse contrarium tenuit Præpositus in loco allegato. uolens reum debere interrogari & examinari ante datas defensiones & copiam inquisitionis. Et ita quotidie practicatur. ¶ Si uero quis reputatus contumax comparuerit & uoluerit purgare contumaciam, & petierit absolui ab excommunicatione debet absolui, recepta cautione quod iuri pareat ac refectis expensis iuxta terminos in c. qua fronte extra de appella. sed ubicunque sumus in criminibus in quibus ad carcerationem ueniri poterit, carcerabitur, & audietur in his quæ opponere uoluerit. ¶ Dabiturq; in primis terminus ad dicendum contra accusationem propositam ad primam, de stilo Romanæ curiæ, & etiam nostræ Salernitanæ. ut in ritibus eiusdem curiæ in fine huius praxis impressis. In quo quidem termino poterit opponere omnes exceptiones, quæ opponi solent tunc contra querelam, tum etiam contra querentem. Item similiter poterit opponere exceptiones contra personam iudicis precedentis. Videbitq; sic accusator se obligauit de probando uel prosequendo, aut alias secundum morem curiæ in qua recepta est accusatio. ¶ In criminibus seruari debet ordo iuris. ut habent extra de sumo. c. dilectus uidelicet. ut accusator sit legitimus, c. 1. extra de accus. 2. q. 7. c. clericos. & quod iudex sit idoneus. 1. q. 1. & c. experiētia extra de for. compet. & accusatio sit legitima 2. q. 7. c. si quis Episcopus & ut fiat in scriptis. ea. cau. q. 1. in primis & sic de singulis. ¶ Et si petita fuerit copia querelæ, danda similiter erit, interimq; non currit terminus ad dicendum contra accusationem. ¶ His enim sequutis, citabitur iterum reus, ad contestandum litem super accusatione, qui si fuerit in fortijs curiæ, de plano procedetur ad dictam litem contestationem. Sin autem nō fuerit in fortijs curiæ citabitur primo simpliciter ad contestandum litem, secundo, eo non comparente ad contestandum litem, citabitur iterum ad contestandum litem ad primam diem, absq; pœna, tertio, iterum citabitur similiter ad primam diem, addita pœna, scilicet excommunicationis quarto, si non comparuerit ad contestandum litem, citabitur iterum ad primam addita clausula, alias ad uidendum se declarari excommunicatum. Et sic eo non comparente, obtinebit accusator declarationem excommunicationis. Et ita seruat de stilo in Romana curia. Ut refert Vestrus in sua practica lib. 5. titu. de termino obserua. in c. pro sin autem comparuerit, interrogabitur super tenore accusationis & fiet litem contestatio. & hæc de plano procedunt in iudicio inquisitionis, at secus in iudicio inquisitionis, in quo nō datur dictus terminus ad contestandum litem, cum in eo non est cum quo fieri possit litem contestatio. licet fiat quidam actus similis contestationi litem, ut dixi supra in uerbo aut inquisitione formata. ¶ In iudicio autem inquisitionis proceditur summarie, & quatuor termini tantum seruantur in eo, secundum stylum Romanæ curiæ, & etiam nostræ salernitanæ ualere ad articulandum. 1. comparente reo, & eo examinato dabitur terminus promotori curiæ ad articulandum, in quo termino ipse promotor formabit suos articulos (quos nos capitula uocamus) & illos presentabit, illisq; sic presentatis datur alter terminus ipsi reo, ad

Principalis potest interrogari ante datam copiam contra 10. Ber. Diaz. Absolui autem debeat ab excommunicatione comparere. Terminus q. sint dandi accusato.

Ordo iuris seruandus in criminibus. Copia querelæ dabitur. Citatur reus ad contestandum litem.

Ordo procedendi in inquisitione iuris d. R. Car.

ad dicendum contra articulos, qui si petierit copiam, danda erit poteritq; opponere in eo termino, oēs exceptiones, quas uoluerit, & uiderit sibi expedire. Poteritq; demum promotor curiæ petere quod super illis examinetur ipse reus, & tunc poterit fieri quidam actus similis contestationi litem. Admittereturq; promotor ad probandum illos articulos, & similiter admittetur reus ad dandum suas defensiones, & in illo termino poterit promotor, citato reo repetere testes examinatos, & in formatione curiæ, & si uoluerit poterit, alios examinare. demum fiet publicatio. Dabiturq; alter terminus, tam reo, quā promotori uidelicet ad producendum omnia, & postea productis iuribus ab utraq; parte, uel altera, dabitur alter terminus uidelicet ad dicendum contra producta & isti termini sunt substantialia in urbe, & in curia nostra salernitana. ¶ In aliis uero curiis regni, in iudicio inquisitionis examinato, reo formantur capitula, & super illis interrogato reo, fit actus litem contestationis, & dabitur terminus ad probandum & defendendum & ita & paucis mutatis, uel additis obseruatur etiam in iudicio accusationis, pro ut seruat in foro laicorum (ut dixi in altera praxi mea.) In iudicio uero accusationis alia tela terminorum seruabitur de stilo Romanæ curiæ, & nostræ Salernitanæ. ut ex processu praxis uidebis. ¶ Poteritq; reus petere, quod accusator præstet iuramentum de calumnia, & tunc citabitur accusator quod ad primam compareat dictum iuramentum præstaturus. & si accusato petierit similiter a reo ipse pariter præstare debet c. 1. §. 1. de iur. cal. lib. 6. ¶ Quid enim si contumax & excommunicatus appellauerit a contumacia, & ab excommunicatione & petierit a iudice ad quæ, sibi impartiri absolutionem ab excommunicatione, an possit & teneat sibi cōcedere? Do. Ab. tangit questionem in c. qua fronte de appell. uers. uenio ad tertiam nu. 5. uersus finem, tandem post multa, tenet quod potest absolueri recepta cautione, etiam non discussa causa, & non auditis partibus, sed decernere excommunicationem nullam, non potest facere, non auditis partibus & causâ cognita. Et ita resoluit nonnullas difficultates.

Ordo secundum alias curias regni.

Iuramentum de calumnia præstatur.

Excommunicatus appellans an absolui poterit a iudice ad qui.

ET IN CARCERIBVS MANCIPATIS.

Cap. XII.

S V M M A R I V M.

- 1 Carcerare an sit contra legem diuinam? carceratus pro quo si leuissit, aufugit, & deum recepit esse?
- 2 Clericus pro crimine, si agatur in libertate, carceratur. 10 Carcer qualis debeat esse in magnis criminibus.
- 3 Tortura habet locum etiam si de crimine agatur civiliter. 11 Carceres tres à Platone statui: qui.
- 4 Clericus an possit carcerari, si agatur de crimine civiliter. 12 Carcer factus per do. Auctor V. a. s. i.
- 5 Carceratio clericorum debet esse leuis. 13 Carceratus in se si aufugit, peccata.
- 6 Clerici an carcerentur, si essent fidei iussores. 14 Conscientia non ligat quos natura non obligat.
- 7 Carcerari, quilibet potest sine offensione. 15 Monachus non est in fidei iussorem recipiendus.
- 8 Carcerum effractori qualiter puniatur. 16 V. s. r. u. i. u. s. non est in fidei iussorem recipiendus.
- 9 Fidei iussor an tenetur ad debitum, si nec sit leuissor? 17 Ad iussorem & procurator a suis idonei si leuissor?

Clericus

- 18 Clericus non habens immobilia fidei-
bere non potest.
- 19 Nobilis potens non debet recipi in fili-

- infrem.
- 20 Prodigus, & similes non fidei-
bere debent.

Carcerare
an sit con-
tra legem
diuinam.



CARCELIBUS enim tradendi sunt inquisiti aut accusati. Sed operepretium est videre prius, quomodo carcerare sit contra legem diuinam? Et videtur quod sic. Nam est actus malus ex genere, qui cadit supra indebitam materiam. Nam homo habens libertatem arbitrij, eum in carcerare, est indebita materia quæ libertati repugnat, ergo illicitum est, ali- quæ in carcerare. Præterea humana iustitia, regulari debet

ex diuina. sed sicut dicitur Eccl. 15. (Deus reliquit hominem in manu consilij sui) ergo videtur quod non est aliquis carcerandus. Præterea nullus est coer- cendus, nisi ab opere malo, à quo quilibet potest alium licite impedire. Si ergo in carcerare aliquem, esset licitum ad hoc, vt cohibetur à malo, cui licet esse licitum aliquem in carcerare, quod quidem est falsissimum, ergo non licet in carce- rare. Sed quod carceratio sit licita, facit quod legitur Levit. 24. vbi habetur quendam missum fuisse in carcerem propter peccatū blasphemie. Beat. Thom. secunda secundæ quæst. 65. art. 3. dicit quod in bonis corporis tria per ordinē considerantur primo quidem integritas corporalis substantiæ, cui detrimen- tum affertur per occisionem, vel mutilationē, secundo delectationē, vel quiescen- sias, cui opponitur verberatio, vel quodlibet sensum dolore afficiens, tertio mo- tus & usus membrorum qui impeditur per ligationem, vel in carcerationem, seu quamcumq; detemptionem. Et ideo in carcerare aliquem vel qualitercumq; detinere, est illicitum, nisi fiat secundū ordinē iustitiæ, aut in pœnā, aut ad cau- telā alicuius mali vitandi. Et sic habes, quæ carcerare inquisitos per viā iustitiæ, est licitū, & secundū legē diuinā, & omne ius. Inquit enim Plato dialo. 9. de le- gi. in hæc verba (quæ si quis maiore dignus damno videatur, nec fideiussione li- beralitateq; amicorū liberetur, manifestis diuturnisq; vinculis, & cæteris op- probrijs punitur. Peccatū nullū impunitū sit, neq; profugus vllus, & impunis habeat, sed aut morte plectatur, aut vinculis, aut verberibus, aut ignobiliter se- dendo, standoq; in sacris, ad extremities regionis, pductus aut pecunijs ea ratio- ne quā diximus, multatus, pœnas luat.) Et ideo Ioan. Bern. Diaz. in sua praxi. in verbo eos citari personaliter nō bene sentit, fieri debere citationē cōtra cle- ricos, ut personaliter compareant, quasi quod in eis non sit permissa sit car- cecatio, sicut in laicis. Imo & ipsemet in verbo ea dat consilium, & cautelam, vt iudices ecclesiastici sint promptiores ad capturam, & fidam custodiam clericorū, quam iudices laici, eo quia clerici de facili confugiunt ad sedē Romanā.

¶ Vterius firmavit ibidem, ipse Ioan. Bernar. quod si de crimine agitur ciuili- ter, debet in vinculis detineri clericus, & dicit id probari aperte in cap. dilectis de appella. & ibi no. Abb. Philipp. Fran. & Det. in 1. not. ¶ Imo fortius dicit ibi Abb. quod etiam potest procedi ad torturam in causa criminali ciuilitate intea- tata, & vtrunq; scilicet quod habeat locum in eum casum carceratio, & tor- tura, dicit probari, in cap. primo, extra de pœn. & in cap. si clericos extra de sen- ten. excōmuni. lib. 6. & sequitur ibi do. Felyn. 1. nota. sed ad id quod de tortura dicitur, ipsemet Do. Abb. in cap. olim de rescip. num. 9. in fine, videtur tunc contrarium, sed ipse idem Do. Abb. in d. cap. 1. extra de pos. firmiter tenet, quod quando causa ciuilis haberet crimen annexum, potest clericus carcerari, & etiam torqueri. Sed de hoc dicemus in verbo tormentis. mox subiiciantur.

¶ Reducendo

- 4 ¶ Reducendo igitur ad quæstionē propositā, si pōt clericus carcerari, & in vin- culis detineri, si agitur de crimine ciuilitate ipse do. Abb. in d. c. 1. de pos. dicit quæ ibidē Host. dicebat quæ ipse nō auderet carcerare absq; mādato Papæ. Sed hoc dictū reprobatur ipse Do. Abb. & dicit posse, pcedi ad carcerationē, si timetur de fuga & sic intelligenda sunt quæ dicta sunt. Verū pōt dici quod dicta Do. Abb. in d. c. 1. de pos. procedunt in quæstione proposita ibi per eū, videlicet quādo peti- tur redditio rationis administrationis tutelæ, à clerico recusante reddere. Ibi enim ideo nō proceditur ad carcerationē eo quia nullū est, crimen, sed vbi est crimē, licet agatur ciuilitate, nihilominus debet, pcedi ad carcerationē vt cumq; tamē sit illud procederet, vbi est timor fugæ, & nō præstatutur fideiussio de stan- do iuri. quia si præstaretur, puto quod deberet procedi ad liberationem. Et sic vt vides, clerici nullum habent priuilegium in delictis, respectu capturæ, & carcerationis sentiebat Ioan. Bernar. Diaz. ¶ Est tamen bene verum quod ma- gis temperate, & cum maiori deliberatione debet procedi ad carcerationē cle- ricorum, quam laicorum, prout etiam ipse considerat, in verbo in carcerari.
- 6 ¶ Sin autem clerici offerat fideiussores de stando iuri, & se presentando, & ve- niret imponēda pœna pecuniaria, vel alia corporis non afflictiua debet relaxari. secundū Fely. in ca. legebatur extra de maio. & obediē. in princ. nu. 1. & ibi habetur per do. Abb. & per Archi. in 29. dist. ca. in memoriam 2. col. quod non potui in Archi. reperire. ¶ Sed si veniret imponēda pœna corporalis, seu simi- lis pœnæ corporali de iure ciuili, non haberet locum liberatio sub fideiussore. secundum tex in c. cum homo. 23. q. 5. & gloss in ca. arguta 2. q. 6. & Fely. in d. ca. legebatur in prin. & ita etiam, videtur tenere idem Fely. in c. ex parte nu. 13. de rescip. ¶ Vnum tamen scias benigne lector, quod delinquens in quouis de- licto, potest capi, & ligari, ne interim offendatur à quocunq; secundū Inno. in ca. si uero extra de senten. excomm. & Bald. in margarita in uerbo captus.
- 8 ¶ Quid enim si clerici carcerati effugerint carceres, & aufugerunt, qua pœna puniri debeant? Do. Abb. in c. à nobis de aposta. in fine, dicit quod potest pro- cedi ad depositionem, & data in corrigibilitate, ad traditionem curiæ seculari.
- 9 ¶ Aduertē ad unū satis notabile dictum, pone enim quod clericus est carceratus pro debito cum cautione de nō discendendo, alias fideiussor aufugiendo teneretur ad debitū aufugit & demum captus & carceratus est, an fideiussor teneretur nihilominus ad debitū? dicas quod sic. ita notabiliter Saly. in l. in bo- næ fidei. C. de reb. cred. quod nota. ¶ Cum autē tractatur de delicto pro quo uel pœna mortis, aut similis imponi deberet, carcer debet esse acerrimus, inquit. n. Plato in dialogo. 10. de legib. Versus finem, (eorū qui damnatus fuerit, in me- diteraneis carceribus uinciat; nec ullus liber unquam ad eum accedat. sed statim ipse à legū custodibus cibū serui afferant) quod quidem seruatum fuit in personā Lentuli, Romanorū tempore, quidem de coniuratione. cū Catilina inquireretur ad furcarū, suspensū una cū Certhego Statilio, Gabinio, & Cepa- rio cōdendatus existit. & statim antequā moreretur ad carcerē qui Tullianus appellabatur. circiter 12. pedes humi depressum (ut refert Salu. de con. Careli- næ) positus fuit. & ita sentit Fely. in d. ca. ex parte. ¶ Tres. n. carceres statuit Pla- to ordinari debere, unum plurimis cōmunē, in foro rerum uenaliū, ubi multi ne fugiant, custodiantur; alterū ubi cætus eorū sit, qui nō te cōgregantur, cor- rectionis nomine appellatum; tertium ubi quā maxime de- sertus siluestrisq; locus est, supplicij nomine notatum. ut in dialog. 10. scribit.
- 12 ¶ Ego autē dum essem Vicemarchio terræ Vasti Aymonis, construxi foueam quadā humi depressam p. duodecim pedes: reclamantibus omnibus ciuibus di-

Clericus an possit carcerari si agatur de crimine ciuilitate.

Carceratio clericorum debet esse leuis.

Clerici an carcerent si offerant fideiussoras De eodem.

Carcerari quilibet potest, ne offē datur.

¶ Carcerum effractores qualiter puniuntur.

Fideiussor an teneatur ad debitū si carcerat' pro quo fideiussor aufugit, & de- mum recaptus est.

Carcer qualis debeat esse in mag- nis crimini- bus.

Carceres tres à Pla- tone statu- ti qui.

Carcer factus per d. Auctorem Vasti.

Carceratus iuste si aufugit pec- cat.

Conscientia non ligat quos natura non obligat. **31** *Et terra, et anquam solitis libere uiuere & non subiugo iustitia. Illud tamen non omitto, quod iuste captus si aufugit, peccat, ut not. per gloss. r. dist. in c. ius gentium, in vers. seruitutes, & in cle. pastoralis in vers. sic per violentiam de re. iud. Nam obligatio ad poenam delicti, est de iure naturali ut not. Bar. in l. lex hoc iure col. ff. de iust. & in glo. in l. seruus. ff. de his qui not. in fa. facit. text. in l. si vbi Angelus. C. de colla. fundi patrimon. l. i. l. eius qui delator. ff. de iur. ff. Ergo pariter in foro conscientie videtur obligari: quia conscientia secundum ius naturale iudicatur. Nam conscientia non ligat, quos natura non obligat, ut dicit Bal. in l. i. in fi. C. de testi. & como. not. Abb. in c. i. in fi. de restit. in integ. gloss. in cap. fraternitatis 12. q. 2. potest saluari quando poena esset excessiua. **14** *Utrum in casu in quo clericus esset sub fideiussoribus liberandus, dando restitio sum bonum virum in cautione, recipi debeat? dicas quod non quia non est sufficiens ad soluendum, cum nihil habeat, nec debeat habere. Auth. ingressi. C. de sac. san. eccle. ca. cum ad monasterium de sta. mon. Sed pone quod quis vult dare diuitem usurarium an sit recipiendus dicas quod non quia non est bona cautio limprobam. C. de his qui not. in fa. ca. quanquam de vsur. in 6. & voluit Pet. de Rebuff. in c. o. l. i. in tra. de senten. excom. art. 1. gloss. 16. tom. 1. n. 20. **15** *Sed an possint dari in fideiussorem aduocatus, procurator & notarius cauillolus? dic quod non secundum Bart. in l. fideiussor. ff. qui satisd. cog. & voluit Pet. Rebuff. vbi supra. **16** *Item non debet recipi in fideiussorem clericus solutus, non habens nisi nobilia, in quibus non posset fieri exequutio. secundum eundem Pet. de Rebuff. vbi supra num. 23. **17** *Item nobilis potens & gloriosus, qui virtutem in suo ense ferret, non est in fideiussore recipiendus. secundum Barb. in cle. r. col. 2. de re. iudi. & Bar. in l. fideiussor. ff. qui satisd. Cog. **18** *Item minime sunt recipiendi minor, furiosus, vel prodigus, & istis similes, quia isti obligari non possunt l. i. ff. de verbo. obliga. s. furiosus. ff. de inuti. stipul. l. in negocijs. ff. de regul. iur. & voluit Pet. Rebuff. vbi supra. **19** **20********

DATO TERMINO AD ARTICVLANDVM,
& receptis accusatorem probationibus. Cap. XIII.

S P M M A R I V M.

- | | |
|--|---|
| 1 <i>Terminus ad articulandum datur secundum se iuxta verba, si contestata.</i> | 10 <i>Termini non sunt communes inter accusatum & accusatorem.</i> |
| 2 <i>Articuli debent in termino presentari.</i> | 11 <i>Articulus admissus, examinatur testes.</i> |
| 3 <i>Articuli debent bene formari.</i> | 12 <i>Articuli cuiusque partis simul produci debent.</i> |
| 4 <i>Solennitas legis libellorum non requiritur in actione iniuriarum.</i> | 13 <i>Ordo procedendi in curijs regni.</i> |
| 5 <i>Articuli vocantur in Vrbe, apud nos capitula.</i> | 14 <i>Ordo procedendi in notarijs.</i> |
| 6 <i>Articuli impertinentes non admittuntur.</i> | 15 <i>Ratio ad dicendum contra articulos, & contra producta, sustinet processum. licet termini non sint seruati.</i> |
| 7 <i>Articuli admittuntur petente accusatore.</i> | 16 <i>Terminus non potest dare obiectum post terminum ad articulandum.</i> |
| 8 <i>Citatur pars ad videndum articulos admitti.</i> | |
| 9 <i>Excipi qui possunt contra articulos.</i> | |

Contesta-



CONTESTATA hite, super accusatione, secundum stilum, & ritum Romanæ curiæ. Vbi per accusationem procederetur, datur terminus accusatori ad articulandum, ad duodecimam diem, plus vel minus secundum causæ qualitatem, & loci absentiam infra quem terminum, & proprie vltima die, ipsius termini, accusator producit, & presentat suos articulos, in quibus continetur tota intentio sua, continenturque omnia iudicia, & probationes quas habet aduersus accusatum. Illisq; presentatis datur alter terminus reo accusato, ad dicendum contra articulos, & reo petenti dabitur copia articuloꝝ, ad hoc ut possit opponere contra illos. secundum vest. in sua pra. Formular. Ver. commiss. Debent articuli presentari in termino, aliis non sunt admittendi, et in causa criminali civiliter intentata secundum Io. Mo. in c. saepe de verb. signi. & Compos. in ca. qd sicut de electio. sed Rota pronunciauit contrarium vt in decisio. 434. nota quod in causa. sed eadē Rota in nouis in decisio. 30. fuit dubitatum, p multa firmat articulos accusatoris post terminum, non esse admittendos in criminalibus, etiā civiliter intentatis, sed articulos rei, ad defensionem suam, esse admittendos etiam post terminum. vide Oldra. cōsi 167. incip. ante omnia, cōsiderandū est, & vide in additio. Spec. in titu. de test. §. de articula. in verbo siue autem. Debent articuli formari, bene specificati, cum omnibus requisitis & substantialibus, requisitis per libellorum ff. de accu. canonizata. 2. q. 8. aliis posset reus contra illos opponere. Item debent esse certi & clari, non obscuri, aut aliis male formati, aliis similiter, contra illos posset apponi, & posset peti bene specificari, & declarari. Et tamen bene verum, quod in actione iniuriarū, civiliter intentata, non requiritur tanta specificatio, & obseruatio substantialiū d. libellorū, sed sufficit, quod taliter sint specificari, quod possit reus certificari, & instrui de illis secundum Rotam. decisio 30. fuit dubitatum in nouis. Illud tamē non omittas scire, quod in vrbe appellantur articuli quos producit accusator contra reum ad probandum intentionem accusationis, apud nos autē appellantur cap. Et sic etiam in iure habes diuersitatem nominum. vt de articulis habes in c. si extra de testi. cogen. & cap. ad hæc extra de testi. alias incipit presentatum. §. testes lib. 6. & de capitulis habes extra eo. c. causamq; & c. per tuas, & ca. fraternitatis, alibi vocantur intentio; & quandoq; assertiones 6. q. vlti. c. actor extra de testib. c. ex parte. Habuisti su pra iudicem debere statuere terminum articulandum articuloꝝ, debere exhiberi, & de eis fieri parti copia debere, vt vident an sint pertinentes, vel non & vtrū negociū principale contingat, de quo agitur, vt extra de proc. c. cū causam, nā non debet quis admitti ad probandum, quod probatum non releuat. Ad probationem. C. de pro. cum contingat in fi. extra de offi. delega. & quia ad abbreviandam litem, iudex debet esse promptior, ideo potest disputationem (an articuli sint obscuri, pertinentes vel impertinentes) referuare ad merita, vel ad tempus publicationis cap. per tuas extra de pro. Data ergo copia articuloꝝ accusato, & eo audito super illis, petente accusatore, eos admitti iudex debet & tenetur, illos admittere, & decernere eos esset recipiendos, statuetq; terminum accusator ad illos probandum, & alterum terminum statuet accusato, ad producendum interrogatoria. secundum stilum Romanæ curiæ, & etiam notitia Salemitanæ. Et refert Specula. in tit. de testi. §. de articuli num. 8. versus finem. Et tunc enim examinantur testes super illis, ad instantiam accusatoris tantum. Debet tamen citari pars ad videndum articulos admitti, antequam per iudicem admittantur l. de vno quoq; de re. iudi. & Rot. decis. 10. inno. fuit dubitatum de

Terminus ad articulandum datur secundum stilum. Vbi lites contestata.

Articuli debent in termini no presentari.

Articuli debent bene formari.

Solennitas libellorum non requiritur in actione iniuriarum.

Articuli vocantur in vrbe apud nos capitula.

Articuli impertinentes non admittendi.

Articuli admittuntur petente accusatores.

K 2 fide

Citatur pars ad videndum articulos admitti.

fid. instr. Parsq; audiri solet, & ante admissionem non solum potest contra dicere sed etiam potest appellare secundum Rot. deci. 392. in no. & 445. in antiquis. Potest etiam opponere quod articuli sunt calumniosi. Rot. dec. 646. in antiquis. dic quod si aliquis de articulis. Item qd non sunt dispositiue specificati. Rot. deci. 729. in antiquis. Nota quod ipsi aliqua causa de arti. Item quod sunt obiectivi, & non bene formati ac specificati. Rot. in deci. 648. in antiquis. sciendum de articulis. Item quod non sunt dati in termino ad articulandum. Rot. decif. 647. in anti. nota qd si in aliqua de art. Itē possunt impugnari ex alijs causis de quibus per Spe. tit. de positio §. uiso. Illud nō omittendum est: qd de stilo Romanæ curiæ, termini non sunt cōes inter accusatorē, & accusatum, sed prius dantur termini accusatori, infra quos recipiuntur probationes ipsius; & demū dantur termini seu dilationes ipsi reo accusato infra quos suæ defensiones recipi debent. l. si quis. C. de excep. Rot. decif. 69. nota de dila. in antiquis. Amisissis ergo articulis, examinantur testes producti p accusatorem, & etiam repetentur omnes examinati ad informationem; curiæ, citata tamen parte, ad uidendū iuramēta eorū. Examinātisq; testibus accusatoris, fiet instantia pro parte accusati, eum esse admittendum addandum suas defensiones; & sic admittetur ad illas dandū, ut infra uidebimus. Est tamen bene uerū, quod dicit Specula. in tit. de testi. §. de articuli nu. 4. uersus si quod articuli utriusq; partis simul produci debent. licet reus non admittatur ad illos probandū, nisi postq; accusator suos probauerit. In cuius uero ecclesiasticis regni, siue procedatur per accusationem, siue per inquisitionē eliciuntur capitula ex omnibus repertis, & super illis interrogabitur reus, si que contestabitur, & statuitur unicus terminus utriusq; parti ad probandum & defendendum. ut late dixi in practica mea causa. crimi. per totam. Si autem sumus in facto notorio, etiam in urbe, nō seruabitur tanta terminorum obseruatio. sed tantummodo dabit accusator suos articulos suæ intentionis, & citabitur reus ad dicendum cōtra articulos, & absque alia tela terminorum proceditur ad sententiam. ut dicit. Vestr. in sua practica lib. 3. de obser. termino. in crim. Quid enim si presentantur articuli non fuerit datus terminus ad dicendum contra articulos, & productis uiribus non fuerit datus terminus ad ducendum contra producta, an processus sit nullus, si fuerit pars aduersa citata ad dicendum contra articulos, uel dicendum contra producta sine eo quod dicatur ad primam, uel secundam? Cassa. decif. secunda de iudi. tenet quod processus non erit nullus sed sustinetur. Vtrum obiectum possit dare tertius ueniens ad causam post terminum ad articulandum, bene seruatum? dicas quod non nisi contra iura quæ post ipsum terminum quando eunq; producuntur in obseruatione termini ad dicendum contra ea. Ita Cassado. decif. 10. prima de exceptio.

Ordo procedendi in notoriis. Citatio ad dicendū cōtra articulos & contra producta, sultinet processum, licet, termini nō sint seruati. Tertius nō potest dare obiectum post terminum ad articulandū.

ET REIS ADMISSIS AD DANDVM SVAS defensiones. Cap. XIII.

S Y M M A R I V M.

- 1 Ordo procedendi in cuius Ecclesiasticis de regno contra inquisitum examinarum. 3 2 Defensio per viam iustitiæ omnibus 4

- 5 Defensio necessaria an sit licita clericis? 15 Transactio an sit licita?
6 Vim vi repellere licet cum moderamine inculpate tutele. 16 Copia reperorum danda est inquisito.
7 Clericus an liceat occidere rapientes res suas. 17 Copia an detur ubi timeatur periculum?
8 Clericus an sit irregularis si propter eius acclamationem contra latronem, fuerit interfectus. 18 Copia non data, an processus sit nullus?
9 Clericus probando quod homo percussus ab eo, sit extinctus ab alio, an obineat? 19 Articuli & defensiones an recipiantur post terminum?
10 Homicidium casuale an puniatur in clerico? 20 Remissoria in criminalibus, seu audientia testium, an concedatur.
11 Homicidium inludo commissum a clerico, an excusetur. 21 Termini seruandi in remissoria.
12 Clericus occidens hominem in uenatione, uolens occidere bestiam, an puniatur? 22 Remissoria decreta quid faciet iudex.
13 Laici sunt idonei testes ad defensionem. 23 Forma commissionis.
14 Laici deponentibus non delictum, stabitur magis quam clericis deponentibus delictum. 24 Examinator cui commissæ est audientia testium: quid faciet.
25 Ordo seruandus in alijs curijs regni in commissione audientie testium.
26 Testium dicta classa remitti debent.
27 Publicatio quando fiat.
28 Citatur inquisitus, ad dicendum in regno.
29 Termini qui dantur in urbe facta publicatione.



enim in examine facto inquisiti, aut accusati negauerint accusatoris, aut inquirentis iudicis intentionem secundum stilum quasi omnium curiarum de regno.

miserabile seculũ in quo odiũ præualeat, in iustitia viget, iustitia exulat, regnat lucri amor, & Deus comprimitur. hodierni enim iudices quam primum de delicto informationem capere intendunt, de nimicis & maleuolis inquisitorũ inuestigant, eosq; alliciunt, vocant, & ad testimonium admittunt: quid enim infelicis, & miserabilis dici possit? vbi enim Lucius Crassus? qui cum Gn. carbonis nomen infesto animo, vt pote inimicissimum, ibi derulerat seruus, serinijum eius a seruo illatum, ad se complura continens, quibus facile opprimi posset: (vt erat signatum) cum seruo catenato, ad eum remisset: hodie autem seruus ille maiores honores, remunerationes, saluationes, conuiuia, dona, oscula, amplexus, & cetera his similia, & prorsus maiora ab hodiernis (non dicam iudicibus, sed carnificibus, & sitientibus humanum sanguinem) haberet: & maiora vel ut melius dicam similia non decernerentur triumphatiue; his qui quinque milia hostium vna acie, cecidissent: Romanorum more. Et q' peius est, hæc pestis nedum insiluit seculariã tribunalia, verum etiam cæcus regula rium, ac secularium congregationes, & non dico Prælatorum domos, sed peccora. Aut enim lucri ambitionis, timoris, odij, aut amoris gratia iustitia redditur, sed cur dico iustitia fit, violentia exercetur, sanguis, & durissimi carce res inuantur, quid dicam? Profecto, si hercules detracta religionis suæ, & grauem, & manifestã poenam exegisse traditur. Cum enim potitij sacrorum eius ritum, quem pro dono genti eorum ab ipso assignatum, velut hereditarium obrinuerant, (auctore Appio Censore,) ad humile seruorũ ministerium transfuissent: omnes qui erant numero super 30. puberes intra annum extincti sunt. Nomenq; Potitium in duodecim familias diuisum, prope interitũ. Et si vindex Apollo, qui Carthagine à Romanis oppressa, veste aurea nudatus, id egit, vt sacrilegæ manus, inter fragmenta eius abscessã inuenerentur. Et si pariter de Iunone legitur, quæ tum Quintus Fuluius staccus tegulas marmoreas, ex eius templo, in cedem fortunæ æquestris, quam Romæ faciebat, transtulisset, interire fecit illico per summam animi ægritudinem; cuius casu motus Senatus, tegulas locros reportandas curauit: ut legitur apud Valer. Maxi. lib. 1. cap. 2. quid faciet ergo Deus malos male perdet & vincam suam locabit alijs agricolis. quapropter delictissimi fratres amplectamur iustitiam, quæ concordiam & amicitiam parit secundum Plato. lib. 2. in dialo. 1. de republ. vel de iustitia, & secundum Aristo. 5. Ethico. 1. Iustitia non pars virtutis, sed integra virtus est; & huic opposita iniustitia, non pars vitij, sed integra vitiositas. Iustitia enim perfectissima res est, quia omnes virtutes in vsum portat, vt ibi inquit Aristo. hæc enim (inquit) iustitia virtus perfecta est: non absolute tamen, sed alterum vt propterea sepe iustitia virtutum præstantissima esse videatur: & neq;

stratus culmen adepti estis, ad illud celebre dictum Bianis, Principatus enim (inquit)

Auctor in uehic de ho die nis te poribus.

Iustitia est virtus.

Iustitia est virtus ad alie numbonã.

12

13

14

(inquit) uirum ostendit, quippe cum ad alterum iam, & in societate Princeps uerferetur, ob id quoque ipsum iustitia sola ex omnibus uirtutibus esse alienũ bonum uideatur; quia ad alterum spectat, agit enim ea quæ alteri conducunt, aut principi, aut reipublicæ. Pessimus igitur est qui & secum, & cum alijs, prauitate utitur, optimus autem non qui secum, sed qui cum alijs, uirtutem exercet; secundum eundem Arist. ubi supra Magistratus enim est ille qui & sibi & alijs uirtuosus existit. ipse enim cum sit minister legis. Et lex sit occasio felicitatis, quod patet quia & ipsa præcipit quod fortis uiri opus est; ut non deserere ordines, non fugere non abicere arma, & id quod temperantis, & ut non committere adulterium; non contumeliose se gerere. & id quod est mansueti, ut non uerberare non maledicere, simili quoque modo, secundum alias uirtutes & uitia, alia iubet, alia prohibet. quæ omnia tendunt, ut nos uirtuosi, & felices reddamur, & in ciuili societate cõseruemur. Patet igitur quod si recte magistratus hæc exercet, non sibi tantum, sed & alijs uirtuosus erit.

16 Imitemur ergo Papinianum nostrum condam celebratissimum iuriconsultum, qui dum Antonius Bassianus Caracalla vigesimus secundus Cæsar regnasset sex annos, fratremq; germanũ suum Getar in gremio matris occidisset, & no uercae suæ, demũ cõiugio copulatus esset, postulassetq; à Papiniano iuriconsulto, ut parricidiũ in fratre admissum, excusaret, ad q' respõsum à Papiniano est nõ perinde facile effet defendere parricidiũ atq; perpetrare quã ob rẽ & occidi iussit Antonius Papinianũ, quis dignus erat iuriconsultus haberi nimirũ qui iustitiæ & honestatis nomine, uitæ periculũ maluit subire, quã factũ inhonestum nomine, uitæ periculũ maluit subire, quam factum inhonestum probare. Nihil enim honestum esse potest: quod iustitia vacat. Præclarum igitur Platonis illud: non solum inquit scientia: quæ est remota à iustitia caliditas

17 potius quam sapientia est appellanda. Verum etiã animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non uilitate communi impellitur, audaci potius nomen habeat quam fortitudinis, vt inquit Cicero in primo officio. uera autem & sapiens animi magnitudo (inquit idem Cicero. ubi supra) honestum illud quod maxime natura sequitur in factis positum, non in gloria iudicat. principemq; se esse mauult, quã uideri. etenim qui ex errore imperitiæ multitudinis pedit, hic in magnis uiris non est habendus facile autem ad res iniustas impellitur, vt quisque est altissimo animo & gloriæ cupido, qui locus est sane lubricus, quod uix inuenitur, qui laboribus susceptis periculisq; aditis, non quasi mercedẽ rerum gestarum desideret gloriam omnino fortis animus, & magnus duabus rebus maxime cernitur, quarũ vna in rerum externarum desipientia ponitur: eum persuasum sit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportere, nulliq; res, vt cum ita sis affectus animo vt supradixi res geras magnas illas quidem, & maxime utiles, sed vt vehementer arduas plenãq; laborum & periculorum, tum causa uitæ, tum multarum rerum quæ ad uitam pertinent harum rerum duarum splendor omnis, & amplitudo est, addo etiam utilitatem in posteriore. Causa autem & ratio efficiens magnos viros est in priore. In eo enim est illud, quod excellentes animos & humana contemnes facit. Id autem ipsum cernitur in duobus si & solum id quod honestũ sit bonum iudices, & ab omni perturbatione liber sis, nam & ea quæ eximia plerisq; & præclara uidentur, parua duce eaq; ratione stabili, firmãq; contemneret, fortis animi magniq; dicendum est vt ea quæ uidentur acerba quæ multa, & varia in hominum uita fortunaq; uersantur, ita ferre vt nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate

Lex est occasio felicitatis.

Papinianus exemplum iustitiæ magni præbuit.

Animus ad periculũ paratus quando.

sapientis robusti animi est magnæq; constantiæ. Non est autē consentaneum, qui metu non frangatur, cum frangi cupiditate, nec qui in victum se à labore præstitit, vincti à voluptate. ¶ Quam ob rem & hæc vitanda sunt, & pecuniæ fugienda cupiditas, nihil enim est tam angustii animi, tamq; parui quam amare diuitias, nihil honestius magnificentiusq;, quã pecuniã contemnere, si non habeas, si habeas ad beneficentiã, liberalitatemq; cõferre. Cauenda est etiã gloriæ cupiditas (vt supra dixi) eripit enim libertatē, pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio. Nec verò imperia expetenda, ac potius non accipienda interdum, aut deponenda nonnunquam. Vacandum est omni animi perturbatione, tum cupiditate & metu, tum etiã ægritudine, & voluptate animi, & iracundia, vt tranquillitas animi adsit & securitas, quæ afferat tum constantiam, tum etiam dignitatem. Sicq; iudices, & Magistratus omnes rogatos esse volo, ut omni conamine, totis viribus, tota mente, toto corde, ac omni intentione, non verbis (vt boni iudicemini) sed factis operis, & executione Deum inuocantes, absoluto processu ab omni accusatione, & defensione eorq; publico, ad discussionē causæ properantes, talē modum seruetis. ¶ Vt prætermittis cupiditate gloriæ, perturbatione animi, pecuniæ cupiditate ac omni auaritia & inimicitia taliter veritatē percipere valeatis, vt iustitia præuia improba & scelere facta, emendentur: pax seruetur societas ciuili nō dissoluatur boni præmiētur. Deus honoretur, & mali luan poenas. ¶ Et ne præcipitater prorum patis ad punitionem, est. n. præcipitatio peccatum sub imprudētia contentū, & opponitur dono consilij. Secundum Greg. in secundo moral. & Bea. Thom. secunda secundæ q. 5. art. 3. Gradus autem mediij, per quos oportet ordinatē descendere, sunt memoria præteritorū, intelligentia præsentium, solertia in considerandis futuris euentibus, ratiocinatio unum alteri conferens, docilitas per quam aliquis nō acquiescit sententiis malorū. per quos quidem gradus aliquid ordinate descendit recte consiliando, si quis autē feratur ad agendū, per impetū voluntatis, vel passionis pertransitis huiusmodi, gradibus, dicitur præcipitatio. & ideo ne sub hoc vitio, & peccato incidaris necesse est, habere memoriã præteritorū, & sic vt totū processum de syllaba ad syllabã diligenter, & naturę percunctetis, reassumendo in dicia, coniecturas, verisimilitudines, & cæteras probationes, & hæc ex parte accusatoris & deinde ex parte defensoris cõsideretis singulas excusationes, probationes & cætera omnia quæ adducuntur.

Pecuniæ cupiditas fugienda est.

De eodem.

Iustitia nō est præcipitanda.

Citandæ sunt partes ad discutendū super inditiis.

Iudex quæ debet cõsiderare ante determinationem.

Ad iudicē ire, est ire ad ius ipsū.

18
19
20
21
22

animatum & quærunt iudicem mendii, & uocant nonnulli mediatores quasi si medium fuerint consequuti, ius quoque ipsum sint cõsequuturi. Ius igitur medium quoddam est, siquidem & iudex, iudex autē ad æqualitatem redigit. nam cum. hic percussus est, ille percussit, hic interfecit ille autem interijt, affectio & actio in partes nō æquas diuisa est. Sed de lucro detrahens, iudex damno redigere ad æqualitatem eas conatur. ¶ Et ne pertinacia animi, verum à falso discernere minime faciat, adhibendū est docilitas ut. s. malorum sententiis, non acquiescat, sed faciles sitis ad mutandã opinionem, de bono in melius, & de malo in bonum. hæc omnia si sic obseruetis, & uobis honori, & reipublicæ utilitati eritis, & merito dici poterit nomen Dei inuocatum.

De eodem.

OMNIBVSQVE DILIGENTER PENSATIS, videlicet grauitate, & enormitate delicti. Cap. XVI.

S V M M A R I V M.

- 1 Iustitiæ emendatiuæ partes in quo versentur.
- 2 Iustitiæ commutatiuæ in quo versetur.
- 3 Acceptio rei alienæ tripliciter accidere potest.
- 4 Iustitiæ, & misericordiæ insimul debent inesse.
- 5 Seueritas ubi exercenda.
- 6 Crimini aliqđ maius, aliud minus est.
- 7 Pœna sunt inæquales.
- 8 Crimina lenia grauiora, & grauiorina.
- 9 Qualitas personarum auget delictum.
- 10 Delicta clericorum sunt grauiora laicorum delictis tripliciter.
- 11 Dignitas personæ quando faciat, vt mitius quis puniatur. & infra num. 13.
- 12 Delictum publice commissum magis punitur.
- 13 Dignitas personæ an faciat minus punire? & sup. num. 11.
- 14 Exempla quibus delatū fuit dignitati.
- 15 Nobilitas, & dignitas quando, & quæ delicta auget, & aggrauant.
- 16 Proditor amittit nobilitatem.
- 17 Nobilis, falsi crimen committens, grauius puniendus.
- 18 Pœna mitior nobili quàm ignobili imponenda, locum habet in arbitrarijs, non inordinarijs.
- 19 Minor an mitiori pœna puniatur?
- 20 Enormitas delicti dependet aliquando à qualitate personæ, temporis, & loci.
- 21 Compositionem in omnibus admittere, an sit laudabile?



ARTES enim emendatiuæ iustitiæ, seu commutatiuæ, in hoc versantur. ¶ (Loquendo de ea parte quæ versatur circa personas inuoluntarie) vt iudex volens recte reducere personas & res ad æqualitatem consideret grauitatē offensarum, & criminū, in voluntarie. n. quis vitur re alterius, vel persona, vel opere eo inuito, qđ quidē contingit, qñq; occulte per fraudē, quãdoq; quidē manifestē per violentiã, vt rursus; autem contigit aut in rem, aut in personam propriam, aut in personam coniunctam, in rem quidē, si occulte vnus rem alterius accipiat, vocatur furtū, si autē manifeste uocatur rapina. In personã autē propriã, vel quantum ad ipsam consistentiam personæ, vel quantum ad dignitatem ipsius, si autem quantum ad consistentiam personæ si læditur aliquis occulte per dolosam occisionem, seu percussionem, & per veneni exhibitionē. Manifeste autē per manifestã occisionem, aut per incarcerationē aut verberationē, seu membri mu-

Iustitiæ emendatiuæ partes in quo versentur.

tilationem. Quantum autē ad dignitatē personā læditur aliquis occulte quidem per falsa testimonia, seu detractiones: quibus alicui aufert famam suam, & per alia huiusmodi, manifeste autem per accusationē in iudicio, seu per conuictiō illationem. Quantum autem ad personam coniunctam, læditur aliquis in uxore, vt plurimum occulte, per adulterium, seruo autem, cum aliquis seruū seducit ut à domino discedat: & hæc etiam manifeste fieri possunt, & eadem ratio est, de alijs personis coniunctis, in quas etiam possunt omnibus modis iniurie committi, sicut & in personam principalem. ¶ In hoc enim parte iustitiæ commutatiuæ, seu emendatiuæ, oportet reddi aliquid alicui singulari personæ offensa propter eius rem acceptam, seu offensam factam & ideo oportet adæquare rem rei, vt quanto offensor habet plusquā suum, sit de eo quod est offensi, tantundē restituat ei cuius est, & sic sit æqualitas secundum arithmeticam proportionem, quæ attenditur secundum partem quantitatis excessuum sicut quinque est mediū, inter sexto & quatuor, in quantitate enim excedit, & exceditur. Si ergo vterque à principio habeat quinque, vt vnus corū accipit vni de eo quod est alterius vnus accipiēs habebit sex & alterius relinquuntur quatuor erit ergo iustitia, si vterq; reddatur ad mediū vt accipiat ille vnū, ab eo qui habet sex, & sic vterq; habebit quinque, quod est mediū, ita declarat Beatus Thom. secunda secundæ q. 61. art. 2. & Aristot. 3. ethi. 1. & 2. ¶ Nec tantum ipsa res accepta, de bonis alterius debet restitui ei cuius est, secundum commutatiuā iustitiam, sed debent considerari res accepta, & ipsa acceptio. Ratione autē rei tenetur eam restituere, quando eam habet penes se: quia quod habet ultra id quod suum est, debet ei subtrahi, & dari ei cui deest secundum formam commutatiuæ iustitiæ. ¶ Sed ipsa acceptio rei alienæ potest tripliciter se habere. quandoq; enim est iniuriōsa, scilicet contra voluntatē eius qui est rei dominus vt patet in furto & rapina, & tunc tenetur ad restitutionem, non solum ratione rei, sed etiam ratione iniuriōsæ actionis, etiam si apud ipsum res non remaneat sicut enim qui percutit aliquem tenetur recompenfare iniuriā passō, quamuis apud illum ex illa percussione, vel homicidio nihil remaneat, ita etiam qui furatur, vel rapit, tenetur ad recompenstationem damni illari etiam si nihil inde habeat, & vterius pro iniuria illata debet puniri, vt satisfiat reipublicæ alio modo aliquis accipit rem alterius, in vtilitatē suā conuertendo, absq; iniuria eius, cuius est, sed de eius voluntate sicut patet in mutuis: & tunc ille qui accipit, tenetur ad restitutionē eius quod accepit, nō solum ratione rei, sed etiam ratione acceptiois & si rem amisit tenetur recompenfare, nec debet aliter puniri, quia acceptio & nō est iniuriōsa tertio, aliquis accipit rem alterius, absq; iniuria, nō pro sua vtilitate sicut patet in depositis, & ideo, ille qui sic accipit, in nullo tenetur ratione acceptiois, sed tantū ratione rei, vt illā restituat & si illā amisit cū magna sua culpa, tenetur recompenfare. sic quoq; (vt vides) oportet iudicem arithmetica proportione cuncta pendere, & considerare, vt sic recte satisfiat commutatiuæ iustitiæ. Quare necessarium est, vt ante omnia consideret grauitatē, seu enormitatē delicti, & offensionis. ¶ Ita qd ante oculos, semper habeat dictū beati Grego. in morali. 20. partū. 4. ca. 1. omnis enim (inquit) qui iuste iudicat statheram in manu gestat. in vtroq; pensio iustitiā & misericordiā portat, sed per iustitiā reddit peccati sententiā, per misericordiā peccati tēperat pœnā, vt iusto libramine, quædā per æquitatē corrigat, quædam vero per misericordiā indulgeat. Qui Dei iustitiā oculis suis præponit semper timens & tremens, in omni negotio, formidat ne de iustitiæ tramite deuians cadat, & unde non iustificatur, inde potius condemnatur. de quo dicto habetur. in c. omnis 4. dist.

Iustitia commutatiua i quo uersetur.

De eodem.

Acceptio rei alienæ tripliciter contingere potest.

Iustitia, & misericordia simul debent inesse.

¶ In

¶ In grauioribus enim causis, seueritas legum, cū aliquo temperamento subsequatur, & in leuioribus pronior sit index ad lenitatem. secundū Archi. in d. ca. omnis & est text. in l. respiciendum. ff. de poen. magna enim reprehensione dignus esset iudex qui in leuiori crimine magnam pœnam imponeret, quod Martialis præsentit, & sic eleganti epigrammate eum notat atque illudit.

Non de vi neque cæde, nec veneno,
Sed lis est mihi, de tribus capellis.
Vicini, queror has abesse furto.
Hoc iudex sibi postulat probari,
Tu cannas, mithridaticumq; bellum
Et periuria punici furoris,
Et Syllas Marioq; , Mutiosq;
Magna voce sanas manuq; tota
Iam die posthuma de tribus capellis.

Quare vbi de fama, de corpore, ac salute hominis agitur, & delictum pœna, seu morte; mulctandum est, neque leuiter consultandum, neque temere discernendum est, sed perpenso (vt ait Marcellus) iudicio, hoc est ponderata & examinata re tota, atque negotio, causaq; omni probe perspecta, quemadmodum enim architecti seu geometræ inæqualia spacia, seu opera, perpendiculari suo ad æqualitatem redigunt, ita iudicem oportet, id quod durius, aut remissius est, exacto iudicio ad æqualitatem perducere. ¶ Non enim à nostris legibus recipitur stoicorum illa sententia, vt paria sint delicta, & peccare idem sit. sed aliud crimen altero maius reputant, & aliud leue, & excusabile, aliud enorme & capitale, de quo per Horat. lib. 1. Satyra. 3.

Quies paria esse, fere placuit peccata laborant.
Cum ventum ad verum est sensus moreq; repugnant,
Atque ipsa vtilitas iusti prope mater, & æqui.
Et in alio loco.

Non vincet ratio, hoc tantundem vt peccet. Idemq;
Qui teneros caules alieni frigerit horti
Et qui nocturnus sacra diuum legerit.

¶ Et propterea pœnarum genera inæqualia sunt, vt colligitur ex toto titulo. ff. & c. de pœn quia inæqualia sunt delicta, & sic etiam est de iure canonico, vt in cap. iux discretiois extra de pœn. & toto titulo. ¶ Et ideo do. Abba. breuiter reassumendo, dicit in d. ca. iux discretiois quod quædā sunt delicta leuia, & quædā grauiora, quædā grauiissima leuia dicuntur vbi dolus nō interuenit, nec requiritur, vnde quādo aliquid committitur per imperitiā, vel culpam, sine dolo, vel quādo dolus interuenit: sed circa rem modicam, vt forte modicæ rei inter domesticos, dicuntur delicta leuia l. respiciendū. ff. de pœn. l. leuia. ff. de accusa. ca. cum dilecti extra de accusa. delicta uero grauiora sunt in quibus exigitur & interuenit dolus, & tendunt in graue præiudicium alterius, seu rei publicæ & magna pœna imponitur. ut in furto: periurio, & similibus. ut in ca. cū non ab homine de iud. grauiora crimina sunt publica: & quando non imponitur pœna mortis, grauiissima uero, ubi imponitur pœna mortis nam ex grauitate deprehendimus quantitatē & qualitatem delicti ca. non afferamus. 24. q. 1.

¶ Item est sciendum quod aliquando personarum qualitas auget delictum, ut in ca. cum quidam extra de iur. iuran. & in de. 2. de uit. & honesta. cler. & ibi do. Car. in uerbo dignitatē in 3. q. ubi dicit post Paul. & Zenzel. quod ubi exigitur maior honestas ibi est maior status, & prærogatiua & ideo uidetur maior

Squeritas ubi exercēda.

Criminum aliud maius aliud minus est.

Pœnæ sunt inæquales. Crimina leuia, & grauiora, & grauiissima.

contemptus, & ex cōsequēti maior pœna debet imponi, quia debet correspondere delicto cōnōn afferamus. 24. q. 1. & hæc uera habito respectu ad personas delinquentium. ¶ Est tamen bene uerum, quod licet religiosi sint digniores laicis, & per consequens eorum peccata, & delicta deberent esse grauiora, & grauiori pœna plectendi; nihilominus, peccatum quod à religioso committitur, potest esse grauius peccato secularium eiusdem speciei tripliciter, uno modo, si sit peccatum contra uotum religionis puta, si religiosus fornicetur, uel furetur quia fornicando, facit contra uotum continentiae, & furando facit cōtra uotum paupertatis non solum contra præceptum diuinæ legis, ideo maius reputatur peccatum religiosi quam laici, quia tantummodo peccant contra præceptum diuinæ legis, secundo si ex contemptu peccant religiosi, maius est peccatum: quia uidentur magis ingrati diuinis beneficijs, quibus sunt sublimati ad statum perfectionis, sicut Apostolus dicit ad Heb. 10. (quod fidelis grauiora meretur supplicia ex hoc, quod peccando filium Dei conculcat per cōtemptum) unde & Dominus conqueritur Hier. 11. (quid est quod dilectus meus in domino mea fecit scelera multa?) tertio modo, peccatum religiosi potest esse maius propter scandalum, quia ad uitā eius plures respiciunt, unde dicitur Hier. 23. (in Propheta Hierusalem uidi similitudinem adulterantium & iter mendacij & confortauerunt manus pessimorum ut non conuerteretur unusquisque à malitia sua.) Si uero religiosus non ex cōtemptu, sed ex infirmitate, uel ignorantia aliquod peccatum quod non est contra uotum suæ professionis, committit absque scandalo puta in occulto leuius peccat eodem genere peccati, quam secularis, quia peccatum eius, & si sit leue quasi soluetur ex multis bonis operibus, quæ facit & si sit graue, facilius resurgit, primo quidem, propter intentionem creatam, quam habet ad Deum, secundo, quia iuuatur à socijs ad resurgendum, & ita concludit Bea Tho. in secunda secundæ q. 186. artic. 10. & ita tenuit Io. And. in ca. accusatus de hære. lib. 6. & sequitur Domi. in c. homo Christianus in fi. 40. dist. & Abb. & Fely. in ca. cum quidam extra de iur. iuran. ¶ Et ista, quod religiosus non punitur plusquam secularis in eodem genere peccati, nisi in tribus casibus, de quibus supra intelliguntur procedere in persecutantibus in monasterio, alias eorum delicta semper sunt grauiora, ut dicit Fely. ubi supra. ¶ Item quoties tractatur de pœna corporali imponenda dignitas personæ delinquentis operatur ut mitius faciat punire existentem in dignitate quam priuatus l. 2. C. ut nemo priua. & l. pedius. ff. de incen. rui. & nau. & facit glo. in c. cum beatus 63. dist. & in c. non cequantur 11. dist. & habetur per Fely. ubi supra nec obstat dicit, quod deferendo maioribus personis in pœnis, uideatur lex uti acceptione personarum, quia respondet Io. And. in ca. 2. de offi. deleg. in 6. quod consideratur acceptione, quo ad iustitiam ministrandā sed in coactionibus, & pœnis dignitati deferuntur, ut in iuribus ibi per eum allegatis & per glo. in c. contumaces l. dist. in. nam potest iudex grauisicare, in aliquibus considerando not. per glo. in ca. fin. extra de transact. nec etiam dicit obstat, quod delictum sit maius, respectu dignitatis ergo maior debet esse pœna, quia respondet Cardi. post. Lau. & Zenzel in clem. multorum in princ. prima oppo. & in 12. q. de pœn. quod minor pœna reputatur maior in maiore allegat glo. in ca. 2. de offi. deleg. dicit tamen quod sunt sex casus, in quibus ratio e dignitatis non diminitur pœna, de quibus ibi per eum. ¶ Item attendi debet an delictum sit occulte commissum, an publice, nam ceteris paribus, maius delictum est illud quod committitur publice quam occulte ratione exempli, tam maxime in clericis & alijs religiosis, secundum Saly. in l. 3. C. de sum. tri. & si.

Qualitas personarū auget delictum.

Delicta eleuata sunt grauiora laicorū delictis tripliciter.

De eodem.

Dignitas personæ quæ faciat, ut mitius quæ puniatur.

Delictū publice commissum magis punitur.

fid. ca. & c. præcipue 1. q. 3. & est bonus tex. in ca. 1. ad fin. de uoto. lib. 6. quod intellige ut ibi dicit Fel. ¶ Sed ea quæ superius dicta sunt quod mitius punitur corporaliter, constitutus in dignitate, quam priuatus in eodem genere peccati. satis uidentur contraria dicta, Aristo. 3. Ethico. 4. quatenus dicit in his uerbis, nihil enim refert probus ne uir malum, an malus probum suo priuauit neque probusne, an improbus adulterium commiserit sed ad solam nocentem differeantiam lex spectat. perindeq; personis utitur ac si æquales sint si ille iniuria afficiat, hic afficiatur, hic lædatur, ille lædatur cuius cōtrariū uoluit Clau. iureco. in l. aut. facta ff. de pœn. dicens, haberi debere respectum ad qualitatem personæ eius qui delictum fecit, & eius qui passus est. & pro opinione Claudij iurisconsulti, & Fel. & aliorum in loco supra allegato. ¶ Ad propositum optime facit quod uoluit Quintilia lib. 6. instituta. ora. de cōclusionē differens, periclitantem (inquit) cōmendat dignitas, & studia fortia, & susceptæ in bello cicatrices, & nobilitas & merita maiorū; & idem lib. 7. quo loco de qualitate loquitur, scribit ad penarum deprecationē, prodesse nobilitatē, dignitatē, propinquos, comites & Tullius quoq; ante illū lib. 2. rhetoricorū de deprecatione loquens, hæc ait ignoscendi ratio queretur, ex his locis, si plura aut maiora officia, quæ maleficia uidebuntur constare. si qua uirtus, aut nobilitas erit in eo. qui supplicabit & idem in defensionē Lucij. Fla. maiorū, & generis honores, imperiū, & ceterū gestarū gloria nō prætermisit. & Valerius Max. li. 8. ca. 1. scribit Scaurum, cuius filius proprijs obruebatur criminibus, tamen propter vetustissimā nobilitatē, & recentē patris memoriā absolutū fuisse. Et apud Sueton. in augusto. ca. 5. C. Lectorius adolescens patricij generis in deprecanda grauiore pœna adulterij, natales inter cætera allegat. ¶ Est tamen bene uerum, quod quandoq; nobilitas, aut dignitas, auget delictū l. quædā delicta, & ibi Bar. & Alb. ff. de pœn. & l. 2. & l. omne delictū. §. augetur. ff. de re militar. & cap. homo & ibi glo. 40. dist. in. & cap. quia sanctitas l. dist. in. & cap. nullus itaque & ibi glo. 1. quæst. 1. ¶ Et secundū Tiraquel. in tract. nobilita. ca. 20. nu. 114. Tunc crimen augetur dignitate quando peccatur, & delinquitur in his quæ dignitatē concernunt; atq; illius administrationē, uel in his propter quæ dignitatē, uel honorem sumus consequuti, uel cum delictū cedit in dedecus & contumeliā ipsius dignitatis, uoluit Bar. in d. l. quædam & Alex. in l. 2. C. ut ne priua paulo ante fin. uel etiā quando delinquimus prætextu & occasione dignitatis secundū Raine. & Saly. in l. præbyteri. C. de epis. & cler. ¶ Item in proditiōibus dignitas magis nocet in pœnis quam iuuet, nam proditor amittit nobilitatē, & insignia nobilitatis ab eo delenda sunt l. eos. qui. ff. de pen. quam fing. dicit. Rom. sing. 476. eorū arma & iterū singu. 669. Et ideo maiori pœna plectitur qui habet dignitatē, seu nobilitatē, quam simplex, plebeus. secundū Bal. in ca. cum quidā, extra de iur. iura. & eo casu dicit nobilē altioribus furtis esse suspendendū, quā plebeum. ¶ Item dicit idem Tiraquel. ubi supra quod cum falsitas sit multum aliena, cū sit proditiōi affinis & cognata ideo si nobilis crimen falsi commiserit, grauius quoq; puniendus est, refert ita tenere Alber. in d. l. quædam. ff. de pen. & Mart. de affict. in decis. 404. col. penul. allegans ad idem gl. in c. singula. 89. dist. sed nihil dicit ibi de hoc glo. secundum Tiraque. refert etiam id tenere Luc. de pen. in l. mulieres col. 1. uers. ultimo nota C. de dignita. lib. 12. ¶ Item dignitas & nobilitas faciunt maius delictum hæresis, secundū Archi. in ca. qui contra 27. q. 1. & Fely. in c. cum quidem de iur. iuran. col. 3. uers. quintus est. ¶ Item dignitas & nobilitas faciunt maius delictū, in transgrediente mandatū principis, ut grauius puniatur, secundum Bal. in c. 1. §. si quis uerō. ausu. per illū

Dignitas personæ an faciat mitius punire.

Exempla, quibus facit delatari dignitati.

Nobilitas & dignitas quæ & quæ delicta auget, & aggrauant. De eodem.

Proditor à nobilitatem.

Nobilis falsi crimē committens, grauius puniendus.

De eodem.

De eodem.

De eodem. tex. de paci. iura. fir. & sequitur Fely. vbi supra. ¶ Item licet mitius puniatur quis in pœnis corporalib. ratione dignitatis & nobilitatis tñ in pœnis pecuniarijs, cæteris quidē partibus, magis puniendus est l. properandum. §. in aut. vtrinq; & ibi Bar. & alij. C. de iud. & latissime per Tiraquell. in loco citato num. 120.

De eodem. vbi allegat plures cotas. ¶ Item quando nobilis mandavit pauperi vt delictum committat, vel auxiliatus est pauperi delinquenti, nobilis ille tunc eadem pœna punitur qua pauper mandatarius, vt ibi per eum. ¶ Item mitius puniuntur nobiles, & in dignitate constitutus quam ignobilis, quod procedit nisi forte aliud suadeat fieri nimia contumacia ut probat tex. in cap. secundo in fin. de offi. delega. lib. 6. & firmat late Tiraquel. vbi supra. ¶ Item prædicta omnia de 18

De eodem. Pœna mitior nobili quam ignobili imponenda locū habet in arbitrarijs nō in ordinarijs. ¶ Item intelligenda prædicta, nisi statuta aliter, expresse disponunt. vt sciūcet nobiles grauius puniantur quam ignobiles. vt ibi per eum.

¶ Aliquando etiam delictum graue & nimis enorme reputatur non tam enorme, respectu pœnæ imponendæ ratione personarum, non ratione dignitatis, vel nobilitatis, sed personarum tantum, vt est exemplum videre, in minore, cuius delictum, & si graue, sit, minus reputatur respectu pœnæ imponendæ, quā in maiore. Et id dixi ex necessitate esse, non ex arbitrio iudicis, in additio. ad Rob. Maran. quibus dictis, adde quæ dixit Plato in dialo. 9. de legi. (inquit enim) hanc si vires roburq; consecuta fuerit, ingentium turpissimorumq; scelerum causam esse censebit, si autem imbecillitate prematur, peccata, & peccatorum, & seniorum, inde profecta, peccata quidem esse putabit, & alijs tanquam peccantibus lege præscribet, sed mitissimas omnium, plurimaq; veniæ & indulgentia plenas, & sic illud adverbium. interdu positum in §. in delictis ad hoc ponitur, quia aliquando veniæ & indulgenti requiritur, & aliquando mitior pœna, sed quod semper si non habet locum veniæ; non habeat locū minor pœna ex necessitate hoc negatur, in regno per nouam prag. est declaratum hoc. ¶ Aliquando enormitas & grauitas delictorū dependet à qualitate personarum offensarum. temporis, & etiam loci, nam offendere clericum, mitius delictum est quam si offenderetur laicus ut habetur in l. si quis in hoc 20

genus. C. de epif. & cler. Item ratione temporis, aggrauatur, & alteratur delictum, secundum Bar. in l. non solum. §. sed vt probari uerfi. pone statutum & ibi per Alexan. ff. de no. ope. nunc. & in l. libellorum. 4. col. in prin. vers. circa tempus quæro. ff. de accusa. Item ratione loci, in quo delictum committitur, similiter aggrauatur delictum, & sic grauius est delictum, quod committitur in ecclesia quam illud quod committitur extra ecclesiam, ea cum pro causa de sen. excom. & ca. frater. 17. quæst. 4. & habetur per dom. Abb. in ca. immunitatem extra de immu. eccl. q. & voluit Plato. in dial. 10. de lege. in prin. (inquit enim) reliquorum uero maxima sunt, petulantium iuuenum contumelia, atq; iniuriæ; quæ tunc maxima quando in sacra committuntur, præsertim cum publica atque sancta, vel in tribum aliquorum communionem, vel aliorū huiusmodi. de quo infra videbimus. sed ex quibus delicta aggrauantur, aut augentur vide omnino Guliel. de Bened. in cap. Rainucius de testa. in quæstio. de homicid. nu. 13. cum pluribus sequētib. ¶ Vtrum in omnibus admittere compositio-

positionem, sit iustitiam facere, sit que laudabile? & quæ requirantur, vt licite fieri possit vide Dom. Fabium. monteico. locren. in suo pulchro tracta. de qua tuor. lib. arb. in 3. & vlti. parte quintæ principalis, & in sequētib. quæ omnia laudabile, ibi dicta, si non toruo oculo inspexeris multum utilitatis reportabis ex eis.

VT SI ET S SACRILEGIUM.

Cap. XVI.

S P M M A R I V M.

- | | | | |
|----|--|----|--|
| 1 | Sacrilegium enorme ex Platone. | 22 | Clericus cum re furuua an fugiens, à priuato capi potest. |
| 2 | Sacrilegium quid sit. | 23 | Clericus seditionis publice faciens, impune percussur. |
| 3 | Sacrilegium multis modis improprie committitur. | 24 | Sacrilegium non committit offendens clericum incedentem vestibus laicalibus. |
| 4 | Sacrilegium committit vastans ecclesiam. | 25 | Sacrilegium non committitur, si quis pro sua, vel suorum defensione, & etiam extraneorum clericum percussit. |
| 5 | Sacrilegium committit violans monialem. | 26 | Sacrilegium non dicitur, quando manus iniicitur in rem in potestate clerici existentem. |
| 6 | Sacrilegium committit clericus consultans aruspices. | 27 | Sacrilegium non est, quādo propter non solum canonem quis clericum suum inquilinum expellit. |
| 7 | Sacrilegium committit qui iniuste aliquem excommunicat. | 28 | Exequutio contra clericum per iudicem laicum, pro domus pensione an fieri possit? |
| 8 | Sacrilegium committit violans immunitatem Ecclesie. | 29 | Sacrilegium an faciant alia preparatoria, præter manus iniectioem? |
| 9 | Pœna vexantibus prædia Ecclesie imponenda. | 30 | Offensa dum sit vis non est faciendā quomodo fiat. |
| 10 | Sacrilegium an committat percussens clericum. | 31 | Capitulum si quis suadente, an locum habeat in omni iniuria? |
| 11 | Sacrilegium quādo dicatur exceptum? | 32 | Sacrilegium an fiat per omnem manus iniectioem? |
| 12 | Infamas quādo accusent de sacrilegio. | 33 | Animus potissimum iniuriandi, requiritur in sacrilegio quomodolibet committendo. |
| 13 | Sacrilegium potest puniri per ecclesiasticum etiam in laicos. | 34 | Dolus requiritur in sacrilegio perficiendo. |
| 14 | Sacrilegium est orimen mixti fori. | 35 | Sacrilegium committitur per solam percussioem: per cetera incurretur in excommunicationem tantum. |
| 15 | Sacrilegij qualiter defundantur. Et primo probando rem ablatam animo furandi non fuisse. Et infra per totum. | 36 | Offendens clericum, an ante absolutionem debeat satisfacere Ecclesie sue? |
| 16 | Sacrilegium non committitur, re non sacra à loco non sacro ablata. | 37 | Clericus ad iniectum se offendentes, in excommunicationem inuidetur. |
| 17 | Sacrilegium non dicitur violatio Ecclesie adhuc non sacre. | | |
| 18 | Sacrilegij an committat manū iniiciens in clericum excommunicatum? | | |
| 19 | Sacrilegium non committit percussens clericum hereticum. | | |
| 20 | Sacrilegium an committat offendens clericum à iudice laico bannitum? | | |
| 21 | Clericus in fraganti repertus, licite capi potest à priuato. | | |

- 38 Minor aetas excusat quo ad minorem poenam.
- 39 Adulterum clericum offendens non est sacrilegus.
- 40 Iniuria illata clerico, duplicem parit actionem.
- 41 Iniuria factis factio qualiter fiat clerico.
- 42 Iniuriarum actio quanto tempore expiret.
- 43 Sacrilegium non committitur & si offensus clericus immiscens se enormitatibus.
- 44 Sacrilegium an committatur facta percussione in clericum divina turbantem?
- 45 Clericus percussus clericum a quo ab soluetur.
- 46 Sacrilegium excusat honorem & famam, quoad diminutionem poenam.
- 47 Sacrilegium non est: cum famis necessitate fuerit. Et non de nocte infra nu. 48. & supra nu. 33.
- 49 Poena diminuitur antiquitate temporis: Et minoritate, seu decrepitate. Et infra numer. 50.
- 51 Mulier mihi punitur in sacrilegio.
- 52 Sacrilegium non est iniforme utraque iure.
- 53 Poena sacrilegij quae sit.



Sacrilegij enormis ex Platone.

SACRILEGII enormitas, & grauitas, nedum (differantissime lector) ex facis canonibus, decretisq; sanctorum patrum, facile deprehendi potest; sed si dicta Platonis legantur in dialogo 9. de legibus in princ. utiq; grauior reputabitur, quippe cum de sacris deorum falorum ibi agatur. ¶ Et tam graue delictum reputatur; quid igitur facientium de pessimis & sceleratissimis Dei omnipotentis &

cius sacrorum sacrilegis? sic comprehendi potest cum enim sacrilegij legem instituisse voluisset, tale praemittendum proccium putauit. O mirabilis vir, non humanum te malum, neque diuinum ad sacrilegia vertit: sed exitialis quidam asilus a praeis atq; in exiatis. Agitans innatus hominibus circu agens, quem cunctis viribus, effugere debes, quomodo autem effugies, audi. cum talis oboritur in animo cogitatio; confuge ad expiationes obsecro, confuge ad liberatorum deorum sacrificia supplex, confuge ad bonorum virorum consuetudines, vbi partim audias, partim tu quoq; dicas iusta, honestaq; ab omnibus esse colenda. Malorum vero consuetudines apprime fugias; quae si feceris cessaueritq; morbus, bene tecum actum erit, aliter autem mori fatius fore arbitratu; desine viuere. Demum legem inscribens (inquit) qui deprehensus in sacrilegio fuerit: si seruus, peregrinus ve fuerit: in facie, ac manibus calamitate ipsius litteris iniusta vel beratus (prout iudicibus videbitur) nudus extra fines pellatur forte enim supplicio continentior factus, euadet denique melior: nullum quippe supplicium lege factum, ad malum tendit, sed duorum alterum fere semper solet efficere. Nam aut melior, aut certe minus prauus, qui poenas dedit solent fieri. Si vero ciuis quispiam, aliquid tale in Deos, aut in parentes, aut in patriam perpetrare, & ad maximam iniuriam induxisse animum deprehendatur, hunc iudex quia ex puero bene doctus educatusq; a maximo scelere non abstuluit, sanari non posse existimet. Poena huic moris malorum minimum, vituperatus autem vt exemplo alios iuuet; extra fines perdatu. Vides igitur Platonem quam enorme & graue sacrilegium reputauerit? extant apud Cassiodorum lib. 2. notabiles epistolae; quarum vna sub tit. edicti sic habet quid, adhuc minime audacia humana tentabis, si & ibi furta ac sacrilegia porrigis, vbi te minime latere cognoscis? Vt illudas oculis fortasse mortalibus, quamuis iniqua tamen aliqua videtur praesumptio, quanta vero caecitate damnatur,

Sacrilegij En Cuiodorum.

tur, qui se existimat perpetrare quod diuinitas non possit aduerrere, sed ne similis ulterius grassetur praesumptio, aut diuinam patientiam frequens prouocare possit excessus, edictali programmare diffinimus, vt qui in hac fuerit ultrarius fraudem veratus, & militia carere, & compendium proprio facultatis amittit. Grauiore siquidem poena plendum, qui usque ad iniuriam diuinam sua nihilominus retendit audaciam habens, pauperes dona regnastrum, possideat aliquid, quibus nulla facultas est; Cur aliena substantia in regali largitate posita, per uadit possessio eius. Rabile munus principis est quem admodum praesumat subiectus contingere, quod Deo respicit humilitatem dominantis offerre. Additur quod talibus non dare; tulisse est & merito quando qui potest efurientibus subuenire si non parit extinguit. Pudeat illis tollere, quibus iuventur offerre ultra omnes crudelitates est; diuitem fieri velle de exiguitate mendici. Amentur honesta iura, horreantur damnoosa compendia; nullus au deat inde tollere, quod possit collecta dispeigere, addendo perdit, qui retinendo collegarit, & pauperem potius ad se trahit, si exigentium pecunias non repellit. grauitatemq; huius sceleratissimi criminis probat trogus Pompeius, & eius abbreviator Iustinus cambyfes (inquit) Persarum Rex ad ammonis templum expugnandum exercitum misit, qui tempestatibus & arenarum mollibus oppressus; interijt Xerxes quoque quatuor milia armatorum delphos ad templum Apollinis diripiendum misit, quae manus tota imbris, & fulminibus deleta, est Philomenes Graecorum phocensium Dux, postquam Apollinis templum spoliauerat. sequenti praelio pius inter confertissimos hostes dimicans cecidit; & sacrilegij poenas impiissimo sanguine luit; Brennus Gallorum Dux quasi terrena spolia siderent animum, ad Deorum templa conuertit scurriliter iocatus locupletes Deos largiri hominibus oportere. Sed idem cum postmodum dolore vulnerum ferre non posset, pugione sibi & in famem; & erudelum morte conscuit, Antiochus Syriae Rex, sperans se sub specie tributariae necessitatis excusatus sacrilegia commissum adhibito exercitu nocte templum didymaei iouis aggreditur, quare prodita, concursu incolaru; enim omni militia intere sicut, totus etiam ille Brenni exercitus (qui Tolosam reuerfus est) comprehensus pestifera lue non prius sanitatem recuperauit, quam aurum argentumq; sacrilegis quaesitum in tholosensem lacum emergeret quod longo post tempore Capio Romanos consul abstulit, quodq; sacrilegij, causa excidij; Cepioni exercituiq; eius postea fuit Romanis quoque cimbrici bellitum ultus, velut vltor sacrae pecuniae insequutus fuit, Apollinis templum Carthagine a Romanis oppressa quida intrantes veste aurea Apollinem nuda uerant, id egit vt sacrilegiae manus inter fragmenta eius abscissae inuenirentur. Nec minus efficax vltor contemptae religionis, filius quoque eius Aesculapius, qui consecratum templo suo locum, a Tertulio praefecto Antonij ad naues ei faciendas, magna ex parte succisur dolens inter ipsum nefarium mittere, deuictis paribus Antonij imperio Caesaris morti destinatum Tertulium manifestis numinis sui viribus in eum locum quem violauerat: traxit effecitq; vt ibi potissimum a militibus Caesarianis occisus eodem exitio & eussis iam arboribus poenas lueret; & adhuc superantibus impunitatem consimilis iniuria pareret suamq; venerationem quam apud colentes maximam semper habuerat, Deus multiplicauit. Et milites Alexandri Mileto ab Alexandro capta, dum templum Cereris spoliaturi inuperant, flamma obiecta, oculis priuari exiterunt. & Dionysus Siracusanus qui sano prosperinae spoliato locris, eum per altam secundo vento classe ueheretur: irridens amicus videtis ne (ait) quam

Secundum Iustinum.

quā bona nauigatio ab ipsi. Diis immortalibus sacrilegis tribuatur? de tracto & Ioui olympio magni ponderis aureo amiculo, quo cum tyrannus Hiero e manubiis Carthagenisum ornauerat; iniectōq; ei lanceo pallio dixit, aestate grauem esse aureum amiculum, hyeme frigidum, lanceum autem ad utrumq; tempus anni aptius. Idē epidauri Aesculapio barbam auream demiussit: qđ affirmaret non conuenire patrē Appollinis imberbem, ipsum vero barbātū conspici. Idem mensas argenteas, atque aureas e fanis substulit, quodq; in his more graciā scriptum erat bonorum Deorum eas esse vti se bonitate eorum pradicauit. Idem victorias aureas, & pateras, & coronas, quæ simulachrum porrectis manibus substinchantur, tollebat; & eas se accipere, non auferre dicebat: per quam stultum esse argumentando, a quibus bona præcamur: ab his porrigentibus nolle sumere, quæ iam & si debita supplicia non exoluit: dedecore tamen filij mortuus poenas, rependit, quas, viuis effugerat: lento enim gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, tarditatemq; supplicij grauitate compensat, vt legitur apud Valer. Maxi. li. 1. c. 2. de negle. religio, ex omnibus enim igitur his exemplis, facile cernitur grauitas & enormitas huius delicti. § Sacri- 2 legium inquam proprie dicitur quando quis, sacra aut de sacro legit, idest furatur, secundum Terent. Ad elph. 2. 4. 1. Vbi est ille sacrilegus, Plin. li. 24. cap. 17. 7. ophiusam in elephantinæ eiusdem æthiopiæ liuidam difficilemq; aspectu, quæ putat terrorem minasq; serpentium obseruari, ita, vt mortem sibi eo metu consciscant ob id cogi sacrilegos illam bibere. & Cicero secundo de legi. 6. 5. clare interpretatur sacrilegium, qui aliquid e sacro abstulerit (inquit enim) facile- 3 go poena est, neque ei soli qui sacrum abstulerit, sed etiam ei qui sacro commendatum, quod & nunc multis fit in fanis. & Quintilia. lib. 5. cap. 10. 6. 1. si quis sacrilegium faciet, faciet & furtum. & etiam in canonibus in sua propria significatione, sacrilegium proprie dicitur committi, quando aufertur sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro: siue cum violentia aut sine cap. quis- 4 quis 17. quæst. 4. improprie tamen ad alias species sacrilegij, refertur; vt per Pet. de Ancha. in cap. foelicis de pœn. in 6. & habetur per Ioan. And. in nouela in d. cap. foelicis. & licet secundum leges, vtrunq; e requiratur (scilicet, vt sacrum de sacro auferatur) vt committeretur sacrilegium: tamen secundum canones, vnum sufficit, vt habetur in prædictis locis & maxime per Ioan. And. 5 § Improprie tamen sacrilegium multis modis committitur secundum Archidia. in d. ca. foelicis & ibi Pet. de Ancha. & Io. And. nam sacrilegium cōmittit ille, qui iniuste vexat ecclesiam 12. quæst. 2. cap. prædia & 16. quæst. 1. cap. placet in si sed si rex. ille prædia, recte ponderetur: loquitur de eo qui occupauit prædia ecclesiarum in suis vrbibus applicando, & sic nimirum, si est sacrilegium. 6 § Item committit sacrilegium, qui ecclesiam vastat, vt in cap. sicut qui 27. q. 4. 4 de uoluit Ioan. And. alleg. 17. quæst. 4. d. ca. sicut qui. § Item sacrilegium committit ille qui violat monia em. quia violat templū Deo consecratū, vt 27. q. 2. cap. sciendum sed voluit dicere 27. quæst. 1. cap. sciendum & tales secundum Archidia. ibi. deponuntur & excommunicantur, idest si clericus fuerit aut episcopus, præbyter, diaconus, aut subdiaconus, aut alius quiuus deponi debet, & si erit secularis debet excommunicari; vt in cap. si episcopus ead. 27. quæst. 1. & hoc est de æquitate canonum, cum secundum leges aliter puniantur layci cōmittentes tale crimen vt l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cleri. § Itē clericus qui haruspices incantatores, vel tatiolos, & careros similes consuluisse fuerit deprehensus, vt 26. quæst. 5. ca. si quis episcopus, & poena est, vt suspendatur ab honore dignitatis suæ, & in monasterium detrudatur: vt ibi perpetuo 7 pœnitent-

Sacrilegiū quale sit.

Sacrilegiū cōmittitur multis modis improprie.

Sacrilegiū committit qui violat monial

Sacrilegiū committit clericus cōsulens haruspices.

7 pœnitentiam peragat. § Item si quis prælatus indebite & iniuste, malo animo & zelo excommunicauerit aliquem, cōmittit crimen sacrilegij, ut in cap. non in perpetuum 24. quæst. 3. & talis suspenditur per triginta dies vt in cap. de illicita ead. cau. & quæst. & tenetur actione iniuriarum vt 11. quæst. 3. cap. temerarium, & tenetur etiā ad interesse, & ad maiorem pœnam si fuerit uisum expeditre ea. ex facio extra de sentent. excom. & per glo. ibi. in d. c. non in perpetuo. 8 § Item qui violat immunitatem Ecclesiæ sacrilegium cōmittit, vt 17. quæst. 4. per totam & priuatur, communionem fidelium. ut in cap. frater. 17. quæst. 4. 9 § Poena autem illorum qui vexant prædia ecclesiastica est perpetua infamia, & poena carceris, exilij perpetua deportationis. ut in c. attendendū est 17. q. 4. 10 & poena excommunicationis secundum Archidia. ibi. § Item cōmittitur sacrilegium per eum qui percussit clericum, aut quamlibet aliam ecclesiasticā personam; ut est tex. in cap. si quis deinceps 17. quæst. 4. Poena autem in tali sacrilegio est vt si aliquis verberasset priorem, aut alios in dignitate constitutos de regularibus, aut episcopum, aut aliqua vide sua sede expulerit, debet excommunicari, & bona eius Ecclesiæ applicantur, & si quis percussit præbyterum, vel alium inferiorem, ab honore deponitur; & canonicæ pœnitentiæ subiacebit, & si fuerit contumax excommunicetur: imo ipso iure est hodie excommu- 11 nicatus, vt in cap. si quis suadente ead. cau. & quæst. § Item est aduertendum, secundum Arch. in ca. si quis suadente ea. 17. quæst. 4. in verbo maiestatis, quod sacrilegium tunc dicitur crimen exceptum; quando cōmittitur in Ecclesiam 12 immediate, aut Episcopum. § Et tunc verum est quod infames admittuntur ad accusandum de illo crimine, non autem in ceteris casibus, quibus sacrilegium committitur, & hoc dicit notari per Lau. & Hug. ibi. § Item est aduertendum quod ratione sacrilegij, ecclesiasticus iudex potest punire laicos; etiā imponendo pœnam temporalem & legalem; ut habetur in cap. ad aures extra de pœn. & ibi not. do. Abb. § Est tamen bene verum quod crimen istud ex misti 14 fori, & de eo cognoscit iudex ecclesiasticus, & etiam secularis vt nota in c. cum sit generale & ibi do. Abb. extra de for. comp. & habetur per eundem do. Abb. 15 in cap. accepisti de sponsa. & in c. gaudeamus de conuer. coniu. § Defensiones autem quæ possunt fieri aduersus prima species sacrilegij, variæ sunt in iure, prout vario modo committitur sacrilegium, & ideo potest primo probari, qđ ille qui abstulit res sacras de loco sacro, vel res de loco sacro non abstulit animo furandi, & conuertendi in vsus proprios, sed potius vt restitueret ecclesie. nam eo casu non committitur sacrilegium arg. ff. quæ in frau. credito. l. ait prætor. § debitorē propositum enim & voluntas distinguunt maleficia cum voluntate extra de sentent. excomm. & tradit. prædicta Archid. in ca. quis- 16 quis 17. quæst. 4. § Item potest probari quod res ablata non erat sacra, & ablata est, à non loco sacro, nam tunc non committitur sacrilegium cap. si quis ead. 17. quæst. 4. & ibi not. Archid. § Et pari modo, si inquiratur quod violauerit Ecclesiam potest probari, quod non erat sacra quia violatio Ecclesiæ non- 17 sacrilegio quod committitur in verberando, & manus violentas in clericum iniiciendo, potest probari quod erat clericus excommunicatus quo casu non committitur sacrilegium, arg. eorum quæ not. in 3. quæst. 5. ca. excommunicatorum, quod quidem non placuit glos. in ca. si quis deinceps est tamen bene verum, quod si clericus esset depositus, & esset incorrigibilis quia tunc nō incurritur in sacrilegium, quod intelligit verum ibi Archidia. si habetur licentiā 19 ab ecclesiastico, non aliās. § Item potest probari quod clericus percussus, erat hæreticus;

Sacrilegiū committit violans immunitatē Ecclesiæ. an committit pœnitens clericum.

Sacrilegiū quando dicitur exceptum.

Sacrilegiū potest puniri p. Ecclesiasticū etiā in laicos. Sacrilegiū est crimen mixti fori. Sacrilegi qualiter defendant.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

hæreticus; nam potest percuti & sine pœna cap. si quis suadente 17. quæst. 4. & Car. in cle. 2. §. cæterum. de electio. ¶ Item potest probari quod erat bannitus à iudice laico, & quod ex forma statuti, bannitus impune offendi potest nam tunc non incurritur in sacrilegium propter auctoritatem iudicis, quæ excusat secundum Bal. in addi. spe. in tit. de cita. 2. col. vers. si tamē citatio nec processus & Archi. in c. olim de iniur. & dam. da. ¶ Itē potest probari, qđ clericus fuit repertus, in fraganti crimine, ideo potuit licite capi, etiā per priuatum dummodo statim ducatur ad iudicem ecclesiasticum. secundum Imo. in c. vt fama in glo. sua in uerbo prælatorum & ibi. Io. And. & Panor. 1. col. de senten. excō.

De eodem. ¶ Item potest probari, quod clericus aufugiebat refurtiua, quia tunc capi potest secundum Abba. in ca. si verò extra de senten. excom. ¶ Item potest probari quod clericus percussus faciebat seditionis, & bella publice: non propulsendo iniurias, sed inferendo, quia tunc licite percutiatur, quia amittit priuilegium ca. perpendimus de sentē. excom. ¶ Item potest probari, quod incedebat clericus cum uestibus laicalibus, & communiter reputatur, & tenebatur vt laicus, nec aliqua insignia clericatus deferrebat, nam eo casu non committitur sacrilegium per litem apud labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniur. & est tex. in cap. si verò aliquis de senten. excom. & potest probari per iuramentū secundū Abb. ibi & volunt docto. in l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cler. ¶ Itē potest probari qđ animo se defendendi, non autem offendēdi, quis clericū percussit, dum tamen interuenerit moderamen inculpatae tutelæ vt dicit glo. & not. do. in cle. si quis suadente extra de pœn. & habetur in ca. in quibusdā extra cō. titulo & habetur per Bonifa. de Vitali. in d. cle. si quis suadente hoc. n. probato nō committitur sacrilegium. Adde Abb. in c. 1. de senten. excom. & est tex. in ca. si verò alicuius eo. tit. & non solū hoc habet locum, quando pro defensione propria fieret offensio: sed etiam pro defensione suorū, & etiam extraneorū secundum do. Abb. in d. ca. si verò & procedit etiā si pro defensione propria vel etiā aliena vt ibi per eum. ¶ Item potest probari quod quis iniecit manus violentas circa res quæ tenebatur à clerico in manibus seu. inherebant circa personam, non tamen aliqua offensa est facta in personā secundum Guliel. & voluit Bonifa. in d. cle. si quis suadente num. 95. vbi refert id voluisse Innocen. ¶ Item potest probari, quod clericus exat inquilinus laici: & quia non soluit pensionem fuit expulsus propria auctore quia licitum fuit & est ca. potuit extra loca: qđ est verum, quando clericū ingredi volentem nō admisit, vel volentē, & inferentem vim, vi locator repulit. l. vt vim. ff. de iust. & iur. alias si eū expelleret inuitū, quia non potest esse sine manus iniectione non liceret. ¶ Adde quod pro pensione domus potest licite fieri executio contra clericū per iudicem laicum ita Petr. de Rebuff. in tract. de lit. obliga. ar. 4. glof. 2. nume. 14. primo to. sua. cōst. & ita dicit fuisse decimū in magna curia do. Casar. de Luciano optimus doctor. ¶ Est tamen aduertendum quod potest etiam probari quod realiter non interuenit manuum iniectio: nam licet interuenissent aliqua preparatoria, nō tamē cōmittitur sacrilegiū, vt similiter not. Bonifa. de Vitali in cle. multorum de pœn. ¶ Est tamen bene verum quod non est vis faciēda, an offensa sit facta manibus, pedibus aut dentibus aut humeris, vel spatulis, aut sputo. vel vrina siue quocunq; alio corporeo instrumento siue etiam fragrantur vestes quæ adherent corpori, vt notat gl. in ca. si quis suadente. 17. q. 4. & ibi Arch. & habetur per Bonifat. in d. cle. multorū num. 66. ¶ Excluditur tñ iniuria facta verbo, scripto, & domi pro quibus iniuriis non habet locum dictum cap. si quis suadente. ¶ Item potest probari quod illa iniectio manuum non fuit violenta, sed

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

Executio
cōtra cleri
cū per iudi
cem laicū
pro domi
pensione, an
fieri possit.

De eodem.

De eodem.

sed iocosa, vel castigatoria, aut disciplinaria, vel defensoria quia istis casibus non committitur sacrilegium & non habet locum cap. si quis suadente. Adde Abb. in ca. 1. de sen. excom. & potest probari saltim per iuramentū offendentis. secundum Abb. in ca. si verò alicuius eo. tit. ca. si verò extra de senten. excom.

33 ¶ Item pōt probari, quod nō animo iniuriandi percussit clericū, vel alicui ab eo abstulit: exemplū si aliquis insequutus ab eius inimicis, volēs se saluare, inuenit clericū stantē in medio eū vix: qui impediēbat fugam, nisi manibus. n. represseret, vt daret locum fugæ, vel clericus erat in quadam porta, domus, in quam volens introire, fecit clericū cadere, vel abstulit equum, & ascendit dictum equum quē tenebat clericus, nam licet hæc omnia fecisset contra voluntatē clericū, non tñ in eius iniuriā, sed in tutelam sui corporis, vel potest probari quod causa frigoris, necessitate stantē, abstulit clericō mantellū, quē defert, vt se protegat, non causa iniuriandi, aut depredandi, nec clericus habebat eadem necessitatē, eodē modo si ei auferat panem, quem portat in manu. stante famis necessitate. ¶ Item potest probari quod in percussione clericū, non interuenit dolus, & sic quod non intendebat percutere clericum, vt habetur de his omnibus. per Bonifa. de vitali in d. cle. multorum num. 66. cum sequentibus.

34 ¶ Item potest probari, quod nulla percussio iateruenit, sed tantummodo infectio, & admenatio, seu vibratio, quia tunc non committitur sacrilegium, & non incurritur in excommunicationē, vt nota Petr. de Ancha, in cap. felicitis de pœn. in 6. & dicit notari per Io. And. post Archi. ibi licet Archi. in ca. sicut 17. q. 4. dixerit esse excommunicatum, si per se non sterisset percutere, sed tamen postea tenet qđ grauiter peccat, non tñ est excommunicatus. & vide Abba. in cap. 1. de senten. excom. ¶ Item est aduertendū, quod pro offensa facta Ecclesiæ, quia facta est offensio eius clerico, pro qua offendens est excommunicatus, non tenetur ipse offendens ante absolutionē satisfacere Ecclesiæ, de offensa facta Ecclesiæ sed pro illa præstanda debet dari fideiussio. nam aut pœna illa erit corporalis, vel pecuniaria; & tunc applicabitur fisco, & ita tenet Bonifat. in cle. si quis suadente nu. 68. bene tamen tenetur ante absolutionē, realiter satisfacere clerico offenso de eius offensa, & demū præstatur fideiussoria cautio de implendo seu soluendo pœnam, & pœnitentiam quæ imponeretur, pro illo delicto. & dicit Archi. in ca. si quis deinceps 17. q. 4. quod non sufficit offendentem flectere genua corā offensore, & misericordiā petere, sed debet facere satisfactio nē iniuriæ iniurianti ca. olim extra de iniur. & deinde habere absolutionem à Papa nisi stante impedimēto ca. quāuis de sen. excom. ¶ An autē clerici ad inuicem se percutiētes, incidant excommunicationē in quo dicas, quod sic, etiā si non potest apparere quis fuit aggressor, & quis aggressus secundum Abba. in ca. 1. de senten. excom. nu. 3. ¶ Item potest probari minor ætas, quæ excusat quoad minorem pœnam, & sic licet minor non excusetur ab excommunicatione tamen excusatur, quia pro absolutione non tenetur ire ad Papam vt not. Abb. in ca. 1. de senten. excom. infans tamen omnino excusatur. ut ibi. ¶ Item potest probari quod fuit repertus clericus cum vxore, matre, & sorore, vel filia, nam excusatur si manus iniecit violentas ca. si verò alicuius extra de sen. excom. non tamē de iure canonico potest occidere clericū, imo infert. Io. de Ana. in c. inter fecisti de homi. quod in terris Ecclesiæ posset decapitari talis occidens quod dicit esse mirabile ibi Felx. & uide Ange. de Are. in verbo che me hai adulterata la mia donna. ¶ Item est notandū quod pro iniuria illata clerico duplex actio oritur, altera sibi altera verò Ecclesiæ, cui subest, & sic remissio iniuriæ facta per clericum, non nocet Ecclesiæ, & e contra secundū Abb. in ca. parrochianos

De eodem.

De eodem.

Offendens clericū, ante absolutionē debet satisfacere Ecclesiæ iux.

Clerici ad inuicem se offendentes, in excom. u. nicationē incidunt.

Minor ætas excusat quoad minorem pœnam.

extra

in iuria illa a clerico, duplici patet actione. In iurium actio quanto tempore expiatur.

extra de senten. excom. ¶ Qualiter enim fieri debet satisfactio iniuriæ clerico, per iniuriam dicas, quod extimabitur iniuria, secundum qualitatem & quantitatem personæ iniuriatæ, & iniuriæ, & emendabitur ipsi clerico, & solvuntur damna, expensæ, & interesse secundum Abb. in c. ea noscitur de senten. excom. ¶ Item notandum, quod licet actio iniuriarum expiatur post annum l. si non conuicij. C. de iniur. tamen si iniuriatus petit absolutionem post annum: potest per viam exceptionis opponi non debere, concedi, nisi facta satisfactio, secundum eundem Abb. in d. ca. ea noscitur de senten. excom. ¶ Item potest probari quod clericus percussus vel etiam occisus, dimisso habitu clericali, enormitatibus se immiscuit, iam talis non est defendendus sacrilegus: vt est tex. & ibi nor. do. Abba in cap. cum non ab homine, de senten. excom. debet tamen occisoribus imponi poenitentia de necessitate, quando iuste interficissent; sed quando iuste ad cautelam imponitur. ut in fine dicit idem do. Abba. ¶ Item potest probari, quod percussio fuit facta in clericum turbantem diuina officia, quia tunc non committitur sacrilegium vt est tex. & ibi nota. dom. Abb. in cap. veniens extra de senten. excom. & voluit Archi. in ca. in loco benedictionis 5. quæst. 4. ¶ Quæro ergo, si clericus percutit, clericum: a quo absoluetur ab excommunicatione? dicit dom. Abb. in ca. cum illorum de senten. excom. quod in eo casu, in quo secularis clericus percutiens clericum secularem potest etiam ab Episcopo absolui, vt in c. religioso e. tit. de senten. excom. lib. 6. ¶ Item potest probari in sacrilegio commisso, primo modo ad excusationem, seu diminutionem poenæ: quod persona quæ sacrilegium commisit, sit bonæ conditionis & famæ non solita similia patrare, & quod non fuit in dolo, secundum Boer. in decisio. 254. in secunda parte num. 14. ¶ Item potest probari quod abstulit necessitate famis: vt se & suos aleret, non valens aliter se alere c. 2. de his qui si. occi. ¶ Item potest probari quod non de nocte, sed de die, & non cum violentia arg. notam in cap. per fodiens & ibi nota per Abba & Ioan. And. de fur. ¶ Item potest probari antiquitas temporis: quia diminuitur poena arg. l. si diuitio. ff. de poen. & per Abb. in ca. si. de consue. ¶ Item potest probari, minor ætas, seu decrepitas: nam omnibus istis casibus mitius punitur sacrilegius. ¶ Item si est mulier etiam mitius punitur, vt bene congerit Boer. in decisio. 254. secunda parte. ¶ Est tamen aduertendum, quod est differentia, inter ius commune, civile, & canonicum: quia de iure ciuili requiritur vt nunq; scilicet quod auferatur sacrum de sacro, vt committatur sacrilegium, vt habetur in l. sacrilegij poenam & sacrilegij capite ad l. iul. pecula. sed de iure canonico alterum sufficit cap. quisquis 17. q. 4. & glo. & Doc. in cap. conquesti de senten. excom. ¶ Poena autem sacrilegij quod committitur in rem sacram variatur, secundum quod varie potest committi: nam illud quidem grauius & magis horrendum dicitur quod committitur contra sacramentum Eucharistiæ: quia dicitur committi contra Christum directe, & ideo in tali casu, talis poena erit imponenda, secundum tex. in ca. de viro 12. q. 2. vt vno anno extra Ecclesiã Dei consistet e habeat, secundo vero anno, autem fores Ecclesiæ, sine communione maneat, tertio vero anno Ecclesiã Dei ingrediatur, & inter audientes astet sine oblatione, non manducans carnem, neque bibens vinum, præter dies Natiuitatis, & resurrectionis. Quarto vero anno, si his prioribus tribus annis fructuosus fuerit poenitentia labor, communioni fidelium restituatur cum promissione totius mentis, nunquam se talia facturum, & quod per septem annos, per tres cuiuslibet hebdomadæ dies, abstineat à potatione vini, & vsu carniuum. & hæc non est poena, quæ infligitur in

in foro iudiciali, sed potius in foro poenitentia. triplex poena imponitur per tex. in ca. quisquis, primo vt iudici soluat 21. libras argenti. Item damnatio nouies coponet, ite efficitur infamis, & carceri traditur, aut perpetua deportatione condemnentur; vt in d. c. quisquis 17. q. 4. & ca. attendendū & Hostien. dicit quod sacrilegus est deponendus, vt in summa de accusa. S. quis sit effectus sed poena depositionis habet locum in alia specie sacrilegij. S. quando est facta offensio in personas sacratas. vt in cap. si quis deinceps 17. quæst. 4. in offensa vero facta in rebus, loquitur text. in cap. indigna 12. quæst. 2. vbi dicit quod est poena excommunicationis minoris: & hæc poena potest intelligi vt habeat locum: quando quis inuadit, & usurpat res Ecclesiæ non autem habet locum in eo, qui accipit res sacratas de loco sacro, vbi extabat Eucharistiæ; quia tunc maior poena infligit vt supra; & sic secundum qualitatem, & speciem sacrilegij imponitur poena. Tẽpore. n. meo quidam de sancto Cypriano, de nocte, frangens hostiũ Ecclesiæ, abstulit quendam calicem, & vbi erat sacratissimũ sacramentũ Eucharistiæ: quo per eũ cognito, mādūcauit Eucharistiã, demum, calicem vendidit, & captus in terra schisati, & redactus in fortis regie audientia principatu citra, tortus, cõfessus fuit, & in super dixit quod cõmissõ dicto sacrilegio quidã eum semp infestabat, vt rediret domũ, & non fugiret: & dum ipse vellet aufugere faciebat ipsũ retrocedere versus domũ, in tantũ quod per quatuor dies nunquã potuit prolongari, & abesse ab eius domo, vsq; quõ captus fuit tandem fuit transmissus, & manibus decurtatis in loco Ecclesiæ fuit suspensus: & demum in frustra diuisus. & merito, postquam tantum facinus ausus fuit cõmittere.

Casus de facto.

VEL CRIMEN SIMONIAE.

Cap. XVIIII.

S Y M M A R I V M.

- | | | |
|----|---|---|
| 1 | Simoniam graue delictum. | infra num. 21. |
| 2 | Auaritiæ reputatur graue peccatum lege mahometis. | 19 Accusatione simoniae pendente suspenditur simoniacus. |
| 3 | Simoniam turpitudinis. | 20 Coniecturae sufficiens in crimine simoniae. |
| 4 | Simoniam crimen est peius idololatria. | 21 Accusare de simonia omnes possunt. |
| 5 | Simoniam dicitur heresis large. | 22 Testes omnes admittuntur in crimine simoniae. & infra num. 24. 25. 27. & 28. |
| 6 | Simoniam habet multa mala nomina. | 23 Exceptio inimicitiae reseruat ad meritum in crimine simoniae. |
| 7 | Simoniam non potest sanari nisi ferro ignito. | 26 Paupertas quando excuset a simonia. |
| 8 | Christus cur eiecit ementes, & vendentes de templo? & infra num. 9. 10. 11. & 12. | 29 Simoniam an sit, si datum est aliquid ordinatori, non procedente pactio? |
| 13 | Nostra non queramus sed que Iesu Christi. | 30 Simoniam an committatur, si datur certum quid pro expensis. |
| 14 | Religionis fide exempla. | 31 Consuetudo de dando aliquid pro sacramentis, excusat a simonia. |
| 15 | Christiani non seruauit religionem Christi, vt Mahometani seruans eorum. | |
| 16 | Simoniacus non edificat supra petram. | |
| 17 | Simoniam facit vt totus mundus ruat. | |
| 18 | Accusare de simonia quilibet potest. | |

M Monachus

- 32 *Monachus qui non tenetur seruire si desunt ei sumptus, potest aliquid accipere pro sacramentis.*
- 33 *Peni an aliquid possit pro sacramentis, & infra num. 35.*
- 34 *Dispensare qui possit in minoribus speciebus simonie.*
- 36 *Episcopus an possit accipere munus pro consecratione?*
- 37 *Prædicatoribus an liceat aliquid dare?*
- 38 *Pauperibus potest dari munus pro oratione.*
- 39 *Simonia an sit, si detur aliquid Ecclesie pro annuuario?*
- 40 *Monasteria an possint licite recipere pecuniam pro ingressu monialium?*
- 41 *Simonia non est, si detur aliquid abbati pro amicitia.*
- 42 *Simonia an sit, si detur ad vexationem evitandam?*
- 43 *Encensia licite dantur sine labe simonie. & infra num. 44.*
- 44 *Tria consideranda in intentione dantis & recipientis.*
- 45 *Simoniam inducit obsequium temporale præstitum pro spiritualibus.*
- 46 *Simonia an committatur, soluta pecunia pro beneficio, per inimicum beneficiarii?*
- 47 *Simonia qualiter excusetur. & infra num. 48.*
- 48 *Simonia committitur, si quid datur quomodo questio colore.*
- 50 *Simoniaci qua pena puniatur.*



Simonia turpido.

SIMONIAE quidem labe, quam enormissima, atq; grauissima sit, nemo est qui nesciat. Quippe eius radice conserata scilicet auaritia, quid foedius, quid grauius, & enormius dici potest? Recitat enim Valer. Max. lib. 7. tit. de necessitate, quod quidam prænestinus necessitate famis oppressus maluit marem captum ducentis denarij vendere, & fame necari, quam ipsum comedere & saluari, & Deorū prouidentia effectum est. vt & venditori & emptori quem vterque merebatur exitū tribuerit. Auaro enim fame consumpro, manubiis sordium suarū frui non licuit. Aequi animi vir ad salutare impensam faciemdam care quidē, verum necessario cōparato cibo vixit. Salustius. n. in Catilina inquit auaritia pecuniæ studium habet, quam nemo sapiens concupiuuit. ea quasi venenis malis imbuta, corpus animumq; virilem effeminar, semper infusa & infatiabilis est, neq; copia neque inopia minuitur. & Aul. Gel. not. act. lib. 3. cap. 1. dubitans quomodo esse poterit, auaritiā effeminare hominem, sic inquit quos auaritia minuit & corrumpit, quique sese querenda vndiq; pecunia dederunt eos plerosq; tali genere vitæ occupatos videmus: vt sicuti alia in his omnia præ pecunia, ita labor quoq; virilis exercendiq; corporis studiū relictum sit. negocijs se plerunq; ymbraticis, & sellularijs quæstibus intentos habent: in quibus omnis eorum vigor animi corporisq; clanguescit, & quod Salustius ait effeminarur & iterum licet, videatur quis cupidus pecuniæ, & tamen corpore vegeto ac valenti tamen quisquis pecuniæ cupiens, & corpore tamen est bene habito, ac strenuo, aliarum quoq; rerū vel studio vel exercitio eum teneri necessarium est, atq; in sese colendo non æque esse parcum. Nam si auaritia sola summa omnes hominis partes affectionesq; occupet: & si ad incuriam vsq; corporis grassetur, per illam vnam, neq; virtutis, neq; vitiū, neque corporis neque animi cura assit, tamen denique is vere dici potest effeminatus esse & animo, & corpore: qui neque se se, neque aliud curat: nisi pecuniam. Lege enim mahometis summū nephas, atq; peccatum auaritia reputatur omnium enim vitiorum radix dicitur, adeo quod mahometani referunt, quod Moses in montē Sinai quadā die interrogauit Deum quē hominem magis in mundo

de simonia
quæstio
de peccato
de simonia
de peccato
de simonia

mundo odisset? quem respondisse ferunt, quod accederet in ciuitatem, & iret ad quoddā heremum ibi. à remotis positum ibi enim inuenire quemdā hominem prædissertat, Caldeum hauffeza nomine, & de quæstio iam certitudinē haberet. qui cum accessisset inuenit iam hominē illum qui continuo legebat: & nunquā exibat nisi quibuslibet decem diebus: & Deus pro eius victu quolibet die duo mala granata dabat: & præ auaritia, dubitans donum Dei deficere omnia conferuabat adeo vt totam domum impleuerat eis, & inceperant iam marcescere, & dum Moses eum interrogasset quam igitur vitam faceret? Canis se facere inquit, vterius interrogans eum Moses, cur tota die legeret? Respondit se id facere vt Deus pro victu augeter prouisionē, & tandem non auigit, sicq; inquit Mosem clare cognouisse auarum esse Deo magis odiosum vt referet Ioan. Mena. li. præ. legis turcharum ca. 18. Quod enim turpius nephandiusq; dici potest quam domū spiritus sancti quod nobis gratuito datur: posse pecunia emere aut vendere illud posse arbitrari? Iudas enim & si Christū vendiderit vt hominē tamen vendidit: Spiritus sanctus non erat consubstantialis Christo, vt homini, sed Christo Deo simoniaci tamen cum spiritus sancti donum vendunt spiritum sanctū consubstantialē Christo Deo vendunt: sicq; peiores Iuda proditore, esse constat secundū Archid. in cap. col. 1. q. 1. & id probat tex. in d. ca. ¶ Est enim crimen simoniæ peius crimine idolatriæ: cum pro crimine idolatriæ fuerint peccantes puniti in tertiam & quartam generationē, & pro simonia, semen Giczi propheticæ auctoritate, vsq; in æternum maledictū sit vt in ca. cito turpem ead. cau. 1. q. 1. ¶ Dicitur etiā lato sumpto vocabulo simonia hæresis ca. præbyter. 1. q. 1. & habetur per Præpo. in ca. si quis pecuniā 79. dist. 6 & in d. ca. præbyter. ¶ Hinc est, quod canones multa mala nomina huic crimini ascribunt: quandoq; enim vocant simoniam, hæresim (vt supra) quandoq; piacularum flagitium. 1. q. 1. ca. quisquis, quādoq; execrabile vulnus canerosum ca. reperiuntur ead. cau. & q. quandoq; capitale crimen ca. qui studet ead. cau. & q. quandoq; sacrilegium vt ca. 1. 1. q. 3. quandoq; rabies: ca. 4. extra de simo. alibi pestis & labe ca. sicut & c. tanta eo. tit. alibi prauitas simoniaca vocatur cap. cum essent eod. tit. & reassumit Præpos. in ca. quos constituit ead. 1. q. 1. ¶ Non enim vitium simoniæ quod est canerosum, sanari potest nisi ferro igni to putredo carnis exuratur vt habetur in ca. reperiuntur ead. 1. q. 1. & ibi no. ¶ Præpo. ¶ Christus enim exemplo eiecit ementes, & vendentes quinque enim rationibus id factum arbitratur Præpos. in allegato cap. qui studet ead. 1. q. 1. Prima est quia negociatio maxime impedit deuotionem orationis, quia nemo potest Deo seruire & mammonæ Lucæ 16. & hanc rationem tangit. Saluator cum ait scriptum est Isaiæ. 56. Domus mea domus orationis vocabitur vos autem fecistis eam speluncā latronum. ¶ Secunda est ratio quia simoniaci emendo, & vendendo spiritualia directius peccant in Christū & Ecclesiam per contemptum donorum spiritus sancti. Ideo tanquā contemptores Ecclesie, eiecti ab Ecclesia cōdemnatur. ¶ Tertia ratio est, quia digna culpæ poena est, vt simoniaci qui pecuniæ gradus & officia in Ecclesia iniuste vsurpant ab eis iniuste priuentur, & eiciantur. ¶ Quarta ratio accipitur ex tex. ca. qui studet supra alleg. nam qui sunt in templo debent esse templum spiritus sancti, de quibus dicit Apostolus ad Cor. 6. templū spiritus sancti quod estis vos. simoniaci autē à se expellunt spiritum sanctū: eius dona cōtenendo. vnde in eis nō manet spiritus sanctus, sed spiritus mendacij ergo dignum est quod qui à suo tēplo eiciunt spiritū Christi, quod Christus eos expellat à templo suæ Ecclesie. ¶ Quinta ratio est, ad significandū quod ementes & vendentes gratiā spiritus sancti, id est

Simonia turpido.

Simonia est peior idolatriæ. Simonia dicitur hæresis. Simonia habet multa nomina.

Christi ementes & vendentes à templo dicitur.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

ordines & dignitates, quos ordines & dignitates concomitari debet gratia spiri-
 ritus sancti sunt eiiciendi de templo quantum ad litteram. *fab* Ecclesia separan-
 di per excommunicationem, & beneficii priuationem. *el* spiritualiter de templo quia
 ab unitate Ecclesiae sunt separandi, vel iam separati, vel de templo sunt eiicien-
 di. *de* celesti Ierusalem, quia in illam non intrabunt. *f* Hodie caueamus omnes
 nostra querere, & non potius quae Iesus Christi labiis autem Deum honorantes,
 humiles enim & curuato capite ne incedamus non deuotionis causa, sed vt ab
 hominibus laudemur. *f* Simile enim patris temporibus legitur de Numa Pom-
 pilio, qui vt populum Romanum sacris obligaret, volebat videri sibi cum Dea
 Aegeria congressus esse nocturnos. eiusque monitur, quae accepta Dijs immorta-
 libus sacra forent instituire. de Scipione Africano qui non ante ad negocia pu-
 blica, vel priuata ibat quam in cella Iouis Capitolini moratus fuisset, & ideo
 Ioue genitus credebatur, & de L. Sylla, qui quoties praesulum committere destina-
 bat, paruum Apollinis signum delphis sublatum, in conspectu militum complexus,
 orabat vt promissa maturaret. & de Pisistrato, qui in recuperanda tyrannide
 quam amiserat, simulatione redum centis se in arcem minerue vsus est, cum per
 ostentationem ignorae mulieris quae phia vocabatur, formatae ad habitum Deae,
 athenienses deciperet vt legitur apud Valer. Maxi. lib. 1. ca. 3. de simula. religio.
f Vinam. n. nos Christiani faceremus in eundo ad Ecclesiam, & ibi orando, ac
 stando. in nostra lege. quae mahumetani in dies facere videtur in sua inter alia
 enim praeccepta lege mahumetis constituta habent vnum quod vnusquisque
 quinque vicibus in dies accedere debeat ad Ecclesiam quam vocant, meschit.
 Prima igitur vice in albis, quam dicunt salanamazzi secunda vero in meridie,
 dicta vbenamazi, tertia per tres horas ante occasum solis, quae appellantur in chin
 dinamazzi quarta in occasum solis vulgo dicta ac sannamazzi. quinta & vlti-
 ma in duabus horis noctis, quae dicuntur iatnamazzi, in his enim horis ex praec-
 cepto legis, tenentur ire, & eorum orationes facere, & antequam a arca vadant lotis
 membris genitalibus masculini, & feminini sexus, lauant tribus vicibus manus,
 os, & nasum, & faciem paribus vicibus demum tibia, & aures & collum & in-
 lotione dicunt eorum lingua, & more, psalmum hinc elenche moete, o hiasro, de-
 mum lauant eorum pedes, & praecingentes se alium psalmum legunt dicentes, li illa
 phi circifon & his omnibus peractis, lento passu incedunt ad templa dicunt
 enim quod conuenit ire sic lento passu non autem velut homines fugitiui. &
 cum in templis fuerint, stantes manibus velut ligatis ad cingulum capite incli-
 nato, absque motu aliquo corporis orant, vsque quo sacerdos dixerit alta voce
 psalmum quendam, quo completo in terra omnes cadunt dicentes, sabanalla, sa-
 banalla, sabanalla, quod interpretatur Deus miserere nostri, & sic facie in terra
 versa, manent vsque quo iterum sacerdos canet psalmum prius dictum, de-
 mum surgunt, & sic quinque vicibus faciunt, demum sacerdote orante quod
 Deus velit Christianos, Iudaeos, & Graecos, ad eorum fidem reducere, omnes
 dicunt, Amin, Amin, & manibus ad caelum ereptis recedunt. vt refert Io. Ant.
 Menalib. 1. legis Turcharum cap. 6. & 7. vides enim quanta obseruantia quan-
 ta vt religione, qui Christi legem non seruant, orant & in Ecclesia manent.
 Nos autem in accessu, statione, & recessu semper de negociis (& vinam de ne-
 gociis solum) ratiocinamur & cogitamus, quare praecandus est Deus, vt duri-
 tie & velamen cordium nostrorum auferat. *f* Redeundo igitur ad rem, vnde dicitur
 ingressi sumus est notandum simoniacum non edificare supra petram quae est
 Christus, sed super arenam terrenam, auaritia & ideo eorum opus non manet,
 vnde assimilatur stulto qui aedificat domum super arenam, & descendit pluuia di-

Nō nostra
 quaramus
 sed Christi.
 Hippocristis
 Romano-
 rum.

Religio
 mahumeta-
 norum qua
 līs.

Simoniac
 nō aedificat
 supra pet-
 ram.

17 ruinam indignationis & sui aedificij arenosi fit ruina magna. ca. cū paulus 1. q. 1.
 & ibi. Praepos. no. *f* Ex Simonia enim totus mundus (vbi Christus colitur)
 ruit, quia pestis simoniaca non solum ordinatori & ordinato est nociua; cum
 arimabus illorum infligat laetale vulnus, verum etiam sicut intercessionibus
 adiuuari deberemus apud Deum; non adiuuamur, sed magis pergrauamur,
 cum quia indignis sacerdotibus mundus repletur, tum quia vbi simonia viget,
 nullus dignus ordinatur, quia nemo dignus, est, quia vult pecunia ordinari,
 cum per hoc efficitur indignus, vt habetur in ca. fertur ca. 1. q. 1. & ibi Praepos.
 18 *f* Admittitur enim ad accusandum de crimine simoniae quilibet christianus
 etiā infamis ca. si Dominus & ibi no. Abb. extra de simo. *f* Item pendete accu-
 satione simoniae, ipse accusatus debet prohiberi & suspendi ab administratio-
 ne diuinarum, super quo tamen aduertendum est. secundum do. Abba. in ca. accusa-
 tum eo. tit. q. duo sunt inspicienda, primū, nunquid simoniacus sit suspensus
 accusatione pendente, secundū, nunquid possit prohiberi ne missam celebret
 ad primū dicit q. aut est simoniacus in ordine, & quantumcunq; sit occultus
 est suspensus quo ad se, & quo ad alios, quia & alij peccat audiendo diuina ab
 eo 3. 2. dist. *f* verum si vero sit simoniacus quo ad beneficiū, & tūc si est manife-
 stus, & notorius, suspensus est quo ad se, & quo ad alios arg. in praes. §. verū
 & no. Inno. in ca. tanta extra co. tit. nisi delictum simoniae fuerit commissum eo
 ignorate arg. 1. q. 7. ca. praesentiu. sed cum hoc sciuerit, debet dimitti beneficiū.
 Si vero est occultus, & tunc est suspensus quo ad se, & non quo ad alios, sicut
 quilibet peccator. ipse peccat celebrando, sed alij non peccant eum audiendo,
 quo vero ad secundū, dicendum est, quod aut notoriū est, eum esse simoniacū,
 & ne dum debet prohiberi, immo deponi, secundū ea quae no. in ca. inquisitio-
 nis extra de accu. aut hoc non est notoriū, nec est infamatus, & non debet pro-
 hiberi, aut est infamatus, & debet prohiberi. *Bea. Thom. secundum d. q. c.*
art. vlt. dicit quod ille qui simoniace recepit ordinem, est ipso iure suspensus, &
quo ad se, vt scilicet, de executione sui ordinis se non intromittat, & quo ad
alios, vt scilicet nullus ei comunicet in ordinis executione, siue sit peccator
occultus, siue publicus. Si vero sit simoniacus, quia contulit ordinem simoniae
vel quia dedit, vel quia recipit beneficiū simoniace, vel fuit mediator simo-
niae, si est publicū, est ipso iure suspensus, & quo ad se, & quo ad alios: sed quan-
do est occultū est suspensus ipso iure quo ad tantum, non autem quo ad alios.
glo. in ca. nullus 3. 2. distin. tenet quod notorius simoniacus est suspensus ipso
iure. Archi. in ca. de his el. 2. distin. l. dicit quod etiā simoniacus in ordine occul-
tus, est suspensus ipso iure: & ita refert tenere Goffre. & idem tenet in cap. ad
hoc 3. 2. distin. dicens procedere in ordinato simoniace, vt siue publice, siue oc-
culte, ipso iure sit suspensus & quo ad se, & quo ad alios non autem procedit inor-
dinate. & idem tenet Innoc. in ca. tanta eo. tit. de simo. dicens esse suspensum
non tantū ab ordine simoniace recepto, sed ab omnibus, & idem dicit de noto-
 20 *rio simoniaco in beneficio, vt nedum sit suspensus à beneficio simoniace rece-*
*pto, sed etiā omnibus. *f* Item est aduertendum, quod adeo est immanitas huius*
criminis simoniae, qd licet in criminalibus requirantur probationes luce meri-
diana clariore l. sciant cuncti. C. de proba. canonizata 2. q. 8. & 5. q. 6. cap. epi-
phaniū, tamen in isto crimine simoniae, in odium sui, praesumptiones & conie-
cturae sufficiunt sicut in crimine haeresis, vt in ca. sicut simoniacus, & ibi Abb.
extra de simo. dicit tamen esse vehementes praesumptiones, & inditia secun-
dum Innoc. & Fely. ibi. sed si sunt leuia indicia, non potest ex illis procedi ad de-
positionem, sed bene potest in dici purgatio, & si defecerit in illa condemnabitur.

Simonia fa-
 cit vt totus
 mund' ruat.

Accusare
 de simonia
 quilibet po-
 test.

Accusatus
 de simonia
 suspēditur
 accusatio-
 ne pendem-
 te.

Simonia
 crimen nō
 requirit p-
 bationes cla-
 ras.

Accusare & testifica- ri oēs pos- sunt de si- monia.

¶ Item est notandum quod seruus, & meretrix, & criminosi possunt accusare de hoc crimine simoniae, vt habetur in ca. tanta extra de simo. & ibi not. Abb. & est aduertendum quod si laicus criminofus accusat clericum de simonia requiritur, quod ille clericus sit infamatus, alias si laicus accusat laicum, vel clericus clericum, non requiritur infamia, & ita dicunt ibi do. Abbas & Fely.

Inimicitia obiecta te- stibus an ante omnia debeat discuti. Testes criminosos admitti quauiter intelligatur.

¶ Item est aduertendum, quod licet exceptio & non repelluntur ex alia causa nisi inimicitiae, & conspirationis. vt in cap. licet heli & ibi not. Abb. extra de simo. ¶ Item est aduertendum, quod licet exceptio inimicitiae debeat discuti ante omnia, quando obiecti testibus tamen in crimine simoniae, recipiuntur omnes testes. & exceptio inimicitiae referuatur in disputatione post publicationem in causa. vt est tex. in d. ca. licet heli extra de simo. & ibi no. Abb. nu. 17. ¶ Et licet superius dixerim in crimine simoniae admitti testes criminosos, nihilominus in hoc est aduertendum quia tex. in ca. per tuas eo. tit. videtur aliquo modo aduersari, & ideo dicendum est, quod aut agitur de simonia ciuilitate, & secundum aequitatem, & persona contra qua agitur, sit irregularis inferioris gradus, & sit malae famae, & sine scdalo potest remoueri, & subint alia adminicula, & tunc testes criminosi debent admitti etiam non emendati velint nolint iudex, sed quanta fides sit eis adhibenda, iudex considerabit secundum qualitatem, & quantitatem criminum obiectorum. minor si fides adhibetur ubi obiectum crimina maiora quam parua, vel mitiora, & minor scdalo parua, quando minor. & maior fides, quando sunt aliquatenus emendati, quam quando ex toto perseuerant. Si uero deficeret aliquid ex praedictis testes criminosi non essent admittendi, vt si persona contra quam agitur, est secularis vel si esset regularis, & ageretur criminaliter, vel esset excellentioris dignitatis, vel non subsistent alia adminicula. nam cum per tuas dispositionem ca. per tuas recedatur a communibus regulis secundum quas testes criminosi perseuerantes non debent admitti, debet illud ca. restringi. Sed quod si simonia esset heresis, vt quia creditur gratiam spiritus sancti posse pretio acquiri, tunc indistincte admittuntur, sicut in crimine heresis, & ita declarat do. Abb. in d. ca. per tuas in fine. ¶ Vnū tamen aduertat, quod ubique; crimine si habilitatur ad testificandum: nunquam admittuntur per iur. vt habetur per glo. & Fely. in d. ca. per tuas & Fely. in ca. ex parte col. 2. versic.

De eodem.

¶ Nota quinto extra de testi. ¶ Potest tñ ad defensionem probari paupertas, respectu accipiētis aliquid simoniace: nam licet paupertas non excusaret simonia, si quis acciperet aliquid praecedente pactione c. qm̄ & c. tua extra de sim. & Arch. in c. 1. q. 1. & ibi Præposi. tamē si liberaliter sponte, sine pactione aliquid accipiatur, bene excusat ca. ad apostolicā extra de simo. potest. n. probari, quā causa eleemosinae datū est & sic etiā soluti prodest ista defensio vt ibi not. Proposi.

Defensiones q̄ possunt fieri in crimine simoniae.

¶ Item potest opponi, quod licet in hoc crimine admittuntur testes inhabiles ad testificandum; hoc est verum, ad probandum crimen simoniae immediate vel coniecturas per quas probatur ipsum crimen, sed ad probandum alia praambula, vel connexa, aut dependētia non admittuntur. secundum glo. in ca. per tuas extra de simo. & habetur per Bal. in Auth. si dicatur. C. de testib. & p. Præposi. in c. si quis episcopus 1. q. 1. in fi. ¶ Itē licet admittantur viles personae ad testificandum, nihilominus non est uerū indistincte, sed debet haberi consideratio ad personam accusati, ut si sit uilis, vel infamata, aut bonae vitae cōductionis secundum glo. in ca. tanta de simo. & in ca. cū p. manconella de accu. & Præposi. in d. ca. si quis episcopus in fine. ¶ Itē potest probari, quā bona intentione, & non deprauata potest receptione ordinis, nullo pacto praecedente sed ex mera liberalitate fuit aliquid datum modicum vel factū aliquod seruitium corporale ordi-

Testes criminosi admittunt ad probandum immediate crimen.

21
22
23
24
25
26
27
28

Testes viles quomodo admittantur in hoc crimine.

29

Simonia an sit, si datum est aliquid sponte.

Binatori, quia tunc non est simonia neque peccatum. secundum gl. cōmuniter ap probatam in ca. tua de simo. & in ca. emendari q. 1. & per Præpo. in ca. eos. 1. q. 1. nam si de intentione iū honesta non constat Ecclesiae, licet in veritate habuisset deprauatā intentionē. quo ad Ecclesiam non censetur simoniacus ille; sed quo ad Deū sic & ideo. secundum Arch. ibi, potest dari id quod alias fuisset daturus ca. & si quaestiones extra de simon. & sic potest probari, quod ante ordinem receptū, & ante beneficium habitum, & antequā aliquid de recipiendo ordinem, vel de habendo beneficium aliquid tractaretur, ipse coram pluribus declarauit se velle certum quid dare illi conferenti, aut ordinanti, & ei certum quid dare; item potest probari quod illud quod datum est, causa honoris est datum, & pro munere, & non pro aliquo pretio, quod quidem licitum est cap. de eulogis. 1. s. distia. & l. si remunerandi. ff. mand. ¶ Item potest probari, quod pro expensis & sumptibus est certum quid datum, non autem pro pretio. vt si aliquis praedicat, & pro elemosina accipit certum quid, certe non peccat nec est simoniacus, capiēdo illud in sustentationē suā necessitatibus, & in domesticis sumptibus, & necessariis usus templi, & ministrorum. Nam licet Episcopus pro consecratione Ecclesiae nihil debeat accipere, nihilominus pro ipsa procuracione Episcopi, & suorum, & pro caualcata, licite aliquid existit cap. cum sit extra de simo. cū nemo. cogatur suis sumptibus militare ca. 31
32
33
34

Simonia an comitatur si datur aliquid pro expensis.

Consuetudo excusat a simonia.

Monac. q. no tenetur seruire Ecclesiae, si aliquid accipit pro sacramentis non est simoniacus.

Simonia an sit peccare aliquid pro sacramentis.

Dispensare quis possit in minoribus speciebus simoniae.

Simonia
an comittitur dando
aliquid pro
sacramen-
tis.

his & similibus potest Episcopus dispensare: secundum Præpos. in cap. statui-
mus 1. q. 1. ¶ Et in hoc tam ex sacris doctoribus Theologis, quam canonistis. 35
est summe aduertendum, quod non licet dare aliquid pro sacramentis, ita vt
sacramenta emanent: sed bene gratis, ex deuotione concepta, in perceptione
sacramentorum; in subsidium eius qui ministrat sacramenta ea quicquid 1.
quæst. 1. & ita etiam not. Beat. Thom. secunda secundæ quæstio. cap. arti. 2.
Accipere enim pecuniam pro spirituali gratia sacramentorum crimen simo-
niæ est; accipere aliqua ob sustentationem eorum qui sacramenta ministrant:
secundum ordinationem Ecclesiæ, & consuetudines approbatas, non est si-
monia; neque peccatum. non enim videtur accipere tanquam precium mer-
cedis, sed tanquam stipendium necessitatis. ¶ Alio modo est licitum dare Epi- 36
scopis aliquid munus à manu, pro consecratione, & visitatione Ecclesiarum
cap. cum Apostolus extra de censo. & cap. cum sit Romana extra de simo. &
sanct. Thom. vbi supra dicit, quod licet prælatis accipere procuraciones, quan-
do subditos visitant: non quasi precium correctionis; sed quasi stipendium
debitum. & idem est secundum eundem Beat. Thom. in quarto distinct. 25. de
procuracione moderata quam accipere possunt Episcopi pro consecratione
Ecclesiarum, secundum Ecclesiæ determinationem. ¶ Sic quoque licitum est 37
dare prædicatoribus, pro prædicatione quia conclusio satis aperte colligitur 1.
ad Corinth. 9. nescitis, quod qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt,
edunt & qui altari seruiunt de altare viuere debent cap. significatum ca. cum
secundum Apostolum de præbend. & est conclusio Beat. Thom. in 4. vbi supra
dicens, stipendia debentur prædicantibus ad sustentationem victus, ne cog-
antur relinquere verbum Dei, non autem debentur eis quasi precium prædica-
tionis sic etiã licitum est sacerdoti celebranti missam, accipere munus, secun-
dum sanct. Tho. vbi supra dicentem sacerdotem non accipere pecuniam, qua-
si precium consecrationis Eucharistiæ, aut missæ cantatæ, hoc enim esset simo-
niacum, sed quasi stipendium sustentationis & sic etiã generaliter licitum est
pro aliis operibus spiritualibus dare & accipere, aliqd. munus à manu, his qui
ad illa ex officio nõ tenentur vt patet ex c. charitatè 1. 2. q. 2. & per Panor. in ca.
ad nostram de simo. & cõmuniter Doct. in ca. significatũ & est cõclusio sanct.
Tho. ¶ Alio modo licitũ est dare à manu munus pauperibus & bonis viris pro 38
oratione 1. q. 1. ca. ipsi sacerdotes & 1. 3. q. 2. c. animæ & habetur per sanct. Tho.
secunda secundæ vbi supra vbi dicit, quod illi qui dant elemosinas pauperib.
vt orationũ suffragia impetrent nõ eo tenore quasi intendentes orationes eme-
re, sed per grauitatẽ beneficentiã pauperum animos prouocare: ad hoc vt pro
eis gratis, & ex charitate orant, non peccant. ¶ Item licitũ est dare Ecclesijs pro
facienda processione, vel faciendo anniuersario, vel simili aliquo: vt habetur in 39
cap. vlti. de simo. & habetur per sanct. Tho. secunda secundæ vbi supra dicit, qd
temporalia quæ dicantur Deũ laudantibus in celebratione diuini officij siue
pro viujs, siue pro defunctis, nõ quasi precij sed quasi sustentationes dantur;
& eo etiã tenore, pro processionibus faciendis in aliquo funere, aliquæ ele-
mosinæ recipiuntur, si autẽ huiusmodi pacto interueniente fiant, aut etiã cũ
intentione emptionis, aut venditionis, simoniacũ esset cui concordat Alexan.
de Alef. in secundo & idem dicit San. Tho. in 4. dist. 25. ¶ Item licitum est dare 40
substantiam aliquid monasterijs pro aliquarum personarum receptione 1. ad
substantiam huiusmodi personas, vt melius possint in suis statibus Deo mi-
litare: & ita tenet sanct. Thom. tam in secunda secundæ quam in quarto vbi
ita dicit quod pro ingressu monasterij nõ licet aliquid exigere, quasi precium
religionis.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

religionis. sicut tamen si monasterium sit tenue, quod nõ sufficiat ad tot per-
sonas nutriendas: sed vt habeat monasteriũ unde possit ei prouidere, si ad hoc
non sufficiant opes monasterij. & habetur per Panor. in cap. non satis de simo.
vbi dat modũ quomodo ab intrante religionẽ, monasterium aliquid accipere
possit sine labe simoniæ. ¶ Item licitum est, de deuotione & amicitia concepta 41
& beneficijs spiritualibus, liberaliter Abbati aliquid munus à manu gratis re-
compensare. vt in c. quicquid 1. q. 1. & c. quã pro & ca. placuit 1. q. 2. ¶ Itẽ licitũ
est, pro redmenda vexatione eius, quod iure alicui cõpetit, dare aliquid si hoc
constat certitudinaliter ea quicunq; 1. q. 1. & c. delictus filius extra de sim. & c.
prohibeas extra de magi. & sanct. Thom. in quarto distinct. 25. dicit, quod is cu-
ius est ac quietum: sic potest aliquid dare, non in precium prælationis, sed in re- 42
demptionẽ vexationis. ¶ Item licitũ est dare manualiter aliqua encennia, quæ
non extenduntur ad munerũ quantitatem: quæ cum fiant sine pacto, & sine ali-
qua intentione corrupta nõ inducunt simoniã glos. in ca. si quæstiones extra
de simo. & in ca. sunt nonnulli 1. q. 1. vnde & quæ prophetis offerebantur ma-
gis extimabatur stipes tabernaculi quã munera prophetarum 1. q. 1. c. iudices. 43
¶ Est tamen bene verum quod quãdo dubitatur an gratis, aut ex pacto, vel
corrupta intentione dantis & recipientis, munus datũ sit, tria sunt maxime at-
tendenda secundũ Ray. 1. qualitas dantis, & recipientis vt d. c. si quæstiones extra
de simo. videlicet an pauper diuit det, vel diues diuitũ numerus vel quãritas: ve-
si magni vel maioris precij res data existeret ca. statutum. §. in super de rescrip-
lib. 6. & donationis tempus; an scilicet tempore necessitatis instantis vel ante
consecutionẽ rei spiritualis vel parũ post seu alio tempore offertur ca. placuit
& ca. dictũ 1. q. 1. & secundũ hoc habenda est præsumptio pro vel contra, & hæc 44
intelligenda sunt in foro iudiciali vbi accipitur præsumptio de simonia ex mul-
tis at secus in foro cõscientiæ, vbi attenditur intentio ex qua homo se ipsum exa-
minat, & iudicat: & hæc nota contra illũ archipresbyterũ in quistũ de simonia
in curia Reuerendi Vicarij ciuitatis Salerni, vbi articulabat quoddam benefi-
cium iuris patronatus fuisse sibi donatum: & demum articulabat illos do-
nantes fuisse & esse pauperes, & sic vides, quomodo potest oriri præsumptio,
q. donassent, an quod vendidissent potius maxime cum ipse esset valde diues.
¶ Item est etiã aduertendum: induci simoniam etiam per exhibitionẽ muneris 45
obsequij temporalis exhibitũ pro spiritualibus. vt habetur in c. ordinationes 1.
q. 1. & habetur per Beat. Tho. in secunda secundæ & in 4. vbi supra & est notan-
dũ, quod obsequiũ aut est illicitũ, & inhonestũ, vel etiam ad carnalia ordina-
tum, vt est seruitiũ quõ seruitur prælatõ (vt inquit San. Tho.) ad utilitatẽ suo-
rum consanguineorũ, vel patrimoniũ sui, vel aliud huiusmodi: & tunc est con-
cludendũ qd pro tali obsequio ac munere, dare spirituale est illicitum & simo-
niacum vt in d. ca. ordinationes & habetur per Sanct. Tho. & omnes iurista: &
Theologos secundũ Præpos. in d. c. ordinationes. Si verò obsequiũ sit honestũ:
aut tale est corporale, aut spirituale, si corporale, vt puta, aliquis vadit Romam
pro negotio alicuius Ecclesiæ, vel alio honesto seruitio Ecclesiæ: vel episcopi,
aut alterius prælati. & tunc aut interuenit pactũ, & hæc fuit causa principali-
ter mouens, & tunc dare spirituale pro tali obsequio, est simoniacũ ca. cũ essent
de simo. aut non interuenit pactũ, præstatur vero obsequiũ non propter tale
causam principaliter mouentem, sed secundario, quam quidẽ vocant incitati-
uam: quæ excitat affectũ dantis aliquid spirituale ob amore obsequentis, vt
potius ex liberalitate amoris conferat illud spirituale, respiciens principaliter
Deũ, & merita personæ, quapropter talia obsequia, & bona opera acquirit, &
non

De eodem.

De eodem.

De eodem.

Tria consi-
deranda in
intentione
dantis & re-
cipientis.

Simoniã in-
ducit obse-
quiu tempo-
rale præsti-
tũ pro spiri-
tualibus.

non est simonia. & ita dicit Sanct. Tho. intelligendo quod persona sit digna: & non principaliter habeatur animus ad hoc: licet habeat secundario: nam non est mittitur simonia: Concordant Ray. Host. Goffr. Hug. & Archi. & glo. in ca. sunt nonnulli 1. q. 1. Si vero obsequium esset spirituale, & tunc ex pacto, vel ex cōditione non licet illud pro aliquo spirituali impedire. vt habetur in ca. cū M. Ferrariensis cōmuniter approbata extra de cōdi. & in ca. significasti de electio.

Simonia non comittitur soluta pecunia per inimicum beneficiati. Simo. qualiter excusetur. De eodem.

¶ Item potest probari quod pecunia fuit soluta per inimicum vel qui habuit beneficium, ad effectum vt incidere ille in simoniam absque voluntate beneficiati, quia hoc probato, ille non erit simoniacus. secundum Hostien. & Præpos. in c. sunt nonnulli 1. q. 1. ¶ Item potest probari, quod ille accusatus de simonia erat obtenturus beneficium absque pecunia, & pecunia non fuit soluta ordinatori, seu conferenti beneficium: nec fuit soluta per ipsum beneficiatum. nam tunc non est simonia si autem solueretur per ipsum beneficiatum pecunia: tunc esset simonia. secundum Præpos. in d. ca. sunt nonnulli 1. q. 1.

¶ Item potest probari, quod non ipse beneficiatus, seu ordinatus dedit, seu promissit pecuniam sed consanguineus beneficiati, (Adde Præpos. in cap. quicumque 1. q. 5.) seu ordinari, eo ignorante, & nihil sciente nam non est censendus simoniacus, nisi ratum habuerit, aut eum sciverit non illico renunciauerit, quia tunc censendus erit simoniacus. secundum Host. in summa, & habetur per Præpos. in ca. sunt nonnulli 1. q. 1. & an tali casu, possit dispensari quod habeat beneficium: & per quem potest fieri dispensatio? vide plene per Præpos. in ca. qui studet ea. 1. q. 1. vbi plene loquitur referendo omnes opiniones. ¶ Aduertendum tamen est, quod

Simonia comittitur si quid datur quouis modo colore. Pœna simoniaco imponenda quod sit.

quouis quæsitio colore, dare, vel accipere pro spiritualibus: est simonia. & ideo cauendum est, ne quæsitio colore quis inclinat in labem simoniæ. ca. si quis neque; & ibi Præpos. 1. q. 1. alia vero quæ dicenda essent in hac materia requiras per te.

¶ Solum videamus qua pœna puniantur simoniaci. Præpos. in c. statuimus 1. q. 1. dicit, quod aut est persona regularis quæ commisit simoniam, aut secularis, aut laica, si est persona laica, debet excommunicari. vt in ca. si quis episcopus & in ca. reperuntur ea. 1. q. 1. si vero est clericus, & tunc aut est simoniacus in ordinem, vel in beneficium si in ordine, vel actiue, vel passiuè, si passiuè in ordine, quia scilicet scienter simoniace ordinatus est pœna eius prima erit, quia est suspensus quo ad se, vt. scilicet de executione sui ordinis se non intromittat, & quo ad alios, vt. si nullus ei communicet in ordinis executione. secundo, punitur talis simoniacus pœna depositionis, & infamiæ, si de crimine suo aliquo modo, siue per accusatorem, siue per denuntiationem, siue per inquisitionem consistuerit 1. q. 3. ca. sane extra de accusa. ca. inquisitionis. Itē punitur tertio, quia non potest reperere pecuniam quam dedit, non quia alius bene accepit, sed quia ipse turpiter dedit 1. q. 5. ca. non sane si vero actiue simoniacus: sit in ordine. si quod simoniace contulerit ordinem, est conclusio quod si crimen est occultum, talis est suspensus ipso iure, quo ad se tantum sicut & quilibet criminofus, non tamen quo ad alios arg. extra eo. ca. & si quæstiones. Si vero crimen est, manifestum, tunc est conclusio, quod ipso iure sit suspensus quo ad alios ca. accusatum extra de simo. Si vero sit simoniacus in beneficio & tunc aut actiue, vel passiuè, primo casu, actiue in collatione beneficii cuiuscumque vel fuit mediator simoniæ, & tunc si crimen est occultum, talis est suspensus quantum ad se. Si vero sit manifestum, est suspensus quo ad se, & quo ad alios ca. accusatum extra eo. passiuè vero in beneficio simoniacus, & tunc talis est distinctio, vel talis sic recipit simplex beneficium, & tunc est conclusio quod simile est de eo, sicut de illo qui actiue est simoniacus in beneficio, quia est suspensus eodem modo.

Item

Item conuictus per accusationem deponitur, per inquisitionem, & denunciationem amouetur, & tenetur renunciare beneficio, & restituere omnes siue perceptos, & qui percipi potuerunt deductis, expensis. Si autem aliquis recepit dignitatem, seu beneficium habens curam annexam: tunc est conclusio, quod talis est suspensus quo ad se, & quo ad alios. Si vero religiosi aliqui sunt simoniace recepti, tunc est conclusio, quod si recepti sunt ipsi scientibus, & post generale concilium, & sine spe restitutionis, de suo monasterio repulsi, deturandatur in locum arctioris regulæ ad agendam perpetuam penitentiam vel si non inuenitur arctior regula post puram & absolutam abrenunciationem, saltem ad tempus mittantur ad aliud monasterium eiusdem regulæ, & postea eligantur de nouo mutato loco priori & inferiori assignato. Si vero ipsis scientibus, sed ante concilium, tunc debent in aliis locis eiusdem ordinis collocari quod si commode non potest fieri: tunc ne damnabiliter euagetur in secundo, debent dispensatiue recipi in eisdem monasteriis, mutatis locis prioribus. Si vero facta est simonia ipsis ignorantibus, siue ante concilium, siue post, sufficit quod renunciatur simpliciter, & postea in eisdem monasteriis possunt eligi de nouo mutatis tamen locis prioribus. Idem Præpos. in cap. presbyter ea. 1. quæst. 1. dicit quod simoniacorum multiplex est pœna, & diuersitas, sed diuersitas hæc dependet à modo procedendi, nam aut proceditur per accusationem, aut per inquisitionem, diuersimode enim in istis proceditur tantummodo (dicit do. Abba. in cap. inquisitionis de accusa.) inter istos duos modos est similitudo in casibus videlicet si crimen impedit executionem ordinis, fiat depositio ab ordine, sicut in accusatione, sed non imponitur alia pœna, quæ imponitur accusato conuicto de graui crimine, vt perpetua detentio in monasterium, siue in alio carcere, vt in cap. tunc de pœ. & in cap. vt fama de senten. excom. Si vero crimen solum impedit beneficii retentionem, & tunc tantum imponitur pœna priuationis & in hoc proceditur sicut in accusatione ita debet priuari per viam inquisitionis, nec poterit iudex moderare istam, imponendo aliam pœnam, vt dimitteret beneficium sibi, sicut posset in aliis criminibus per tex. in d. cap. inquisitionis. Sed si impedit beneficii retentionem, hoc non potest, sed debet priuari beneficio, sicut faceret in accusatione Nicol. Boer. in decisio. 117. primâ parte dicit, quod certa pœna contra infamatum de simonia, non reperitur, sed varia à iure impossita, quia aliquando imponitur silentium, aliquando ponitur vt auctor sceleris, aliquando beneficiis perpetuo priuatur, aliquando suspenditur, aliquando omni officio, & beneficio, aliquando acris punitur, adeo quod secundum eum potest dici arbitraria, non tamen dicit de conuicto, aut confesso, sed infamato tantum: vide tamen extrauagari in hoc facto & in effectu iudex secundum qualitatem simoniæ, personarum, notorietatis, aut occultæ simoniæ scandali, aut non scandali, & an persona incusata sit alias solita, vel non in talem labem incidere, quia multum attenditur an sit solitus, vel non secundum Abb. in cap. & si quæstiones extra de simo. & an consuetudo possit in aliquo excusare, ac attentis aliis debitis circumstantiis potest imponere & arbitrare pœnam non autem intelligas per hæc esse pœnam arbitriam, sed vbi reperitur certa pœna determinata, illa imponitur nisi circumstantiæ considerata aliud suadeant.

Vel

VEL FLAGITIVM CARNIS.

Cap. XIX.

S V M M A R I V M.

- 1. Delictum carnis an graue dicatur.
- 2. Delicti carnis grauitatis exempla.
- 3. Luxuriæ species quos.
- 4. Fornicatio an maius peccatum quam mendacium?
- 5. Fornicator clericus an committat adulterium?
- 6. Fornicatio simplex an sit causa depositio nis clerici?
- 7. Omnes mulieres de parrochia, an sint spirituales filiae plebani?
- 8. Delictum carnis an vere atro?
- 9. Adulterij sceleritas quanta sit.
- 10. Adulterij pena.
- 11. Adulterium quid sit.
- 12. Adulterij pena an puniatur clericus cognoscens soluta, & roratum reputatum?
- 13. Adulterium ex officio, an iudex possit inquirere?
- 14. Stuprum qualiter puniatur.
- 15. Marri an irascenda filia stuprata absq; siatiffione?



DELICTIVM carnis non ab re (disertissime lector) putes inter ea quæ graua reputantur, me posuisse. Non obiter id feci, sed consulto. Nam secundum Iulio lib. etimo luxuriosus dicitur quasi solus in voluptates, voluptates. n. veneras solouit animu hominis, ex ea enim (quæ vitium capitale est, secundum Greg. 3. r. moral.) oriuntur octo filie scilicet cecitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, amor sui, odium Dei, affectio præsentis seculi horror, siue desperatio futuri. Quid dicis modo? Non credis vera quæ dico? scias certe quod flagitio isto vacans, ad omnia mala facile labitur. Audias ergo exempla Q. 2. Flaminius vir consularis, puerum impudice deperit. adeo ut quocunq; proficeretur, nunquam ab eius latere discederet. quoque magis inferuiret Amasio, quendam in conuiuio securi percussit, quum puer aliquem se præsentem optasset interfici licet hoc in formine gratiam factum dicant nonnulli. Volaterrano auctore L. Papyrius publicum adolescentem in vinculis tenebat, & efficiebat plagis, quod eius stuprum pati nollet. Re ad senatum delata, damnatus est Papyrius lata lege ne quis in corpora libera ob æs alienum ius haberet. Liuius libro. 8. idem in T. veturium adolescentem fecisse dicitur. C. Blotius auctore Valerio. semiramis assirorum Regina, quæ masculam virtutem, semper se et præ se tulit. & omnium calculis laudata est, ad extremum tantis delictis, tantoq; pruritu libidinis incaluit, ut mortuo marito, non admiserit solū, at etiam prouocauerit plerosq; ex suis militibus, qui forma essent elegantiore, quos postea crudeliter necabat. Diodorus lib. 3. & (quod omnium longe turpissimum est) equum ab ea adamatum vsque ad coitum. Iuba testis est. Apud Plinium li. 8. Victorinus Tyrannus (qui Galeni temporibus gallias rexit.) causa libidinum in matronas inperfectus est apud Agrippinam. Trebellius pollio. Aristo. ephesius genus scemineum perosus cum asina concubuit, ex eoq; concubitu genita est puella, cui à cruribus asininis nomen inditum onosceli auctor Plutarchus in paral. Non erubuit Imperator Caligula fororibus suis congre di quarum ambas exoletis suis prostravit, quo facilius eas in causa Acmillij condemnaret, tanquam adulteras. Liuiam Horstiliam. C. pisoni nuptam, sibi iunxit, & intra biennium repudiavit, repudiatā relegauit. Loliam paulinam, C. Memmio

Delictum carnis an graue dicatur.

Delicti carnis grauitatis exempla.

C. Memmio ablātam, coniunxit sibi, breuiq; missam fecit, interdito cuiusq; in perpetuum coitu. Cefoniam adamauit, quam amicis plerunque ostendit nudam M. lepidum & M. Nestorem pantominum dilexisse fertur comendio mutui stupri Valerius Catullus consulari familia iuuenis, stupratu se ab eo, & latera sibi contubernio eius difessa vociferatus est. Auctor Suetonius, Commodus Imperator forores constuprauit suatq; concubinas videns, ac volens, ab amicis constuprari passus est. Adolefcens infamauit omne genus hominum, quod erat secū & ab omnibus est infamatus. habuit in delictis homines appellatos nominibus verendū vniusc; sexus, quos libentius oculis suis applicabat Auctor Lampridius, idem Commodus cum 300. concubinis, quas ex matronarū meretriciumq; delictu, ad formæ speciē constituerat ac trecentis aliis puberibus exoletis (quos ex plebe, & nobilitate collegerat in palatio) bac cabat, & lasciuiebat. Idē Lampridi? Appius Clāudius decemuit virginia puellā plebeia, sed forma excellentē (quā Virginius pater L. Iulio tribunicio viro, & expertæ virtutis homini despoponderat,) per vim stuprauit, quum nec precio, nec spe posset allucere. Quæ fuit causa abrogandi magistratus decem virorum, quemadmodum Rēges prius obstupratam Lucretiam ciekti fuerant. Auctor Liuius, & Cicer. secundo de finibus, omnes libidinum voluptates experiri voluit Assirorū Rex Sardanapalus, dum viriles perosus tunicas, in mulierem se transformauit, reliq; regni cura, lasciuie se deuouit totum, ac perdendum commisit. de eo Tiogus lib. 1. & Cice. lib. 5. quæst. Tuscula. Quid iam mirum debet videri, si Concina & elegans puellarum forma, viros torreat, & ad venem titulet? quum etiā reperuntur quæ in animatarū reuamorie & desiderio intabuierint; A iunt enim Pygmalionem quendam fuisse, qui statū sōi mosam dilexerit, eamq; ceu egregiam aliquā nimphā, & si frequentius oculis suauiatus sit, & lecto dignatus. vnde Quintianus in cleopoli: concedat honori Pygmalion, sicut cur et urnea membra puellæ complecti, & pulchro componere corpora lecto. Sed quid plura referens est enim inquit Arist. 3. ethico. 1. 2.) Castigandum quod turpium rerum appetens est, multumq; luxuriar qualis, est maxime cupiditas, & pueri in explebilis enim voluptatis appetitio, & vndiq; obstipit amenti, ac cupiditas, agendo cognatam sibi auget affectionem. libidines. n. si magnæ sint atque vehementes, deturpante mente rationem. Sunt etenim species luxuriæ sex, vt habetur 36. q. 1. §. sed non omnis, fornicatio simplex, adulterium, incestus, stuprum, raptus, & vitium contra naturam, dicamus igitur de singulis aliqua. Et de fornicatione simplici prius dicturi, illud præ ceteris est aduertendum: quod quidam dicunt, quod fornicatio sit maius peccatum, quam mendacium, cum inter cætera septem peccata, sit grauissimum. 2. 2. q. 4. in eo & q. 7. non solum; hæc quæstionem tangit Card. in cle. §. septimum. 2. de hære. & arguit pro & contra. tandem dicit maius esse peccatū mendacium. vide per glo. 1. in ca. sed & continuo de pæn. dist. 1. gl. in vers. quinque. in c. clerici de exec. prala. Ar. h. flo in secunda parte sup. summæ tit. 5. ca. 4. §. 3. 5. Vtrum clericus fornicans cum soluta, si fuerit in sacris constitutus, committat adulterium, vel fornicationem tantū; hanc eandē quæstionē tetigit id. m. Card. vbi supra, & refert quosdam tenere, quod committit adulterium, ex quo clericus est in sacris 7. q. 1. sicut alterius. sed ipse dicit quod committit fornicationem tantum, & de simplici fornicatione debet puniri. Felyn. in cap. ar. si clericus de iud. num. 14. similiter tetigit punctum quæstionis nostræ; & in effectū dicit quod committit simplicē fornicationem; & ita dicit tenuisse Federi. de sen. in cōf. 167. incip. mulier accusatā, & dicit de hoc esse tex. in cap. quia circa ex. tra.

Luxuriæ spēs quos.

Fornicatio à maius peccatū q̄ mendaciū.

Fornicator clericus an committat adulter. ū.

tra de biga. cap. presbyter 28. dist. secus tamen dicit esse in religioso; quia ille
semper committit adulterium. ¶ Vtrum pro simplici fornicatione clericus sit
deponendus? Archi. in ca. notum 2. q. 1. tenuit quod sic; & cum sequutus fuit
Aret. in cap. cum non ab homine. de iudi. Fely. in d. cap. at si clerici de iudi.
num. 14. dicit quod communis opinio est in contrarium. pro ista opinione al
legatur glos. in cap. Maximianus 28. dist. & illa glo. est valde not. Nam primo
loco dicit, quod clericus pro simplici fornicatione est deponendus: & demum
firmat contrariam opinionem: dicens quod communiter tenetur contrariū,
mouetur, quia pauci reperiuntur absque illo vitio. vt l. distinctio. cap. quia tua.
Hanc etiam opinionem sequitur Moder. pract. Hispa. in sua pract. in verbo for
nicarij. Hanc opinionem limitat non habere locum (Fely. in d. cap. ac si clerici)
in Episcopo. quia in eo dicitur crimen graue & dignum depositione secundū
Abb. in cap. fin. in 4. col. de purga. cano. licet dicat se dubitare ¶ Limitat secun
do in sacerdote cognoscente filiam spiritualem. secundum Abba. in d. cap. fin.
& sic illā quæ est de diocessi sua: licet Fely. videatur voluisse restringere in com
matre, in exemplo, per eum posito. tamen Abba. in d. cap. si. expresse dicit de il
la quæ est de diocessi sua. Hispa. in verbo spiritualibus filiabus se commiscen
tes, dicit se credere quod si clericus simpliciter fornicaretur cum fornicata suæ
parrochia, nullo alio vinculo sibi coniuncta, non propterea esset deponendus;
sed si alio vinculo esset sibi coniuncta: vt quia esset in baptisate suscepta, vel
confessionem suorum peccatorum ab ea auscultauit, quia & illa dicitur fi
lia spiritualis cap. omnes 30. q. 1. aut tenuerit eam in sacramento confirmatio
nis, esset locus depositioni tu vero dicas audacter contrarium; Nam (vt supra
dixi) Lampridius Appius Claudius, eo quod esset decemuir: & cognosceret car
naliter virginiam puellam fuit & ipse priuatus decemuirali officio. & abroga
ta in posterum decemuiralis potestas. existimans Senatus grauissimum esse ne
phas: vt ille qui subditos manuteneat debet in iustitia recte viuendi ordine, &
pace: contrarium seruet. Inquit enim Ip. Christ. in caput Gen. 1. hom. 6. vincite
oro, prauam, & perniciosam consuetudinem: & cogitate quod non hoc solum
graue est, quod qui illo consueunt: sibi damnum adsciscunt. sed & quod mul
tis alijs scandalo sint: quippe gentiles & iudej videntes eos qui quotidie in tem
plo versantur, & doctrinas audiunt, simul ibi comparere, & sibi commiscere:
quomodo res nostras pro deceptionibus non habebunt. & non idem de om
nibus suspicantur? An non audis Paulum admonentem, & consulentem clara
voce Rom. 14. absque officulo estote; Deinde ne putes, de nostris tantum
admonere: subdit, & gentibus & iudejs: & tandem adiicit, & Ecclesie vel. Nihil
enim ita offendit, & nocet religioni nostræ: vt scandali ansam præbere in fide
libus. Nam quando vident aliquos de nostris virtute conspicuos, huius vitæ ne
gocia, & curas de sublimi contemnere, multos ex ipsis male habet pleriq; admi
rantur, & obstruunt, quod cum eiusdem naturæ nobiscum siue non con
cedantur eis eadem, denique quando vident paruam aliquid delictum no
strorum statim linguam exacuunt, simul contra nos omnes & ex vnius deli
cto, totam Christianorum gentem iudicant, neque hoc contenti sunt, sed sta
tim aduersus caput suum loquentes ob seruorum delicta, etiam communem
Dominum blasphemare audent, & putant velamentum errorum suorum, esse
aliorum desiderium. Regesq; obstruunt Lucre parrochia, vt & ipse dicit. Ergo dicendum est veram. & in
practica seruandam opinionem Abb. ¶ Aduerte ad vnum, quod dicit do. Abb. 8
in d. ca. si. quod summe inseruit nobis ad ea quæ supra diximus. Nam delictū
carnis

Fornicat'o
simplex an
sit causa de
positionis
clerici.

Omnes mu
lieres de pa
rochia, an
sint spiri
tuales filie
plebani.

Opi. do. Au
toris.

Delictū car
nis an vere
atrox.

6

7

8

carnis deputatum us inter delicta grauia, & atrocia: ipse enim ibi: dicit (oppo
nens cōtra hoc) qd tex in ca. at si clerici. § de adulteriis de iu. & ibi not. ne dum
fornicationem simplicem, sed ipsum adulterium computat inter mitiora cri
mina alia ve adducit, ad eundem effectum. sed postea resoluendo difficultate:
dicit, quod cum maxime huiusmodi delictum frequenter inter grauiora cri
mina, sibi collocari. sicq; rubrica nostra bene situata est. ¶ Adulterij scedita
rem, atque grauitatem hic recensere omitto. de his enim alias in practica mea
censuali (si male non recolo) dixi. Habes etiam per Moder. Hispa. in verbo adul
terij. ¶ De pœna adulterij non oportet inquirere: quia notissimi iuris esse vide
tur, esse locum depositioni. vt plene habes per eundem Hispa. in verbo adulte
rij. Ad vnum dictum, per eundem est aduertendum; quia satis necessarium est,
vt dicit enim (ex mente Grillan. in tract. de pœn. omni sa. cot. in cip. sexto de cla
randa) qd licet de iure ciuili adulterium committens cum aupta. impudica, &
meretrice, non puniatur, tamen de iure canonico punitur. Mouetur Grillan.
ratione, quia de iure canonico nullus, coitus præter vxorium est permissus.
vt 32. q. 4. cap. meretrices, & dixi in practica mea censua. Hoc enim dictum est
satis rationi consonum. Et illud indistincte tenendum arbitror circumscripta
modificatione eiusdem d. Hispan. de mitiori pœna eo casu imponenda. ¶
¶ Non enim negari poterit, quod etiam eo casu non sit commissum adulterij;
quod quidem, nihil aliud est, nisi alieni thori violatio 32. quæst. 3. non mecha
beris. vel etiam sui thori deturpatio & Altesa. in tit. de adulterio 2. quæstio. in
propijs terminis ex mente Goffre. ante Grillan. si manit hæc opinionem Ioan.
de Ana. in cap. si se duxerit extra de adulter ponit quæstionem, & non distin
guit inter ius canonicum, & ciuile. sed concludit, quod sciens esse nuptā mere
tricem committit adulterium. ¶ Ad vnum aliud dictum eiusdem aduertendū
puto: in quantum voluit, quod clericus cognoscens mulierem solutam, quæ
ab ipso, & communiter reputatur vxorata: deberet puniri pœna veri adulte
rij. vt refert placuisse Ioan. de Ana. in ca. nonnullis si. col. de iude quia licet ipse
dicat, quod ita placuit patri vberto: nihilominus ego non auderem in foro iu
diciali punire eum pro adulterio. Sed bene in foro pœnitentia. ¶ Habes rur
sus ab eodem practico Hispano: quod licet de iure ciuili marito non accusante
adulterum, nullus alius possit accusare: nec iudex possit inquirere tamen in
foro canonico, potest iudex adulterum punire, dato quod maritus, aut alius
non accuset. Et quod ita in practica & contingetia facti obtinuit. Huiusmodi
enim dictum ego admitto cum modificatione tamen, de qua per eum si licet
vt procedat quando delictum est publicum, vt publice procedat, quando deli
ctum est occultum, occulte & camerario processu procedat, sed ultra eum mo
difica. vt non procedat iudex ex officio; etiam camerario processu, si adulterij
est occultum. Ad quo enim debet aduertere iudex, primum vt clericus securio
res non persistant in adulterio (vt ipse considerat) secundū, vt clericorū mini
sterium non vituperetur. Hæc enim duo copulatiue considerat tex. in ca. signi
ficasti extra de adul. & su. imo nunc dico (& forte verius est) etiam in foro
Ecclesiastico: nō deberet, neq; debet ex officio procedi, seu ad quærelā alterius
quā viri. quia tex. in l. quāuis la secunda. C. de adulter. & l. si constant. ff. eo. tit.
quatenus volunt qd viro nō accusante, non licet alteri matrimonij connubia
scdare. fundantur in maxima æquitate, quam iudex Ecclesiasticus ardentius
præ oculis habere debet, & maxime cum de iure diuino id factum videtur. vt
apud Ioan. 13. legitur. vbi deprehensam in adulterio dimisit. Christus, quia nō
habuit accusatorem. tu autem defendendo opinionem Hispani, dicas quod
pro

Adulterij
scditas qui
ta fit.

Adulterij
pœna.

Adulterij
quid sit.

Adulterij
pœna an pu
niatur cleri
cus cognos
cens solu
tam uxora
tam reputa
tam.
Adulterum
ex officio
an iudex
possit inq
uere.

Stuprū qua
liter punia
tur.

pro eo est tex. in cap. 1. extra de offi. ordi. ubi ad litteram probat text. quod iudex potest de adulterio inquirere. ¶ Stuprum vero de iure canonico puni-
tur depositione. secundum Abba. in cap. pe. uenit. extra. de adulter. & in cap. 14
atq. clericis. de iudi. colum. 12. & ultra dictam poenam. condemnabitur ad do-
tandum mulierem defloratam. est etiam distinguendum inter stuprum vo-
luntarium. & coactum; & de multis alijs per Hispan. in verbo stupri. Et simili-
ter. de alijs speciebus luxuriae. videas ibi per eum. & per docto. in locis ordina-
rijs. Quid de cognoscentibus animalia bruta. aut cadauera mulierum mortua
rum? uide Boer. decisio. 3 16. in 2. parte. De stupro autem. uide notabilia dicta
per. Excellen. Gab. Sara. in addi. ad singularia Matthe. Ma. sing. 99. ¶ Volo dicere
tibi vnum verbum. quod est satis notabile; tu scis quod si mulier est stuprata.
non est tradenda postea consanguineis. absque fidei iussione. ne forte eam. oc-
cidant. tamen si mater petat eam sibi consignari. debet sibi consignari absque
fidei iussione. quia lex confidit de matre quod non offendat neque offendi
faciat. ita notabiliter dixit Aflit. in consti. mulier quae Dotarium in 6. not.
cia; quod dictum potest confirmari quia dicit Pet. Ancha. consi. 33 6. pro maiori
colum. 4. uerbi. tertio quod mater propter sexus similitudinem plus affe-
ctiones censetur habere ad prolem foemineam quam ad masculam. Sed in
contrarium arguo sic. mulieres enim sunt uindictae masculis appetentiores.
¶ Vt dicit iuuenalis Saty. 13.

Vindicta (inquit)

Nemo magis gaudet. quam foemina.

Quem citat Luc. de Pen in l. 1. C. de mul. & in quo lo. lib. 70. Idcirco mulier
illa Apuleiana. lib. 4. de asino. aureo dicit se non esse mulierem. nisi vltionem a
sorore. cui erat inuenta caperet. Nam & diuus Chrysostomus in ea Homilia
quam in decollationem diui Ioannis habuit. mulier (inquit) si iniuriam pati-
tur insanit. & multa scribit ad propositum Tiraquel. in tra. de legi. connubia.
in 8. l. num. 17 & Aristo. lib. 9. animalium. inquit foeminas uiris esse insidiosas
res. & crudeles esse foeminas. scribit Albe. in l. filia in orbitate. C. de inoffi. te-
sta. Et id clare probat Graecus ille Menandri versiculus. id est.

Aequalis laenae. & mulieres crudelitas.

& idem.

Ferarum omnium immittit foemina.

Ah crudele genus. nec fidum foemina nomen.

Mulieribus non esse fidendum scribit Hesiodus in eo opere. cui est titulus
opera & dies.

Qui mulieri (inquit) confidit. confidit & is deceptoribus.

Idco. & Eariptes in supplicibus.

Crederet autem debet.

Mulieri nunquam. quisquis bene sapit. wortalium:

Alibi enim ipse Hesiodus scribit. frondibus hærere. qui confidit mulieri So-
letq. stuprum filiae. grauius ægre ferre mater quam pater. Sicq. videtur ex his.
non fidendum etiam de matre. tanto magis. quia non potest commode ma-
ter eam liberare a manibus patris. & aliorum agnatorum. & cognatorum. & sic
licet praesumatur ipsam adeo amare filiam quod non occideret. nihilominus
non praesumitur quod possit illam liberare. a ui & potentia masculorum.

Gab. Saray
Ma. an
tradenda si
lia stuprata
absque fidei
iussione.

Do. Auditor
contra Aff.

VEL

VEL VSVRAM COMMITTERE.

Cap. xx.

S Y M M A R I U M.

- 1 Vsuram quam detestabilis sit.
- 2 Index ecclesiasticus in vsuraru crimi-
ne. an ex officio inquirere possit?
- 3 Contra simplicem vsurarium non aequè
proceditur ac contra manifestum.
- 4 Vsurarius restituere vsuras non va-
let. quando excusetur.
- 5 Quis de dolo quando sit puniendus.
- 6 Peritium non leuissimum crimen vsu-
rarium.
- 7 Vsurarij manifesti an sepeliendi? Et vtrū
testamenta quando nulla efficiuntur?
- 8 Vsurarius manifestus qui dicatur.
- 9 Clerici carcerari quando per iudices
seculares possint.
- 10 Clerici carcerati in quibus casibus sub
fidei iussoria cautione liberentur.
- 11 Captura clericorum cum sacrorum di-
stinctione est permittenda.
- 12 Carceratio in quibus enormibus deli-
ctis locum habet: non obstante fidei ius-
soria cautione.
- 14 Familiae secularis iudicis an clericum
vnumquam capere liceat?
- 15 Captura contra Prelatos non facilius
obcedenda. Et quando concedi debeat.
- 16 Tortura an locum habeat in crimine
vsurario.
- 17 Constitutio Episcopi contra manifestos vsu-
rarios conuincendos per vnum. duos vel
quatuor testes singulares. an valeat?
- 18 Vsurarium quem esse. an per testes sin-
gulares deponentes de vsuris in eos
commisiss probetur?



V S U R A enim. ¶ Quam detestabilis sit. & quam reprobata
alias dixi in praxi mea censua. ad ibi dicta me remitto. Vsuram qua
detestabili-
lis sit.

Hic autem tantū modo aliqua dicamus. quae cōferant ad
praxim. vt nostrae intentionis ordinē sequamur. ¶ In primis
enim illud sciendū est. posse per iudicē ecclesiasticū ex offi-
cio inquiri in hoc crimine. estq. speciale in hoc crimine. vt
iudex procedere possit p inquisitionē ad priuatā utilitatē
videlicet. quo ad restitutionē; quod fecus est in iudice secu-
lari qui ad psecutionē ciuile criminaliter procedere nō pōt. vt no. Bal. in c. 1. §.
similiter col. 2. vers. extra not. qd̄ inquisitio de cōtro. inue. & idē Bal. in l. ea §.
col. 12. vers. itē quæritur. C. de accu. & scribit Barto. Soc. in cōsi. 2 19. circa pri-
mam difficultatē. & habetur in ca. cū in diocesi tua de vsur. ita tñ si fama præ-
cedat ca. qualiter & qñ cl. 1. tradit Bar. in extrau. ad reprimendum in verbo per
inquisitionē. & voluit Cor. cōsi. 19. in 3. lib. & Dec. cōsi. 170. i lib. nec in hoc ali-
ter est dubitandū. ¶ Est tñ aduertendū qd̄ aut sumus in simplici vsurario. aut in
manifesto. primo casu. tantū modo pōt agi & inquiri. vt ille vsurarius cogatur
(pro salute animæ) restituere vsuras receptas. & de cætero se abstinere. nō tamē
pōt procedi vt alia poena imponatur. quia in tali crimine videtur solū conside-
rari salus animæ. vt tollatur peccatū. quod per restitutionē purgatur. & ita con-
cludit Bald. in l. improbum. C. ex qui. cau. infra. quem late defendit Dec.
cōsi 170. & sequitur Crauet. in consi. 6. nu. 102. cum sequen. ponderat ad hoc
Dec. ca. cū tu. §. illi qui de vsu. ¶ Vbi etiā excusatur ille qui restituere vsuras nō
poteft. & ibi dicitur non debent alia poena multari. cum eos nota pauperas
excuset. & aliter puniri non potest. Si ergo ille qui non soluit propter pauperas
tatem excusatur. & aliter puniri nō pōt; a fortiori ille qui restituit vsuras alia

Contra sim-
plicem vsu-
rarium nō
æque pro-
ceditur ac
contra ma-
nifestum.

N. poena

pœna vel multa effici non debet. Item quia ius canonicum ulterius procedit imponendo pœnas vsurariis manifestis in ca. quia in omnibus de vsu. & in ca. quanquam de vsu. in 6. ergo in vsurariis simpliciter alia pœna non videtur habere locum, & dicit qd id videtur velle Calde. consi. 3. de for. comp. & licet Cor. consi. 119. 3. lib. voluerit contrarium. sustinendo opinionem Iaco. But. in d. l. improbum contrarium volentis, nihilominus idem Craue. in d. consi. 6. defendit opinionem Dec. & Bald. dicens quod opinio Dec. defenditur optimo & in conuincibili fundamento. Nam dicit ipse Cor. vult quod vsurarius possit puniri crimine stellionatus ultra restitutionem vsurarium. Sed hoc non videtur verum, quia vsura committitur & exercetur contra scientem, quia scienter quia se obligat & contrahit, sed scienti dolus non committitur. I. demum. §. simili quoq; modo. ff. de contrahen. empt. ¶ Et quando dolus committitur in scientem, non potest quis de dolo puniri etiã crimine stellionatus, secundũ Bal. in consi. 240. præsupposito statuto lib. 2. secundo, contra opinio. Cor. fecit aliud fundamentũ. nam quoties dolus commissus contra aliquem purgari potest actione ex contractu in quo dolus interuenit: cessat actio de dolo, nec punitur dolus criminaliter l. eleganter in princ. ff. de dol. Bal. consi. 15. ad euidenciam l. 1. sed vsuræ possunt repeti conditione indebiti, vt habetur in ca. Michæ. l. de vsur. in ca. debitoris de iur. iuran. vel potest agi ex cõtractu, vt declaratur nullus & vsurarius; & sic cõpetit aliud remediũ iure canonico iuductũ, ob id actio de dolo videtur cessare. Et si diceretur quod esset incõueniens quod crimen vsuræ remaneat impunitũ. ¶ Respondet quod periurũ non videtur crimen leuius vitio vsurariũ, & tñ. lex dicit iurissurandi contempta religio solũ Deũ habet ultorem l. 2. C. de reb. cre. & multa alia similia ad propositũ istud adducit de quib. per eum. Hanc eandem opinionem videtur tenuisse Geminian. in consi. 59. vide tamen Rober. Mar. in sua prac. in verbo & peruenitur aliquis, per viam, inquit secundum ordi. meũ nu. 110. cum plur. sequen. qui late tangit. Secundo vero casu, quando sumus in vsurario manifesto potest agi vt primo clericus reputetur infamis ca. inter dilectos de exce. prælat. & ibi do. Abb. & ob id repellatur clericus ab officio obtinendo gl. in c. præterea de vsur. Itẽ procedi potest vt primo si absque proterua cõtumacia fuerit & sic vsurarius, suspensioe puniat. sicuti Host. in summa tit. de vsur. §. vlti. vers. alia à iudice; demum in eundem la. p̄sus errorẽ; & fœnerare perseverans deponendus erit ab officio & beneficio. & ita procedunt tex. in ca. 1. de vsur. & tex. in c. præterea. Punitur etiam pœna ca. quanquã de vsur. in 6. ¶ Quæ erit, quod etiã si vsurarij manifesti iusserint vsuras restitui, & criminis cõmissi pœnituerint, non sunt tradendi Ecclesiasticæ se pulturæ; imo & eorũ restamẽta sunt nulla ipso iure, nisi de vsuris ipsis fuerit iuxta eorũ facultates, vel post obitũ plenarie satisfactum, aut illis quibus facienda est restitutio: vel aliis eorũ nomine donec de restitutione faciendã sit cautũ. ¶ Qui ergo dicantur manifesti vsurarij; varij varia scripserunt. Et certe manifestus vsurarius is dicendus est; qui palã & publice fœneratiũ artẽ ita exercet, vt ipsa operis & patratu sceleris euidentia nulla excusatione habeat c. euidentia de accusa. Item manifestus vsurarius dicitur ille qui crimẽ ipsum confessus est in iudicio ca. vltim. ca. vestra de coh. cler. & mulier ca. cum olim de verb. signi. gl. in ca. 1. in verb. manifestos de vsu. in 6. & Francus in d. ca. 1. Item dicitur vsurarius manifestus si quis coram sacerdote & testibus publice ita quidem vt id in plurium notitiam deuenit glo. in d. cap. quanquam quam ita intelligunt, & sequuntur Arch. Domi. & Fran. & Abb. in consi. 2. col. 1. lib. 2. & Abb. & Ana. in cap. quia in omnibus de vsu. Item dicitur vsurarius manifestus, qui ob hoc

Quis de dolo quando puniatur.

Periurium non leuius crimẽ vitio vsurarium.

Vsurarius manifestus quis dicat.

crimen

crimen à iudice per sententiã fuerit damnatus ca. vlti. de coh. cler. & mulie. glo. in ca. 1. de vsur. in 6. Nec dicitur manifestus vsurarius etiã si sit conuictus probationibus. si non fuerit damnatus per iudicẽ. secundum Hostien. Abb. & alios in ca. c. in diocœsi de vsur. Federi. de sen. cõsi. 64. Domi. consi. 59. & sequitur late Dida. Cou. in lib. var. resoluti. tit. 3. cap. 3. vbi tandẽ dicit quod aut tractatur de non sepeliendõ in loco sacro vsurario manifesto qui in eo peccato & crimine decesserit, & de nõ recipiendis eorũ oblationibus, deque nõ admitendis vsurariis ad communionẽ Eucharistiæ. istis enim in casibus fat erit esse quẽ vsurariũ manifestũ operis euidentia, confessione iudiciali, extraiudiciali, vel iudicis condemnatione. & ita accipiendũ dixit. tex. in cap. cum in diocœsi. At si tractetur de pœnis statutis in d. ca. quanquã etiam si hi criminis & peccati pœnituerint, ac iusserint vsuras debitoribus restitui, illum dicit esse manifestũ vsurariũ in hoc casu qui ita palã & publice vsuras exercuit, vt ipsa criminis euidentia ylla tergiversatione celari possit. Non. n. dicit ipse vero simile est, voluisse summi Pontificẽ statuisse tam graue pœnã aduersus eũ qui semel mutuum dederit sub vsuris, licet id cõfessus fuerit publice in iudicio, vel extra iudiciũ vel à iudice ex ea causa fuerit damnatus. Nec in eũ qui secretius & occulte vsurarios contractus pactus fuerit, quamuis demum de eo crimine accusatus, vel confessione, vel probationibus aliis fuerit condemnatus: nam in his casibus nõ posset iuste iudex hunc reũ pronunciare esse manifestum vsurariũ & Bal. in l. 1. C. de sacro. sanc. eccle. col. 4. voluit non sufficere quod probetur quẽ esse vsurariũ, vt dicatur manifestus vsurarius: sed requiritur probatio actuũ publice & palã gestorũ super eiusdem criminis exercitio. hæc ille. ¶ Nunquid aut in hoc crimine habeat locum carceratio? Dicas quod non est dubium clericos posse capi tam per iudices Ecclesiasticos, quam per seculares ad mandatũ Ecclesiasticarũ vt de hoc est tex. in ca. si clericos de senten. excõ. in 6. & ibi Domi. Archi. & Fran. cæteri; docto. & licet Io. And. in d. c. voluisset, id intelligi debere quando excessus essent graues & non leues per cap. 1. 3. 5. distinct. & cap. vlti. mo & cap. à crapula de vit. & honesta. cler. & per l. leuia. ff. de accusa. tamen rei veritate etiam pro leuibus criminibus posse capi & retineri certum est.

10 ¶ Est tamen in hoc differentia inter primũ casum & secundũ: quia in primo casu etiã si offeratur fideiussoria cautio: non debet relapsari vt in d. c. & in 2. data fideiussoria cautione debet liberari. vt ibidem & nota. per Specul. in titulo. de accusa §. versic. sed pone. Et procedunt prædicta siue clerici sint cõstituti in sacris, siue non, pro quo facit cap. cum episcopus de offi. ordi. in 6. & 27. q. 1. si cõstos.

11 ¶ Est tamen bene verum, secundũ Fran. in d. c. si clericos, quod in modo detinendi est differentia inter eos vt not. 45. distin. c. cum beatus & ibi Io. And. nam facilius proceditur ad capturam & detemptionem non constitutorũ in sacris & durius, quam constitutorum in sacris, & pro prædictis etiam videas Lap. in d. c. si clericos, & vide plene per Bart. in l. 2. ff. de custo. reo. & quod not. in c. quamuis de pœn. in 6. & in c. inquisitionis de heret. eo. lib. & per Cy. in l. ad commentariensem. C. de custo. reo. videas omnino pulchrum consiliũ in materia carcerationis clericorum Cor. in consilio 325. 4. lib. dicendum tamen puto quod etiã de iure canonico materia carcerationis est valde arbitraria, & iudicis arbitrio relinquitur. ¶ Quæ autem sint delicta enormia pro quibus habeat locum detemptio & carceratio: non obstante fideiussoria cautione oblata Dom. à San. Gemi. & Franc. & ante eos Io. And. in d. ca. si clericos dicunt quod est falsitas commissã in litteris Papæ, & præsentatio talium litterarũ scienter facta c. ad falsariũ de cri. fal. homicidium cõmissum in episcopum sumum 2. q. 5.

Clerici carcerari per iudices seculares quã possint.

Captura clericorum cum sacrorum distinctione est permittenda.

super; vel simile delictum. secundum Ioan. And. ibi, habes enim q. pro istis & similibus enormibus delictis habet locum detentio, & carceratio etiam spreta oblata fideiussione. Item potest sperni obligatio fideiussorum & procedi ad retentionem vt manifeste captus socios criminis secundum glo. in d. ca. si clericus in glo. fin. Item si esset suspicio de fuga, cautio non est admittenda, quod si fragilis est vt non in litteras & c. ex transmissa de resti. spolia. & per lo. Calder. in consi. 2. 1. de regul. & habetur per Domi. & Fran. in d. c. si clericus. ¶ Sed vtrum permittatur captura antequam constet de delicto habetur per Archi. in d. ca. si clericus & 18. q. 2. ca. Abbatis & 4. distinctio. super glof. summæ & Ioan. Andr. & Domi. & Franc. in d. c. si clericus concluditur tamen, quod aut clericus capiendus est incorrigibilis, & de hoc constat, & potest capi etiam per laicum de mandato iudicis Ecclesiastici qui crimine punire potest. Si vero est corrigibilis, & de hoc apparet, vt quia volebat superiori obedire & capi non debet cum violentia eidem etiam notorio criminoso inferenda, vt nota. in cap. cum non ab homine de iudi. Si vero est dubium an sit corrigibilis, vel non tunc si iudici constat plene de delicto, potest capi per laicum de mandato ipsius iudicis Ecclesiastici. c. super his & c. tua de poen. 20. q. 2. c. 1. imo plus etiam laicus potest capere absq; alio mandato iudicis si clericus est fugiens cum re aliena. ¶ Item poterit familia secularis iudicis capere clericum in rixa, vel in adulterio deprehensum, vt Episco. po. præsent. secundum Bar. in l. si quis in seruitute. ff. de fur. & Bal. in l. si qua per calumniam. C. de episco. & cleri. Si vero iudici non constat de delicto cleri. ci per presumptiones, vel probationes, & tunc capi non potest, secundum Archi. per d. tex. in ca. si clericus in ver. commissas à contrario sensu. quod est intelligendum nisi constet de delicto, quia tunc licet ignoretur persona, tamen pro veritate habenda, & delicto puniendo poterit clericus capi. ¶ Non tamen prælati debent esse faciles ad capturam. secundum Ioan. And. vbi supra. Si vero de ipso delicto constet saltem præsumptiue, & tunc poterit capi & in carcerari sine poena excommunicationis, quæ omnia notes. Habes ergo ex prædictis quod cum non sit crimen vsuræ de enormibus, maxime quando non apparet de incorrigibilitate, quod licet possit ad capturam procedi, oblata fideiussoria cautio nec debet procedi ad liberationem. ¶ Sed an in isto crimine vsurario habeat locum tortura? Barto. Soc. in consi. 209. 2. lib. in fine dicit quod sic, mouetur quia habet annexum crimen licet Angel. in sua disputa. princip. Astenis miles tenuerit contrarium secundum opinionem Ang. q. in tali crimine vsurario non habeat locum tortura. sequutus fuit simpliciter Ana. in c. quia in omnibus col. 1. 5. circa medium. Ego autem in hac materia puto distinguendum, nã aut tractatur de simplici vsurario, & tunc cum tantummodo tractetur de restitutione, & non de alia poena, non potest, neq; debet tractari de tortura. aut tractatur de vsurario manifesto, & tunc aut quod ad poenam c. quamquam de vsur. in 6. & minime, cum in mortuos non licet seruire, & tortura infertur ad habendam veritatem quæ à mortuis haberi nequit si vero tractatur de poena lateranensis concilij, de aqua. in c. quia in omnibus, de non admittendis ad communionem altaris & ad oblationes, & de poena c. præterea quæ imponitur si post impositionem poenæ lateranensis concilij adhuc vsuras quis exercere præsumit, & isto casu puto torturam posse habere locum. tum quia crimen vsuræ habet annexum crimen, tum etiam quia poenæ non admissio ad communionem altaris, & non admissio oblationum, & excommunicationis, seu depositionis, vel suspensionis sunt magnæ poenæ. ¶ Nunquid valeat constitutio episcopi quod manifesti vsurarij conuincatur per unum, duos, vel quatuor testes singulares. Feder. de sen. consi. 17. tenuit quod non,

Captura an permittenda, ante quã de delicto constet.

Familia secularis iudicis, an clericum vnquam capere liceat?

Captura contra prælatos nõ facili ter concedenda.

Tortura an locum habeat in crimine vsurario.

Constitutio Epi contra manifestos vsurarios conuincendos.

non, quem communiter Doctores sequuntur. vt dicit d. Abba. Anto. de Butr. & Ana. in ca. cum in diocesi de vsur. ¶ An quem esse vsurarium, probetur per testes singulares & deponentes de vsuris in eos commissis Breuiter dicas, quod aut agitur vt ex illis probationibus puniatur: aut vt ex illis conuincatur esse solitum foenerari, primo casu, non sufficiunt, secundo casu sic, vt post multos relatos per Crauet. in consi. 73. tenuit ipse quæ videas. & hoc de vsuris dixisse sat erit.

Vsurarium quem etiã an per testes singulares probet.

VEL FURTUM,

Cap. XXI.

SVMMA RIVM.

- 1 Crimen furti graue.
- 2 Poena quæ furibus imponenda & in num. 4. 5. & 8.
- 3 Degradatio an locum habeas in simplici furto?
- 4 Furem nocturnum occidere an liceat & æque diurnum?
- 5 Furibus & latronibus Ecclesiastica sacramenta an & quando deneganda?
- 6 Fur an necessitatis causa à poena excusabitur?
- 7 Episcopi non reuelantes fures an recte eos excommunicent.
- 8 Fur ad sacros ordines non promouendus.
- 9 Domesticus pro furto grauius puniatur, quam non domesticus.
- 10 Furens an possint incarcerari, & torqueri?



VIVS MODI enim crimen non immerito. ¶ Inter grauiora an numerandum duxi, Nam illud idem facit tex. in cap. cum ab homine de iudi. & not. in ca. cum contingat de for. competen. per Do. Abb. & Hispa. in sua practica refert & sequitur in verbo fures. ¶ Poena autem furibus imponenda, est depositio vt in ca. presbyter 81. distinct. & refert Hispa. vbi supra. ¶ Tu autem aduerte ad dicta Hispani in d. loco quod reiecta opinione Hostien. Abb. & aliorum in cap. tuæ de poen. tenentium diuinius puniri Latrocinium, quam simplex furtum, & sic poenam de qua in ca. tuæ, quæ est degradatio, & detrusio in arctum monasterium non habere locum in furto simplici, considerat dispositionem d. tex. in ca. tuæ pariformiter militare in Latrocinio & furto simplici. nullamq; debere fieri differentiam, non est ei adhaerendum. Manifesta enim & à iure & ab omnibus sit differentia inter vnum & aliud, vt per Do. Abb. in d. ca. tuæ & in nomine, & modo imponendi poenam l. capitalium. §. famosos. ff. de poen. ¶ Hinc furem nocturnum licet occidere, non autem diurnum cap. si perfodiens extra de hom. sed latro diurnus indistincte potest occidi. l. 1. & 2. C. quando li. vnic. iudi. se. vin. & voluit gl. in c. cum homo 23. q. 5. Nec verum est, id quod ipse dicit, quod Papa in d. c. tuæ nihil noui statuit, ergo non debet extendi ad Latrocinium tantum, quia erat vehementer salua pace nã quid noui statuit, quia in c. presbyter, expressè decidit post poenã depositionis, non esse alia affligendum poena, & tamẽ tex. in c. tuæ expressè decidit aliam imponi poenã. s. detrusio in monasterium nimirum ergo, si tantummodo ad Latrocinium, & non ad simplex furtum dirigatur. Item, puerilis ratio est illa, quod Papa Innocentius cum esset senex nõ florebat eloquio latinæ linguæ, & sic non videtur habuisse considerationem ad rectã significationem vocabulorum. Quis enim non ineptiam hanc appellabit? cum & si in

Crimẽ furti graue.

Pœna furibus imponenda.

Furem nocturnum an occidere liceat.

Pontificibus, & legum latoribus vera significatio vocabulorum semper sit
 præsumenda, præcipue id dici debet in Papa Innocentio in quo floruit recta
 & accurata latinitas quare quicquid ille dixerit, adhæreas doctrinis Abb. &
 Hostien. Nam quando lex seu canon voluit de vtriusq; loqui, ambos nomina-
 uit ca. 2. de fur. ¶ Alia insuper imponitur pœna furibus & latronibus, quæ est,
 vt eis denegentur Ecclesiastica sacramenta d. cap. 2. de fur. nisi demonstra-
 rint signa contritionis, quia tunc eis non est deneganda Ecclesiastica sepultu-
 ra. nec oratio Ecclesiæ cap. 2. nobis el. 2. de senten. excommu. Nec dicit Ana. in
 d. ca. 2. valet cõsuetudo quod malefactoribus damnatis ad mortẽ, pœnitenti-
 bus pœnitẽtia denegetur cle. 1. de pœn. & remiss. nec etiã Eucharistia nec Ecce-
 siastica sepultura eis denegabitur. vt ibi. ¶ Vtrum fur excusetur à pœna furti si
 furatur propter necessitatẽ? gloss. in cap. si quis de fur. dicit quod sic quia di-
 cit quod sicut licitum est occidere, si aliter tueri se nequit, ita licet furari
 exigente necessitate, & ita dicunt ibi esse tenendum dom. Abba. & Ana.
 ¶ An licite procedant episcopi qui semper excommunicant non reuelantes
 fures, & furta? dicas quod sic, quia peccatum, est non reuelare, idẽ licite ex-
 communicari poterit cap. qui cum fure & ibi Dom. Abba. de fur. ibi tamen
 Ana. late discutit, & dixi alias in verbo testibusq; dilig. exam. ¶ Item alia pœna
 puniatur fur, quia nõ potest ad ordines sacros promoueri ca. ex litteris de fur.
 ¶ Aduertendum etiã est, ad id quod dixit Hispan. vbi supra quod grauius pu-
 niatur domesticus pro furto quam non domesticus ex doctri. Ioan. Fabr. in
 alia deinde, nam Ioan. Fabr. absque lege loquitur & Ana. in d. cap. ex litteris
 de fur. 5. col. dicit non puniri, nisi factum sit magnum. ¶ An fures possint in-
 carcerari & torqueri? dicas quod sic secundũ Lucam de pœna in l. iudices. C.
 de dignita. libr. 1. 2. per cap. 14. q. 1. & cap. 1. de deposito & voluit. Cassia in tit. l. q.
 alcun commet temple larr. §. 3. fol. 42. numero 6.

Furibus Ec-
 clesiastica
 sacramenta
 a. denegẽ-
 tur.

Fur necessi-
 tatis ca. an
 à pœna ex-
 cusetur.

Fur ad sa-
 cros ordi-
 nes nõ pro-
 mouẽdus.

Fures an in-
 carcerari &
 torqueri
 possint.

VEL HOMICIDIUM.


Cap. XXII.

S V M M A R I V M.

- 1 Homicidium qua pœna puniatur.
- 2 Degradatio an locum habeat in homici-
 dio qualificato remissive.
- 3 Que aggrauans homicidij delictum.
- 4 Clericus si cum animo eius inimicum
 occidendi accesserit, reperiens eum moy-
 sum, caput amputauerit, an irregulari-
 vis fiat? Et qua pœna tenetur. 1. nu. 6.
- 5 Homo non viuificatus non dicitur ho-
 mo.
- 7 Consilens, & opem præstans, an pari pœ-
 na qua delinquent, puniatur?
- 8 Instigans, & commouens aliquem ad
 homicidium, an tanquam homicida sit
 puniendus?
- 9 Prohibens delinquentem ausipientem
- 10 Illato unico vulnere alicui in rixa à
 pluribus, ignoratur tamen a quo, an
 omnes irregulares sint. & puniantur,
 & in num. 11.
- 12 Vno, ex pluribus in domo, interfecto,
 ceteri quando possunt iustificari.
- 13 Differentia inter leges & canones,
 quando vnus letaliter vulnerauerit,
 alius extinxerit.
- 12 Qui potens, non obuiauit maleficio, an
 tanquam irregularis puniendus.
- 15 Clericus incipiens rixam, si super venien-
 tes consanguinei ad versarium occide-
 rint, an irregularis fiat?

Clericus

16 Clericus sciens famulos vel consan-
 guineos velle occidere eius inimicum,
 si tacet, an sit irregularis. & in
 num. 17.



HOMICIDIUM. ¶ Punitur pœna depositionis, & detru-
 sionis in monasteriũ ca. cum non ab homine iuncto ca. tuæ
 de pœn. ¶ Sed vtrum degradatio actualis habeat locum in
 crimine homicidij qualificati? dicam infra vbi de pœnis dice-
 tur. & habetur late per Gul. à bened. in rep. ca. Rainutus, in
 quaestione de homici. ¶ Et aduerte (vt scias formare in qui-
 sitionem) quod ibi do. Gul. plura ponit quæ aggrauant deli-
 ctum homicidij, & pœnam: primo aggrauatur ex qualitate interfecti, nam si
 est religiosus, ex eius persona grauius delictum debet censerì per l. atrocem. C.
 de iniur. & est. tex. in cap. qui occiderit 17. quaest. 4. Item similitè & tanto ma-
 gis aggrauatur si est constitutus in officio & administratione. & probatur in
 l. Grachus. C. de adulte. Item tertio aggrauatur ex persona interfecti, si probe-
 tur quod longo tempore fecit nonnulla accepta seruitia interfecti, ex qui-
 bus debebat remunerari, non occidi cap. relatum de testa. l. sed. §. con-
 suluit. de pet. hæ. Aggrauatur insuper ex persona interficientis etiam ex tri-
 bus causis, prima, si esset sacerdos, cuius officium quia multis prodesse, & nulli
 nocere debet c. 1. de postulan. & sic non debet esse crudelis, sed humanus. vt di-
 cit Panor. in ca. 1. de cler. percuss. Item si interficiens esset familiaris interfecti,
 proculdubio aggrauatur glo. in l. 1. ff. ad Silla. Item si interficiens fuisse pater
 spiritualis: & sic pater confessionis interfecti. secundum Panor. in cap. at si cle-
 rici de iur. Item aggrauatur homicidium ratione loci ex triplici causa: prima si
 fuit commissum in domo religiosa. Item secunda si fuit commissum in domo
 propria interfecti, vbi debuit habere tutissimum refugium. l. plerique ff. de in-
 ius voca. tertia, est ratione loci vulnera: vt quia in capite, & locis mortalibus.
 Item aggrauatur ratione temporis l. aut facta de pœn. Item aggrauatur ratio-
 ne euentus, saltem ex eo quod euenire potuit. Item ratione cause grauat: vt
 si nulla iusta causa præcedente, sit homicidium commissum. Item grauat: vt
 si proditorie sit commissum. Item propter damnosam exempli pernitiẽ, id est
 vt cuitetur malum exemplum, grauat: delictum. Scias ergo formare inquisi-
 tionem: vt delictum grauetur. ¶ Quid enim si clericus accessit cum intentione
 vt occideret eius inimicum: & reperiens eum mortuum, & volens eius appeti-
 tui satisfacere amputauit caput mortui: an dicatur ex hoc irregularis: & vide-
 tur quod non. ¶ Quia homo non viuificatus non dicitur homo: nec cadauer
 dicitur homo cap. in quadam de celeb. nisi licet alij dixerint quod sic saltem
 propter intentionem, cum opere subsequuto cap. nuper de biga. & cap. fin sed
 Archi. in cap. si. 5. quaest. 1. tenet primam opinionem. & sequitur Ana. in cap.
 sicut de homicid. in fin. ¶ Est tamen bene verum quod iste clericus tenetur
 actione iniuriarum hæredi illius cadaueris l. 1. §. quoties ff. de iniur. quod nota
 contra clericos sepelientes eorum inimicos, & iniuriantes cadaueri.
 ¶ Aduerte tamen quod in quantum simpliciter Hispan. in sua pra. in verbo ho-
 micida tenet consulentem, & opem præstantem puniri eadem pœna qua
 sciens: quod eius dicto simpliciter non est adhærendum. Nam Ana. in ca. sicut
 dignum. §. illi etiam ex mente Angeli distinguit, quod aut quis fauet negligens
 do. & tunc si reperitur determinata pœna: illa puniatur. Sui autem nulla erit
 determinata pœna: & erit arbitraria, aut quis fauet consulendo, seu consen-
 ticado: & isti plus peccant quam negligentes: tamen minus puniuntur quam
 N 4 facientes

Homicidij
 qua pœna
 puniatur.
 Quæ aggra-
 uant homici-
 dij delictum.

Homo non
 viuificatus
 nõ dicitur
 homo.

facientes ea. nullus de reg. iur. in vi. & dicit esse casum in cap. cantantes & psal-
 len tes 82. distin. quidam fauent comparendo, & isti pari poena puniuntur c. r.
 de offi. dele. quidam fauent authorizantes & defendentes. & isti de iure cano-
 nico plus peccant quam facientes quia peccant in duobus; primo, quia sunt
 participes criminis: secundo, quia impediunt iustitiam ministrari: ideo offen-
 dunt rempublicam, & priuatam 24. q. 3. qui aliorum, & videatur Innoc. in d. S.
 illi qui. Adde quo hanc quaestionem late tetigit d. Dida. Couar. in repe. clem. si
 furiosus de homi. §. 2. in secunda parte relectio. num. 1. vbi distinguit, an consi-
 lium sit datum alia facturo, ita vel ne dicit tamen quod licet consilium sit da-
 tum alias facturo; tamen contrahitur irregularitas. ¶ Quid enim de eo cocita-
 uit aliquem ad odium & iram contra proximum taliter quod ex illa instiga-
 tione sequutum est homicidium, vel discordia: an puniatur vt homicidia? dicas
 quod seueriter est puniendus: non tamen vt homicida, nisi instigatio tenderet
 ad certum homicidium d. cap. sicut dignum. §. qui vero & ibi not. Ana. & ad su-
 pradictam q. supra proxime tactam. vide Gandi. in trac. suo crim. in tit. de ho-
 mic. & eo. poen. nu. 7. & Gandi. in tit. de poen. reo. num. 36. ¶ Qua poena punian-
 tur illi qui commisso homicidio per seyum, fecerunt taliter ne caperetur a cu-
 ria eum in sequente dicas quod tenentur media poena homicidij arbitrio iudi-
 cis. vt late Gandi. in suo lib. malef. in tit. de homic. & eorum poen. num. 8.
 ¶ Ad illud enim quod Hispanus in eadem sua praxi. in verbo homicida, dicit
 sub verbo credulitatis quod clerici excusantur a poena ordinaria in illis cast-
 ribus in quibus laici excusantur a poena mortis, dicas tu non sub verbo creduli-
 tatis, sed affirmatio. ¶ Quid enim si vnicum vulnus fuit illatum vni a pluri-
 bus, & nescitur a quo an omnes sint irregulares, & omnes puniantur? Innoc.
 in cap. significasti de homi. mouet dubium, & non decidit? Ioan. And. in iratur
 de Innoc. qui hoc non decidit, miratur de Gregorio. qui illa verba inno. decidit,
 abstulit, miratur de Bonifacio. 8. qui sciens non posuit in 6. vnam extrauagan-
 tem quae decideret. & gl. & Docto. arguunt pro & contra, vt patet ex his quae
 habentur 42. distin. quiescimus 1. 1. quae 3. nolite. Hostien. in summa tit. de
 homi. in ver. & qua poena verum. sed nunquid omnes dicit quod relinquuntur
 conscientijs eorum, & ideo nullus censendus sit irregularis, nisi graue scandā-
 lum oriatur. Barto. Brixie. coeludit omnes esse irregulares, & omnes esse remo-
 uendos. Io. And. dicit quod vbi apparet de culpa omnium, licet vnus solus per-
 cussit, omnes repelluntur. si vero nec de aliqua culpa constat omnes admit-
 tuntur. Angel. in l. si in rixa. ff. de sscar. simpliciter sequitur opinionem Hostien.
 & quo ad poenam omnes absoluentur. Hanc eandem opinionem sequitur Io.
 de Ana. in d. ca. significasti. Dom. Abb. in d. ca. significasti nu. 4. dicit quod aut
 agitur ad poenam imponendam, & tunc in dubio nemo censendus est irregu-
 laris. sed vbi agitur, vt tantum quis cesset a diuinis, in dubio omnes censendi
 sunt irregulares. Ego autē adhaereo opinionioni Io. And. quod si apparet de culpa
 omnium: omnes censendi sunt irregulares: vbi autem de culpa non apparet,
 nemo irregularis censendus est. pro qua opinione facit quod met. glo. in cap.
 cupientes §. ceterum in ver. sciant culpabiles de electo. in vi. Tu autem vide
 quia ad longū congerit Dida. Couar. in rep. cle. si furiosus de homici. in secun-
 da parte relectio. §. secundo num. 3. 4. & sequ. & eandem post multa concludit
 plures casus videlicet. Primus casus erit (secundū eum) quoties plures cōsul-
 to eundem hominē fuerint aggressi, & ille ex vnico tantum vulnere mortus fue-
 rit, isto casu (dicit ipse) tenentur omnes etiā qui nō percusserint, de homicidio,
 & eius poena erunt puniendi. secundū Bar. in l. si in rixa col. 1. ff. de sica: & ibi

Ang.

Instigās ali-
quē ad ho-
micidij an
vt homici-
da punia-
tur.

Illato vni-
co vulnere
a pluribus
an omnes
irregulares
siant.

Ange. Cy & Saly. in l. quoniam. C. de vi. publi. vlti. q. & idem erit; si vnus tan-
 tum percussit & alij auxilium dederint & isto casu omnes erunt irregulares.
 Secundus casus erit cum vnus fuerit a pluribus in rixa subito contingenti nō
 praemisso consilio vulneratus, & constet quod ex tot vulneribus sit lethalter
 percussus, & quis id intulerit, in hoc casu tenebitur (secundū eum) qui vulnus
 lethale intulit, de homicidio. Ceteri de percussione. per text. in hitem melā. §.
 sed si seruum. ff. ad l. Aquil. Et idē tenent canonistae in d. ca. significasti. Tertius
 casus erit, quando quis ab vno fuerit lethalter vulneratus, & demum ab alio
 exinanitus, de quo dic vt infra. Quartus casus erit, quando vnus est a pluribus
 percussus & tandem ex vulneribus illis mortem obiecit, nec constat eum po-
 tius ex vno quam alio vulnere decessisse tunc omnes hi percussores de occiso.
 tenentur secundum Cardi. Ana. & Fely. in d. cap. significasti nu. 10. sed poena
 extraordinaria. secundū Alexan. cōsi. 13. lib. 1. Quintus casus est: quoties quis
 vno tantū vulnere lethali fuerit percussus. nec apparet a quo, cum tamen plu-
 res in conflictu rixae cum eodem cōtenderint, vel fuit a pluribus multis vulne-
 ribus, (quorum vnum tantum est mortiferum) vulneratus, nec constat quis il-
 lud vulnus intulerit, & in hoc casu omnes extraordinaria poena plectēdi sunt.
 secundum Ana. & Fely. in d. cap. significasti. quo vero ad irregularitatem, dicit
 quod si constat omnes percussisse: omnes erunt irregulares vide: eum.
 11 ¶ Simile etiā dicendum est. in illa quae de lapide proiecto de domo ab vno
 ex quatuor; sed, nescitur a quo. vt ibi dicit Ioan. Ana. ex mente Ioan. And.
 12 ¶ Quid enim si plures erant in domo: & vnus est interfectus. an alij possint esse
 reles? Specula. in tit. de teste num. 38. dicit quod non in §. 1. Io. Andr. ibi in
 addi dicit quod si vnus accusatur poterunt alij testificari; sed si omnes accu-
 santur, non, verum vbi vnus accusatur & alij testificantur, poterit contra illos
 13 excipi. & ita transit Ana. in d. ca. significasti. ¶ Item aduerte quod est differen-
 tia inter canones & ll. in hoc quia si vnus vulnerauit lethalter, & alter extin-
 ferit secundū ll. primus de vulnerato tantum, & secundus de occiso tenetur.
 at secundum canones quo ad irregularitatem ambo de occiso tenentur. se-
 cundum Innoc. & Ana. in d. ca. significasti de homi. Contrariā opinionem te-
 nuerunt Io. Ana. & Abb. in d. cap. significasti quos sequitur Casali a villa Die.
 in vac. de irre. cap. de percussori col. 4. & sequitur Io. Ign. in l. 1. §. si quis in vil-
 la. ff. ad sillania. sed vide Dida. Couar. in rele. cle. si furiosus de homi. num. 4.
 14 ¶ Nunquid qui commode potuit obuiare maleficio, & obuiavit: puniatur, &
 irregularitatem incurrat? dicas quod sic ca. sicut dignum. §. illi etiā de homic.
 & not. Hostien. in d. cap. significasti & videas late dicta per Dida. Couar. in
 repe. Clem. si furiosus de homi. in secunda parte rele. §. secundo nume. 7.
 15 ¶ Quid enim si clericus dederit causam rixae, & superuenerunt consanguinei
 ipsius, & occiderint aduersarium, an ex hoc ille irregularitatem incurrat? dicas
 quod sic secundum Docto. in cap. Petrus de homi. Maria. Socii. in cap. ad au-
 dientiam de homic. num. 30. late Couarru. vbi supra num. 8. Et quid quando
 potuit prohibere, & prohibuit. vide vbi supra. Et quid quando superuenerunt
 alij & ex propria inimicitia occiderunt pugnantē cum clerico? vide Couarru.
 16 in d. loco. ¶ Sed quid de eo clerico cuius famuli, vel consanguinei in eius pra-
 sencia tractant interficere eius inimicum ob eius iniuriam, an si tacuit, dica-
 tur irregularis? dicas quod sic secundum Abba. Fely. & alios in d. cap. Petrus.
 & voluit Couarru. vbi supra. ¶ Imo irregularis efficitur clericus qui scien-
 tati de committendo homicidium eius gratia si non impediuit illud, vel sal-
 tem non reuelauit. secundum Couarru. vbi supra.

Opi. d. Au-
toris.

Ex plurib.
in domo,
vno interfe-
cto, quādo
ceteri testi-
ficantur.

Qui potēs
maleficio
non obuiat
irregularis
fit.

S V M M A R I V M.

- 1 Venenationis crimen enormissimum, & grave.
- 2 Iudex in crimine veneficii ad torturam promptior esse debet.
- 3 Venenum qui emit, & vi daret, paravit, non dedit, sed per se non fecit: virum
- 4 eadem pena quasi dedisset puniretur? Vibrans baculum vt percussit clericum, non tamen percussit, an sit excommunicatus?
- 5 Consuetudo civitatis locum habet etiam inter clericos.

Venenationis crimen enormissimum & grave. Emens venenum, sed non dans, qua pena punietur.



NON est dubitandum, quod crimen venenationis sit enormissimum & grauate crimen. vt dicunt Ange. & Iac. Bur. in l. 1. C. de male. & matema. Est enim istud crimen occultum, sicut crimen falsitatis, & ideo promptior debet esse iudex ad torturam. secundum Bal. in l. quicumque. C. de ser. fugi. pen. col. Alexan. in consi. 60. in 3. vol. Bal. in l. 3. C. de episc. audien. Ad illud autem quod dicit Hispanus in practi. sua in verbo veneficii (qui semper dicit credo in Deum) quod qui emit venenum vt daret alicui, si tamen paravit, & per eum non fecit, quin daret puniatur eadem poena ac si dedisset, omnino ab eo discedas. Nam quod attentatum etiam iure canonum, non puniatur nisi executioni demandatum sit, probat tex. & ibi not. Gemi. in ca. perpetuo de electio. in 6. Item poenales constitutiones sunt restringendae de electio. ca. statutum lib. 6. Item opinionem meam probat tex. in ca. sicut dignum. §. illi autem de homic. ibi si ex illa captione mors sequatur? ergo si non sequatur mors, non pari poena plectitur qui attentauit. & ita illum tex. ponderat ibi Ioan. de Ana. vbi vnum alium maximam dicit, quod etiam quo ad Deum voluntas mala non habetur pro facto, sed minori peccato, & minori poena astringit ex quod delictum non est sequutum. licet voluntas deliberata praecesserit, pro quo dicit videndam glossam in ca. si cui de poen. distin. 1. vbi Doct. iura ergo (secundum eum) quae videntur innuere contrarium debent intelligi quo ad intentum salutis aeternae, sed quo ad qualitate supplicij differunt. Nam consummatio operis aliquid addit. Ad idem facit tex. in ca. 1. de cler. pug. in adult. Ad idem facit vera opinio. Lau. quae contra Io. recitatur de poen. distin. 1. periculose. Facit etiam pro praedictis id quod de eo dicitur qui vibrauit baculum. vt percuteret clericum, & non percussit, non esse excommunicatum? vt not. Hugo. r. 7. quae 4. si quis suadente, & Io. de poen. distin. 1. si quis pulsatus, & per multa alia; hanc opinionem tenet Io. And. in regula in poen. de regu. iur. in 6. Nec obstat doctrina Bar. allegata quando de generali consuetudine mundi hodie non seruatur, vt dicit Spe. in tit. de accus. §. 1. vers. sed quid si primo. cuius dictum sequitur Augusti de A. in. in add. ad Ange. de malef. in verbo & ex interuallo, & Alexan. consi. 15. l. hb. Ang. in l. 1. §. haec verba. ff. quod qui iur. Bal. in l. 3. C. de ser. fugi. & in proprijs terminis de veneno tenuit Aflic. in consi. mala noxia, & Gramar. decisio. secunda puniatur tamen poena extraordinaria vt ibi per d. docto. Et consuetudo civitatis habet locum etiam inter clericos. de quo in cap. cum venissent de eo. qui. mi. in po. de quo per Bart. in l. cunctos populos. C. de sum. trin. & fi. ca. & habetur in cap. Ecclesia sanctae Mariae de consi. & per Ana. in ca. 2. de cler. pug. in duell.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus proferens sententiam sanguinis: si non fuerit exequuta, an puniatur poena de qua in ca. clericis? ne cler. vel mon.
- 2 Sententia iudicis sola an reddat damnatum
- 3 Clericus assistens leuare capitalis sententiae alicuius rei, vel ipsius executioni regularis non efficitur.



VT videri licet: Hispanus noster semper cantat Credo in Deum. dicit ipse in sua prac. in verbo truncationes membrorum & c. Quod creditur clericum proferentem sententiam sanguinis, si non est deuentum ad executionem, non puniri poena de qua in ca. clericis. ne cler. vel mo. & tamen text. ille expresse decidit contrarium in illis verbis aut iudicent infrendas. Item contrarium expresse decidit Spec. in tit. de dispensa. §. iuxta propositiones. pro quo facit quia eo ipso quod quis damnatus est ad mortem dicitur mori. Hinc est quod sola sententia iudicis reddit damnatum inestabilem: & testamentum prius factum tollit. si quis filio exheredato. §. irritum. ff. de iniust. rup. & irr. testa. & voluit Guliel. de bene. in repet. ca. Rainutius §. mortuo itaque testatore el primo num. 125. Si autem aliquis clericus ex curiositate praesens fuerit leuatae sententiae, vel truncationi membrorum aut mortis illatae malefactori, non puniatur nec irregularis efficitur, si nec auxilium consilium, aut authoritatem praestiterit. Ita Spe. in d. loco. & Nic. Plo. in trac. de irregula. num. 5.

Clericus proferens sententiam, non exequutam, an permittitur.

Sola iudicis sententia an damnatum reddat intestabilem.

AVT INCENDIUM.

S V M M A R I V M.

- 1 Poena contra incendiarios, an repeviantur de iure canonico statuta?
- 2 Incendiarij quando a Papa, quando vero ab Episcopo absolui possint.
- 3 Haeredes incendiariorum, an damnantur
- 4 Incendiarij quando ipso iure, vel facto excommunicandi veniunt.
- 5 Apponens in agro proprio ignem & damnificans proximum, damnus rescicere tenetur.



OSTER. Hispanus in sua practica in verbo incendiarij sub verbo affirmatio dicit, de iure canonico, non reperiri statutam poenam contra clericos incendiarios, sed tantummodo contra laicos. Certe male dicit, quando vtitur verbo credo, & pessime cum reuerentia, quando vtitur verbo affirmatio. Nam quis enim sibi reuelavit quod tex. in ca. pessima in 23. quae 8. loquatur in laicis, & non in clericis generaliter enim loquitur ille tex. Item nonne habemus alium text. in cap. si egressus de iniust. & dan. dat? qui etiam generaliter loquitur. Item habemus alium

Poenam contra incendarios.

Vibrans baculum vt percuteret clericum, non tamen percussit, an excommunicabitur.

Consuetudo civitatis locum habet etiam inter clericos.

Incediarij quando, & a quo abfoluendi.

tex. videlicet, in ca. tua nos de sen. excom. ¶ Quare omiffa eius opinione, dicen- dum est, quod aut aliqui incendunt Ecclesiam vel locum religiosum, aut ci- miterium, & tunc ipso iure sunt excommunicati, & postquam denunciati fue- rint in Ecclesia non possunt absolui nisi per Papam, sed ante denunciacione in Ecclesia possunt absolui ab episcopo loci, ea tua nos & ibi declarat Abb. & non absoluantur nisi damno refarcito, & iuramento praestito quod ignem ul- terius non apponant. ut in d. ca. pessimam. ¶ Et haeredes coguntur satisfacere damnum passis. secundum ea que no. per Host. in tit. de incen. §. & qua poena. ¶ Sed ibi Host. dicit quod de consuetudine sunt excommunicati ipso iure, siue sint denunciati in Ecclesia siue non. Verum non apparente de consuetudine, seruanda sunt praedicta. Si vero fuerint incen diarij aliorum locorum, & tunc non sunt excommunicati ipso facto, sed sunt excommunicandi. & post publi- cationem excommunicationis, absolutio referuatur Papae secundum gl. in ca. deuotissimam 12. q. 2. in uersic. incendiarios & glo. in c. omnes 17. q. 4. & Abb. in d. c. tua nos. & Host. ubi supra. ¶ Si uero quis apposuit ignem in agro suo & damnum dederit in segetes uicini sui, damnum debent restituere etiam si fue- rit in leuissima culpa secundum Abb. in ca. si egressus de iniur. & dam. dat.

Haeredes incediario- rum ante- necantur.

AUT DUELLVM ALIIS SPONTE

offerens. Cap. xxvii.

S V M M A R I V M.

- 1 Duellum offerentes, vel oblatum susci- pientes quae poena plebantur. Et quan- do & quomodo liceat, vel non.
- 2 Morientibus in duello sepultura dene- gabitur.
- 3 Exceptiones ad euitandum poenam duel- li.
- 4 Clericus, si alius pro eo duellum inuuit, succedentibus morte, vel vulnere, virum irregularis fiat?
- 5 Dispensare Episcopus in duello successo, virum grauiose, vel coacte debeat?

Duellu of- ferent, vel suscipiens qua poena plebatur.



FERENTES. ¶ Alteri duellum, vel oblatu suscipien- tes poena depositionis plebantur. Sed si membri mutila- tio aut mors non sequatur, poterit cum eis dispensari c. 1. de cler. pugna in ducl. Hispa. in sua. praec. in verbo. Duellu aliis sponte offeren. ex mente do. Abb. in d. cap. 1. dicit qd si aliquo casu necessitatis quis inuuit duellum punitur mi- tiori poena. Tu autem aduerte quod loquendo de duello quod ut more hodierno. inter nobiles, non videtur posse cadere talis necessi- tas quae habeat offerentem, vel suscipientem excusare, cum semper sponte offe- ratur, & sponte suscipiatur, licet si no offeratur ab eo qui pretendit iniuriatus, & no suscipiatur ab iniuriante, concurrat periculu honoris quod n. periculu honoris non causat hanc necessitate. ut in particulari annotatu reliquit Io. de Ana. in rub. de cler. pugna. in ducl. Quare P. apo. in ca. monomachia 2. q. 5. di- cit qd aut duellu fit propter ineuitabile necessitate defensionis personae, & fit opprobrio a priuato & iurisdictione non habente, & licitu est duellu. & hoc po- test contingere quoties vnus in aliquem irruit. dicens. euagines enssem quia volo tecum certare: qui si non euaginare, & se defenderet, utique occideretur ab eo. Nam isto casu bene (vt dixi) procedunt quae dicta sunt & in isto ca- su

su habet locum arg. quod sumitur a contrario sensu in cap. 1. de cle. pug. in duell & est rex. de hoc in cle. si furiosus de homi. Aut fit propter coactionem factam a iudice & in casu permisso, & talis non peccat, nec punitur: sicut pa- tet in ministro interficiente alium de mandato iudicis 23. quaestio. 6. miles. Aut fit propter coactionem partis, & tunc peccat, si fit propter defensionem rerum, vel honoris, de clei. pugna. in ducl. cap. fin. sed si fieret duellum pro defensione rerum per possidentem rem, non esset prohibitum: si fieret cum moderamine inculparae tutelae de resti spolia. ca. olim ca. significasti. de homi. ¶ Habes ergo quomodo practicabis praedicta. ¶ Illud etiam sciendum est; quod morientibus in duello sepultura deneganda erit. cap. 1. in si. de torneamen. ¶ Vt ergo euitetur poena praedicta depositionis, scias articulare; videlicet quod sit factum pro defensione salutis propriae, vel pro defensione pa- triae. arg. l. 1. S. bestias. ff. de postulan. vel pro defensione eorum quorum ini- iuriam remetur propulsare, vt dicit Ioan. de Ana. in d. cap. 1. sed ego puto quod non esset excusatus clericus, nisi pro defensione propriae salutis. ¶ Quid enim si non ipse clericus, sed alius pro eo duellum inuuit, & suc- cesserunt vulnera, vel caedes, an sit ille irregularis? dicas quod sic. cap. 2. de cler. pug. in duell. potest tamen cum eo dispensari vt retineat aliquod bene- ficium, ne cogatur mendicare, vt ibi. ¶ Sed vtrum cogatur Episcopus dispen- sare, vel sit gratiosum? Do. Abb. ibidem dicit quod omnino est gratiosa & ita tenet et Ana. ibidem.

Morientib. in duello denegat se- pultura. Excep- tiones p ducl li poena cui tanta.

VEL NAVES AD PUGNAM GVBERNARE

& caetera. Cap. xxviii.

S V M M A R I V M.

- 1. Clerici exercentes gubernationem nauis, seu exercitus ad pugnam: an deponendi veniant?



ERCI. ¶ Enim exercentes gubernationem nauis ad pugnam seu exercitus, siue corporaliter pugnent, siue alios incitent ad pugnam, deponendi sunt ca. quod in dnbijs de poen. Hisp. in sua. praec. in verbo. naues ad pugnā & c. quod Innoc. excusabat clericos a poena depositionis, si id fie- ret causa necessitatis, & pro defensione. Sed dom. Abb. re- stringebat dictam Innoc. quando necessitas esset ineuita- bilis. Ipse autem (credendo) dicit, quod dictum Innoc. intelligi debeat quo ad terminos cap. quod in dubijs videlicet ad euadendam poenam deposi- tionis & dictum Abb. quod ad irregularitatem, & sic saluatur contrarietas interdictos docto. quia iudicio suo Innoc. non loquitur de irregularitate. Sed pro certo se somniauit. nam (vt videri licet) Innoc. loquitur de irregu- laritate sicut & Abb. & siue loquatur, vel non loquatur, de irregularitate ipse Innoc. deberet omnino eius dictum intelligi secundum dictum do. Abb. per ea quae dicta sunt, in verbo proxime praecedenti. Cum nulla posset dari

Clerici pro- pter q gu- bernatione deponant.

AVT LEVITATE DELICTORVM.

Cap. XXVIII.

S Y M M A R I V M.

- 1 Delicta leuia debent puniri.
- 2 Actio furti etiam pro vno ouo competit.
- 3 Delicta leuia clericorum sunt dissimulanda.
- 4 Iniuria verbalis an modicum delictum?
- 5 Clericus potest pro iniuria agere.
- 6 Actio criminalis competit pro iniuria.
- 7 Poena iniurie extimate applicatur parti.
- 8 Damni satisfactio debetur ex sola negligentia.
- 9 Delicta leuia qua sint.
- 10 Delicta atrocita que sint. & infra. num. II. 12. 13.
- 14 Fornicatio an enorme delictum?

Delicta leuia debent puniri.



DELICTA. Enim licet leuia, puniri tamen debent. l. respiciendum ff. pen. & cap. non afferamus 24. quaest. hinc dicit glos. not. in ca. duo sunt 96. dist. quod omnis contumacia est excommunicatione digna. & tanto est maior, quauto ex minori resurgit. quia videtur magis iudicem contemnere. & voluit do. Abba. in ca. cum te extra de re iudi. num. 7. Bal. in l. i. §. de exercitoribus. ff. nau. caupon. & sta. dicit qd poena

nae imponitur comburenti domum, habet etiam locum in comburenti domunculam. & multa per Dec. in cap. de appellationibus in secunda not.

Actio furti et pro vno ouo competit.

Ubi dicit in poenalibus etiam de minimis competere actione, hinc est quod actio furti competit etiam pro vno ouo. §. galinarum in dist. de re. diuisio. & 14. quaest. ult. cap. fin. & multa alia allegat Dec. ibi ad comprobationem praedictorum & habetur p. Ias. in l. turpia in pen. col. ff. de lega. i. in Authen. qui rem. C. de sac. sanct. Ecclesiae & habetur per Bald. in cap. cum adeo extra de rescrip.

Iniuria verbalis an modicum delictum.

Est tamen bene verum, quod pro leuibus & modicis delictis non debet ex officio procedi, sed sunt dissimulanda maxime in clericis & religiosis, ne contingat pro modicis infamari. secundum Specu. in tit. de inquisitio. in princ.

Poena iniurie extimate applicatur parti.

Iniuria verbalis licet sic modicum delictum tamen potest agi civiliter, & criminaliter quando agitur civiliter, extimatur iniuria in libello, si & prout existimatur, & fit in regno in foro laicorum secundum glos. in cap. si canonici de offi. ordi. in 6. & plene per do. Abba. in cap. cum te de re. iudi. num. 23.

Delicta leuia que sunt.

Nec dubium est, clericum agere posse ad extimationem iniuriae. vt est text. in ca. olim extra de iniur. & ibi not. do. Abba. Potest etiam (vt dixi) de iniuria agi criminaliter, & tunc venit imponenda poena arbitraria, vt not. do. Abbas. in d. cap. cum te de senten. & re iudica. & poena. tunc applicatur fisco. Est tamen aduertendum qd quando agitur de iniuria civiliter, poena applicatur ipsi iniuriato, nec fiunt partes, prout in foro laicorum ca. olim de iniur. Item notandum est, quod de iure canonico teneretur quis ad satisfactionem damni, ex sola negligentia, quantumcumq; non habuerit voluntatem damnificandi ca. si culpa & ibi Abba. de iniur. Delicta leuia. secundum Abba. in ca. tuae discretionis num. 3. de pgn. dicuntur ubi dolus non requiritur, vnde quando aliquid contigit per imperitiam vel culpam sine dolo, vel quando dolus interuenit circa rem. modicam, vt forte modicae rei inter domesticos l. respiciendum. ff. de poen. & l. leuia. ff. de accusa. & ca. cum dilecti extra de accusa. Sunt tamen aliqui qui

Delicta atrocita qua sunt.

qui dicunt quod delicta atrocita in clericis sunt adulterium, homicidium, sacrilegium, falsum testimonium & similia vt in ca. si episcopis l. dist. & cap. apostolus 81. dist. & per Card. in cle. 1. de offi. ordi. in 5. not. Item dicitur graue delictum, violentia cum armis, secundum glo. in l. 3. ff. de vi & vi arma. & Alexan. in l. leuia. ff. de accusa. Item dicitur graue delictum omnis causa sufficiens ad exheredandum secundum Bart. in l. solo. C. de libe. cau. Leuia etiam delicta dicuntur ex consuetudine & ideo percussio, manu vacua dicitur leuis Florentiae, secundum Alexan. post Angel. in d. l. leuia. ff. de accu. licet Bart. in l. non solu. §. si mandato. ff. de iniur. percussorem in personam grauem iniuriam dicat quod intellige regulariter in aliquibus tunc partibus solet reputari leuis. An simplex fornicatio in clericis sit enorme vel leue delictum? videtur quod sit enorme d. ca. Apostolus & c. meretricis 32. q. 4. & 27. quaest. 1. ca. vt lex Bar. brixien. 81. distin. in ca. Maximianus dicit contrarium, quia pauci sine illo crimine inueniuntur ca. quia tua l. distin. idem glos. & Laud. in ca. lator. 2. quaest. 7. & Goff. in ca. vt clericorum extra de vit. & hon. cleri. & ca. fraternitatis 33. distin. & ca. presbyter 72. distin. & cap. si quis omnem 1. q. 7. Card. in cle. 1. de offi. ordina. in 2. quaest. dicit quod Paul. dicebat hoc posse esse verum quando committitur simplex fornicatio, sed non potest esse simplex fornicatio in constituto in sacris. & ideo dicit ipse, quod de rigore iuris est enorme delictum, & ideo pro eo deberet deponi clericus. sed de misericordia non deponitur, si poenitet per d. cap. fraternitatis. tamen a beneficio remouentur clerici concubinarij, per constitutiones synodales in pluribus locis. & vide glos. in d. ca. Maximianus, & glo. in ca. lator. 2. quaest. 7. & Ioan. de Imol. in ca. vt clericorum mores de vit. & hon. cleri. & vide aliam glos. in cap. presbyter distin. 82. & per dom. Anto. de Butr. & Abba. in cap. at si clerici de iudi. Abba. in d. cap. vt clericorum Abba. in ca. sicut & in cap. sin. autem de coha. cleri. & per Anto. Confe. in nota. in verbo fornicatio, & quae dicta sunt supra, in verbo, vel flagitium carnis.

qui dicunt quod delicta atrocita in clericis sunt adulterium, homicidium, sacrilegium, falsum testimonium & similia vt in ca. si episcopis l. dist. & cap. apostolus 81. dist. & per Card. in cle. 1. de offi. ordi. in 5. not. Item dicitur graue delictum, violentia cum armis, secundum glo. in l. 3. ff. de vi & vi arma. & Alexan. in l. leuia. ff. de accusa. Item dicitur graue delictum omnis causa sufficiens ad exheredandum secundum Bart. in l. solo. C. de libe. cau. Leuia etiam delicta dicuntur ex consuetudine & ideo percussio, manu vacua dicitur leuis Florentiae, secundum Alexan. post Angel. in d. l. leuia. ff. de accu. licet Bart. in l. non solu. §. si mandato. ff. de iniur. percussorem in personam grauem iniuriam dicat quod intellige regulariter in aliquibus tunc partibus solet reputari leuis. An simplex fornicatio in clericis sit enorme vel leue delictum? videtur quod sit enorme d. ca. Apostolus & c. meretricis 32. q. 4. & 27. quaest. 1. ca. vt lex Bar. brixien. 81. distin. in ca. Maximianus dicit contrarium, quia pauci sine illo crimine inueniuntur ca. quia tua l. distin. idem glos. & Laud. in ca. lator. 2. quaest. 7. & Goff. in ca. vt clericorum extra de vit. & hon. cleri. & ca. fraternitatis 33. distin. & ca. presbyter 72. distin. & cap. si quis omnem 1. q. 7. Card. in cle. 1. de offi. ordina. in 2. quaest. dicit quod Paul. dicebat hoc posse esse verum quando committitur simplex fornicatio, sed non potest esse simplex fornicatio in constituto in sacris. & ideo dicit ipse, quod de rigore iuris est enorme delictum, & ideo pro eo deberet deponi clericus. sed de misericordia non deponitur, si poenitet per d. cap. fraternitatis. tamen a beneficio remouentur clerici concubinarij, per constitutiones synodales in pluribus locis. & vide glos. in d. ca. Maximianus, & glo. in ca. lator. 2. quaest. 7. & Ioan. de Imol. in ca. vt clericorum mores de vit. & hon. cleri. & vide aliam glos. in cap. presbyter distin. 82. & per dom. Anto. de Butr. & Abba. in cap. at si clerici de iudi. Abba. in d. cap. vt clericorum Abba. in ca. sicut & in cap. sin. autem de coha. cleri. & per Anto. Confe. in nota. in verbo fornicatio, & quae dicta sunt supra, in verbo, vel flagitium carnis.

De eodem. Delicta leuia.

Fornicatio ab enorme delictum.

AVDITISQVE ADVOCATIS.

Cap. XXIIX.

S Y M M A R I V M.

- 1 Aduocati audiendi sunt in discussione causarum.
- 2 Aduocati quid debeant seruare in discussionibus.
- 3 Aduocati non debent causam iniustam suscipere. Et suscipientes qua poena puniendi. & in num. 5. & 6.
- 4 Defensio dolosa non permittitur reis.
- 5 Aduocatus ad offensam an bene faciat.
- 6 Aduocatus in causa sanguinis, ad sceleris ordines nun pronuncietur.
- 7 Aduocatorum officium in quo versetur in causis criminalibus & in num. 10. 11. 12.
- 13 Orationis sunt quatuor partes.
- 14 Auditores quot modis beneuoli fiant & in nu. 15. 16. 17. 18.
- 19 Crudelitatis exempla varia.
- 20 Beneuolentia auditorum quemodo capitur. & in nu. 21.
- 22 Proemia quando omittenda. & in num. 23.
- 24 Proemia vitiosa esse non debent.
- 25 Narratio causa qualiter fiet. & in nu. 26. 27. 28.
- 29 Virilitas magna resultat ex causa bene relata.
- 30 Diuisionis partes sunt duae, & quae.
- 31 Distributionis partes duae, & quae.
- 32 Narratio qualiter confirmanda.

Coniectura

- 33 *Coniectura quoniam sit. & in nu. 34. 35. 36.*
- 37 *Dolus non datur ubi causa delinquendi non fundatur. & in nu. 38. & 39.*
- 40 *Solius delinquere habes coniecturam contra se. & in nume. 41. & 42.*
- 43 *De qualitate personae dupliciter consideranda.*
- 44 *Coniecturatio quae dicitur. & in num. 45. & 46.*
- 47 *Iudicium sumitur per argumentum a communiter accidenibus.*
- 48 *Coniectura qualiter extenuatur.*
- 49 *Coniecturalia signa.*
- 50 *Locus praestit coniecturam delicti.*
- 51 *Locus aggravat delictum.*
- 52 *Coniectura loci extenuat.*
- 53 *Loci coniecturae.*
- 54 *Tempus praestat coniecturam, & aggravat.*
- 55 *Coniectura ex vicinitate, vel longinquitate sumitur.*
- 56 *Coniectura signum quod dicitur occasio.*
- 57 *Claudestrinitas inducit suspicionem.*
- 58 *Argumentum quod dicatur.*
- 59 *Argumentum unde sumatur. & in nume. 60.*
- 61 *Transitus insolitus inducit pensamentum.*
- 62 *Argumentum sumptum ex instanti.*
- 63 *Argumentum ex tempore consequenti.*
- 64 *Pallor, ciuitatio, & rubor sunt signa homicidij.*
- 65 *Reus qualiter defendi possit.*
- 66 *Orationis finis qualis sit.*

Aduocati audiendi sunt in discussione causarum.



Dixi. Nam superiori loco, aduocatos partium in discussione ne causae, & processus audiiri debere, attestant etiam Platone in dialogo 9. de leg. (inquit enim) suffragiorum autem sententiarumq; modum, nostri officij est lege praescribere. Manifeste igitur ista ferantur, sed ante haec coram accusante defendenteq; quam proxime seruata ipsorum dignitate iudices sedent ubi ciues qui otio abundat omnes ad sint, taliaq; iudicia diligenter audiant. in quibus cum prima oratio, ab accusatore fuerit habita, defensor altera dicat. deinde senior de iudicibus quae dicta sunt, omnia adhibita diligentia sufficienter examinet, post eum caeteri omnes confiderent, quodcumq; ab aduersariis dictum, vel non dictum perquirendum singuli putant, qui autem nihil discussione sua dignum censet, alteri examinationem ipsam relinquat. at tandem in vestra sacratio scripta quae tunc conclusa fuerunt, inferentis omnium iudicium signis, deponantur. Postmodum rursus eodem in loco congregati eodem modo examinet, iudicentq; & signis appositis omnibus quae dicta fuerint, deponant: cumq; hoc similiter tertio fecerint, signis restibusq; sufficienter assumptis, sacrum singuli ferentes suffragium iure iurando per vestram vere, iusteq; pro viribus se iudicaturos affirmet atq; ita huic iudicio finem imponant. Utinam enim haec omnia hodie seruari possent sententiae non ita praecipitarentur. Hanc etiam obseruationem circa aduocatos in discussione causarum audiendos seruari. voluit Modestinus iure con. in l. custodias ff. de pub. iud. ¶ Aduocati enim ita se in causis criminalibus habere debent, vt cura modestia, & Dei timore causas defendant, ne eorum animas damnent vt clientes a poena temporali liberent; debent enim diligenter aduocatores, secundum Alexan. de ales in 3. suae; summae q. 44. art. 3.) vt non producant testes falsos, vel subornatos, nec allegent leges, aut doctrinas falsas correptas, aut abolitas, consuetudine, abusu, aut alia legem. ¶ Item non ad defensionem criminibus suscipere iniustam causam: nam secundum sanct. Tho. secunda secundae quae est. 72. art. 3. dicit illicitum est alicui cooperari ad malum faciendum, siue consulendo, siue adiuuando, siue qualitercunq; consentiendo, quia consiliarius,

Aduocati quae debeant ferre in defensionibus.

Aduocati non debent cum iniusta iustitia peccare. Et iudicium per se quae poena puniendi.

lians, & coniuuans quodammodo est faciens. inquit enim Apосто. ad Rom. 1. quod digni sunt morte, non solum qui faciunt peccatum sed etiam qui consentium facientibus, Manifestum est autem, quod aduocatus & auxilium & consilium praestat ei cuius causae patrocinatur. vnde si sciens iniustam causam defendit: absque dubio grauius peccat. & ad restitutionem tenetur eius damni quod contra iustitiam per eius auxilium, altera pars incurrit. Si autem ignoranter causam iniustam defendi excusatur: secundum modum quo ignorantia excusari potest.

¶ Nam reis inquisitis non licet se defendere per dolum & deceptionem, secundum eundem Beat. Thom. ibi q. 59. art. 2. dicendum, quod aliud est veritatem tacere, aliud est falsitatem proponere, quorum primum in aliquo casu licet, non enim tenetur quis omnem veritatem confiteri sed illam solum, quam ab eo potest & debet requirere iudex secundum ordinem iuris puta cum praecessit infamia, super aliquo crimine, vel aliqua expressa indicia apparuerint, vel etiam cum praecessit semiple na probatio falsitatem tamen proponere, in nullo casu licet alicui ad id quod autem temerum licitum est, potest aliquis procedere vel per vias licitas & fini intento accomodatas, quod pertinet ad prudentiam, vel per aliquas vias illicitas, & proposito fini incongruas quae pertinet ad astutiam quae exercetur per fraudem & dolum, quorum primum est laudabile, secundum vero vitiosum. Sic ergo reo, qui accusatur, licet se defendere occultando veritatem, quam confiteri non tenetur per aliquos conuenientes modos, puta quod non respondeat ad quae respondere non tenetur hoc autem non est calumniose se defendere, sed magis prudenter euadere, non autem licet ei, vel falsitatem dicere vel veritatem tacere, quam confiteri tenetur neque etiam aliquem dolum vel fraudem adhibere quia fraus & dolus vim mendacij habent & hoc esset calumniose se defendere. Si igitur haec non licent inquisito de cuius vita, fama, seu beneficiis, aut aliis bonis agitur quanto minus non licent aduocato & procuratori ipsius, inquiri. Plato in gorgias, vel de Rhetorica. ¶ Inter mala, magnitudine secundum obtinet locum, inferre iniuriam, efficere autem ne iniuriarum subeatur poena omnium natura maximum est primumq; malorum. Illi enim qui iudicium fugiunt ad dolorem quidem eius aspicere, ad utilitatem vero caeci esse atq; ignorare quanto miserius sit, animo esse non sano, sed fracto iniusto, impio quam aegrum corpus circumferre. Itaq; dant operam, ne iudicium subeant, neve maximo soluantur malo. Similes enim illis videntur, qui morbo corrupti grauissimo dant operam, ne vitiorum quae in corpore sunt sub medico poenas reportent, neque curentur puerorum more vitionem atq; sectionem, tanquam rem molestantem formidantes. & paulo inferius, praeterea (inquit) ad compellendum se ipsum & alios ne torpeant, neve expauescant, sed forti animo & quasi conuenientibus oculis iudici tanquam medico secandos vrendosq; se tradant, bonum ipsum honestumq; sequentes dolore contempto. Itaq; si verberibus digna commiserint verberandos se se tradant, si vinculis, vinciendos, si multa multandos. si exilio expellendos, si nece, necandos.

¶ Sed aduertendum est, secundum Theologos maxime Beat. Tho. secunda secundae q. 68. art. 1. quod poena praesentis vitae non per se experuntur, quia hoc est vltimum retributionis tempus, sed in quantum sunt medicinales, conferentes, vel ad emendationem personae peccantis, vel ad bonum reipublicae, cuius quies procuratur per punitionem peccantium poenae optima sunt, & imponendae. inquit enim Hiero. ad Macedonium. Non est iniquitatis, sed potius humanitatis, societate deuietis qui propterea criminis est persequutor, vt sit hominis liberator. & Ang. super epistolam Ioannis. Non putes (inquit) te tunc amare seruatum quando cum non cadis, aut tunc amare filium tuum, quando ei non das disciplinam.

Defensio dolosa non punitur reis.

De eodem fm Theologos.

disciplinam, aut tunc amare vicinum tuum, quando eum non corrigis, nō est: ista charitas ad emendandum, & corrigendum, & si sunt boni mores deleterent si autem mali emendentur. & in libro de ciuitate Dei, non est (inquit) innocentia parcendo, sinere vt in malum grauius incidatur: pertinet ergo ad innocentia officium, non solum nemini malum inferre, verum etiā cohibere à peccato: vel punire peccatum: vt aut ipse qui prius odio habetur corrigatur experimento, aut alij terrantur exemplo. Et idem ad Lothariū qui vitijs nutriendis parcat, & fauet: ve cōtristet peccantiū voluntatē non tam est misericors, quam qui nō vult cultum rapere puero: ne audiat plorantem: & non timet ne vulnere gratam Deo facere) per fas & nefas defendūt accusatos; & nihilominus laborant ad gehennam. ¶ Et licet apud nos sit satis cōtra honestatē, ad offensam, 7

Aduocatus ad offensam an bene faciat.

Aduocatus in causa sanguinis non promouetur ad sacros ordines.

Aduocatorū officium in quo versetur in causa criminalibus.

De aduocato accusatoris.

De aduocato rei.

De eodem.

¶ Et est notandū, quod per sacros canones aduocatus accusatoris in causa sanguinis, nō pōt promoueri ad sacros ordines, & aduocatus rei ad defensam sic. secundū glo. in ca. aliquantos. li. distin. & sic videt, magis approbati postulatio ad defensam, q̄ offensam; quia cuiuslibet licitū est ad defensam postulare 23. q. 5. ca. reos & C. de epis. audien. l. additōs, intellige tū si licite postuletur, vt supra.

¶ Et quia omne aduocatorū officium in duo versatur in causis criminalibus, 9 vel in defendendo reos, vel, in accusando; Idcirco pro iunioribus, quomodo se debeant habere in alterutro, aliqua dicamus, sequendo ordinem Ciceri. lib. 1 & secundo ad Herren. & accommodando & dicta ad praxim casuū occurrentium in foro canonico. In his enim versatur vniuersa criminum praxis in accusationum scilicet genere in defensione, & iudicatione. ¶ Altero quidem scilicet accusationum genere, rerum ordinem accusator profequitur, & singula argumenta quasi hasta in manu collocata, vehementer proponit, concludit acriter, confirmat talibus decretis, testimonijs, accusatusq; in singulis commemoratur, perorationisq; præceptis, quæ ad incitandos animos valent, & in reliqua oratione paululum digrediens decursu dicendi vitur, & vehementius in perorando est enim propolitur vt iratū efficiat iudicem; secundū Cic. in partitionibus.

¶ Altero quidem longe secus agendum erit, summenda principia ad benevolentiam conciliandam, narrationes aut amputandæ, quæ laedant, aut relinquendæ, si totæ sunt molestæ, firmamenta ad fidem posita, aut per se diluenda, aut obscuranda, aut digressionibus obruenda, perorationes autem ad misericordiam conferendæ, quibus propositis, mox iudicatio suboritur.

¶ Vt ergo ad praxim prædicta ducantur, est sciendū q̄ cum tota intentio aduocati accusatoris sit efficere, vt reos pro delicto luat pœnas, necesse est, vt talia dicat, vt iratū efficiat iudicem. & quia oportet habere iudicē & alios auditores dociles, beneuolos, attentos. Dociles auditores habere poterimus, si summam causæ breuiter exponemus, & si attentos eos faciemus. nam docilis est is qui acuate vult audire. Attētos habebimus, si pollicebimur nos de rebus magnis, nouis, inusitatis rebus facturos, aut de ijs rebus, q̄ ad tempus pertinent, aut ad eos ipsos, qui audient, aut deorum immortalium religionē, & si rogabimus, vt attente audiant, & si numero exponemus res, quibus de rebus dicturi sumus.

¶ Nam

13 ¶ Nam orationis quatuor sunt partes, earū duæ valent ad rem docendā narratio, & confirmatio. Ad impellendos animos, duæ principū & peroratio. Principium enim orationis, & finis qui peroratio dicitur, ad motum animi valet. Is enim initijs est, & perorationibus concitandus. Demū narratio sequitur, & confirmatio fidem facit orationi, & amplificatio quanquā habeat proprium locum, sæpe etiā primū, postremum quidē fere semper, tamen reliquo in cursu orationis, adhibenda est: maximeq; cum aliquid aut confirmatum est, aut reprehensum; itaque ad fidem quoq; vel plurimum valet. est enim amplificatio vehemens quædam argumentatio: vt illa docendi causa sit: hæc commouendi; secundum eundem Cicero in partitionibus. Principium ergo orationis ad captandam beneuolentiā; & ad habendos iudices & auditores attentos, & dociles fieri debet. ¶ Beneuolos enim auditores principio quatuor modis facere possumus, à nostra, ab aduersariorum persona, & ab auditorū, & à rebus 14

Orationis sunt quatuor partes.

Auditores quot modi beneuoliant.

ipsis, à nostra persona, verbi gratia, si quis est accusatoris aduocatus, debet sine arrogancia laudare eius officium: dicendo ea quæ dicit Plato in gorgias vel de Rhetorica (vt supra retuli) videlicet quod accusatoris officium magis laudabile, & Deo acceptū est quā defensoris: Cū altero sanatur anima, & à peccatis liberatur tradido corpus vt luat pœnas, Altero vero anima in peccatis alligata retinetur, & vitia atq; peccata fouentur, & quanto maior est anima corpore, tanto magis officium accusatoris est dignius defensore. ¶ Dicendo etiam 15

De eodem.

cum Hiero. super Ezecli. 3. quod qui malos percuit in eo quod mali sunt, & 16

De eodem.

habet vasa in te infectionis vt occidat pessimos, minister est Dei. ¶ Et cū eo Hiero. ad macedonium. Non est iniquitatis, seu potius humanitatis societas deui- 17

De eodem.

ctus, qui propterea criminis est persecutor, vt sit hominis liberator. ¶ Captabitur etiā beneuolentia, ab aduersariorū persona, si in odiū eos, in inuidiā, in contempcionē adducemus, in odiū rapiemus, si quid eorum spurce, superbe, perfidiose, crudeliter, cōfidenter, malitiose, flagitiose factum proferemus, verbi gratia, si pollicemur nos esse dicturos de nephandissimis criminibus, de neglecta religione, de inusitatis blasphemijs, de gestis per eū nimia crudelitate. Pone enim quem accusari quod sine causa, crudeliter, & insidiosè quē occidit dica- 18

De eodem.

tur sic. ¶ Rogo autē uos reuerendæ vicariæ cæteri; præstantissimi auditores, vt attente audiat quæ huiusmodi accusatione in N. presbyterum proponā; tam enim crudele facinus tam in mane, tam excogitatū, & in auditū delictum audieris, quod merito omnibus non dicā Christianis tantum, verum etiā in 19

Crudelitate exemplaria.

presbyterum. ¶ Maior enim crudelitas fuit in eo, quam in Ocho cognomine Artaxere qui Ocham sororem, atq; eandem sororum viuam capere defodit, & Patrum cum centum filiis, ac nepotibus vacua area destitutum iaculis cōfixit, nulla iniuria lacessitus; sed quod in his maximā apud persas probitatis & fortitudinis laudē consistere videbat, maior enim ei crudelitate L. Sillæ Cai Marij, Damassippi Numatij Flacci regis mitridatis, ceterorumq; qui crudelitate vsi sunt, quos enarrat. Valer. Maxi. lib. 9. ca. 2. hic enim à tenebris annis, ab in eunte ætate, omni spe auxilio, & ope destitutus; educatus fuit ab illo miserabili & infortunato Episcopo T. qui dum se totum & omnia, custodiæ, amicitia, & beneuolentiæ dicti N. presbyteri se committeret, præberet, & traderet, ingrati- mus ipse & ipsum nocte misericordiā petentē, & paruulum quendam (ne eius facinus detegeretur) securi iugulauit: non lacessitus iniuria, sed vt eius bona (quorum viuens erat dominus) possideret: quis enim hunc sele-

ratissimum, & anima & corpore perditissimum, ingenti odio non prosequeretur? quis non iudicibus traderet, vt pœnas sui tam enormissimi delicti lucret? quis non crudeliter seuiret in eum? Inuidiam trahemus si vim, si potentiam, factionem, diuitias, in continentiam, nobilitatem clientelas, hospitium, sodalitates, affinitates aduersariorum proferemus & his adiumentis magis quam veritati eos considerare aperiemus: verbi gratia si narrabitur quod accusandus dignitate officij, multa mala patrauit, quod non pauperes, non potentes, nō debiles, nec alios cuius vis generis existimabat, in tantam autem audaciam venerat, vt se omnibus præstantiorem, meliorem, & clariorem putaret, vndique ad eum homines decurrebant, acquisuerat diuitias multas, acquisuerat potentiam magnam: acquisiuerat clientelam vehementem, & his tantum confidebat, Deum derelinquendo, ipsumq; non verens offendere, re verbis, & facto, mala plurima patrauit: Vel vt dicatur quod licet cognosceret sæpissime & malefecisse, paruificando Deum, iustitiam, & vos Reuerendæ vicariæ confidit tantum potentie, & auxilio. T. In contemptum adducemus, si in etiam, ignauiam, desidiã, luxuriam, aduersariorum proferemus. ¶ Ab auditorum

20 persona, beneuolentia colligetur, si res eorum fortiter, sapienter, mansuete, magnifice iudicatas proferemus: & si quæ de his existimatis, quæ iudicij expectatio sit, aperiemus. verbi gratia, dicendo, quod nisi considerassem, perpexissem, atque manifeste cognouissem in vos Reuerendæ Domine ceteriq; magnifici auditores, tam miram sapientiam, tam exquisitam scientiam, tam expeditam resolutionem in magis arduis factis, quam in his de quibus verba facturus sim, non suscepissem tanti oneris molem. sed cum cunctis, hæc & his maiora

21 patuerunt, & patent, libenter huiusmodi onus suscepi. ¶ A rebus ipsis beneuolum efficiemus auditorem, si nostram causam laudando, extollemus aduersariorum, per contemptum deprimemus, verbi gratia, si est defensoris aduocatus, laudetur, & extollatur officium defensoris. & e contrario deprimatur officium accusatoris, maxime allegando ea quæ dixi in verbo accusatione porrecta, & alia secundum subiectam materiam, vel si laudetur causa defensionis, verbi gratia, quod cum maxima causa, & prouocatione, & non dolose, quid mali factum fuit, vel pro utilitate reipublicæ, aut pro cultu religionis, & aliis similibus modis, nec minus beneuolus auditor reddi potest per alios modos supra enarratos in causa defensionis, quam in causa accusationis. contrariis tamen modis loquendi. ¶ Est tamen bene aduertendum, quod secundum

22 Cicer. lib. 1. ad Heren. cap. 3 tria sunt tempora, quibus principio vt non possumus, quæ diligenter sunt consideranda, aut cum turpem causam habemus, hoc est cum ipsa res, animum auditoris, à nobis alienat, aut cum animus auditoris, persuasus esse videtur ab iis qui ante contra dixerunt vel pro accusatore, vel pro defensore, aut cum defessus est eos audiendo, qui ante dixerunt si causa turpitudinem habebimus, quia rei veritate defendit quem qui magnum, & turpe scelus commisit. Tunc potest dici & exordiri, hominem, non rem spectari oportere, non causam, non scelus, non facinus attendi debere, sed hominem cuius factis respublica saepe in erumnis, & periculis posita, incolumis euasit, libertati restituta, & summis honoribus decorata fuit, vel aliquid aliud simile. Vel si forte defendatur homo vilis, infamis, omnibus odiosus, & despectus, potest exordiri misericordiam non hominem spectari oportere, non hominis inquisiti gratia sed pietatis, & misericordie miserendum esse, & potest allegari exemplum de Sergio Galba, qui cum à Libone tribuno plebis accusaretur pro nostris, quod Iustanorum magnam manum interposita

Auditorii beneuolentia alio modo capiat.

De eodem.

Præmia quæ omittenda.

fide,

fide, prætor in Hispania interemisset, non habens Sergius ipse quid allegaret paruulos liberos suos, & Galli sanguine coniunctum filium, flens commendare, coepit, & cum omnium consensu periturus erat, pœnæ nullum triste suffragium habuit, & sic misericordia illam quæstionem, non æquitas rexit. Et de A. Gabinio qui dum in maximo infamie suæ ardore, suffragiis populi Memmio accusatore subiectus esset, filius namq; Gabini Siffenna, consternationis impulsu ad pedes se Memmij supplex prostrauit, inde aliquod fomentum procellæ petens, vnde totus impetus tempestatis eruperat. sicq; Gabinius ipse liberari meruit, vt apud Vale. Max. lib. 8. ca. 2. legitur. Vel personam, non rem spectari oportere, vt factum legitur de M. Aemilio Scauro qui cum repetundarum reus adeo perditam, & exploratam defensionem in iudicio attulisset, vt cum accusator diceret, lege sibi centum atque viginti hominibus denunciare testimonium licere, seque non recusare, quominus absolueretur, si tocidē nominasset, quibus in prouincia nihil abstulisset, tam bona conditione vti non potuisset, tamē propter vetustissimā nobilitatē, & recentē memoriā patri absolutus est.

23 ¶ Si autem auditor persuasus fuerit, id est si oratio aduersariorum auditoribus fidem fecerit. (neq; enim non facile scire poterimus, quoniã non sumus nefcij, quibus rebus fides fieri soleat) ergo si fidem factam putabimus, his rebus nos insinuabimus ad causam, si de eo quod aduersarij firmissimum sibi adium entū putauerint, primū nos dicturos pollicebimur, aut ab aduersarij dicto exordiemur, & ab eo maxime quod ille, nuperrime dixerit, aut dubitatione utemur, quid potissimū dicamus, aut cui loco primū respondeamus, cum admiratione, verbi gratia, si aduocatus accusatoris, prius informasset iudicem, & defatigasset, vt principio & proœmio esset incongruū & non liceret sed tunc potest loco principij dici, quod cum accusatoris aduocatū satis seriose creditur informasse de his quæ ad eius accusationem firmandam spectare poterint, totumq; firmamentū ipsius accusatoris consistere videtur in eo quod præteritur delictū esse flagrans, & procedi debere, velut proceditur in flagranti crimine, cuius quidē firmamentū, & angularē lapidem aduersariorum breuibus (quo ad fieri potest,) verbis, doctrinis autoritatibus, & exemplis tollemus, vel potest dici, illud præsertim, & præcipue inspiciendum, atq; discutendū est, nunquid delictū de quo agitur sit flagrans, ita vel ne, adeo quod procedi possit, vt proceditur in flagranti crimine, vel aliis similibus modis. ¶ Est etiã aduertendum, vt non sit exordium vitiosum, nam in exordienda causa, lenis debet esse sermo, & vilitata verborum consuetudo, vt nō apparata oratio videatur esse. Vitiosum exordium est, quod in pleuris causas potest accommodari, quod vulgare dicitur. Item vitiosum est, quo nihilominus aduersarius potest vti, quod cōmune appellatur. Item illud quo aduersarius poterit vti ex cōtrario. Item vitiosum est, quod nimium apparatus verbis compositū est, aut nimis longum est, & quod nō ex ipsa causa natū videatur, vt propriè cohæreat cum narratione. Item vitiosum est, illud, quod neq; beneuolum, neq; docilem, neq; attentū facit auditorem secundum eundē Cicer. lib. 1. ad Heren. ca. 3. in fin. Hodie vero raro aduocati vtuntur exordio aut proœmio, sed tantūmodo insinuant causas (vt proximo loco dixi) aliquādo tamen non modicæ utilitatis erit exordium breuibus verbis compositū, & hæc quo ad principium orationis. ¶ Subsequenti ordine sequi debet narratio causæ, & omittendo ea, quæ ad alias causas narrationes spectare possunt, dicam ea tantūmodo quæ ad accusationis defensionisq; causam attinent, quare aduertendum est, quod res breuiter narretur, dilucide, & verisimilis sit narrationem breuiter narrare poterimus, si inde incipiemus narrare,

De eodem.

Proœmia nō debent esse vitiosa.

Narratio causa qualiter fiet.

vnde necesse erit, & si non ab vltimo initio repetere volumus, & si summam, non particulatim narrabimus, & si non ad extremum sed vsque eo, quo opus erit, prosequemur, & si transitionibus nullis vtemur, & si non de errabimus ab eo quod ceperimus exponere, & si exitus reru ita exponemus vt ante quoq; quae facta sunt, sciri possint. Cauendu est etiam insuper ne id quod semel supra diximus, deinceps dicamus verbi gratia, si dicemus. n. presbyter per simoniam acquisiuit eius beneficiu, & posteaquam per simoniam acquisiuit beneficiu,

De eodem. sic per simoniam retinuit beneficiu. Rem dilucide narrabimus, si vt quidq; primum gestu erit, ita primum exponemus, & rerum ac temporu ordinem conseruabimus. vt gestu res erunt, aut vt potuisse geri videbuntur. Itē erit considerandu, ne quid perturbate, ne quid contorte, ne quid ambigue, ne quid noue dicamus, neque in aliam rem transcamus, ne ab vltimo repetamus, ne longe profequamur, ne quid, quod ad rem pertineat pretereamus, & si profequamur ea quae de breuitate praecpta sunt. nā quo breuior eo dilucidior, & cognitu facilior

De eodem. narratio fiet. Verisimilis narratio erit, si vt mos vt opinio, vt natura postulat dicemus. si spatia temporu personaru dignitates, consilioru rationes, locorum opportunitates costabunt, ne refelli possit, aut teporis parū fuisse, aut causam nullam, aut locū idoneū non fuisse, aut homines ipsos facere, aut pari nō potuisse, secundū eundē Cicer lib. 1. ad Heren. c. 4.

De eodem. Exempli gratia dicatur. cum esset omni spe bonorum parentum, ac caeterorum in terris auxilio destitutus enim presbyter à teneris annis, quibus adhuc nec fari, nec loqui poterat, infelix Episcopus T. misericordia motus, eundem in eius domū excepit, aluit, creuit, literas eum docuit, & ad sacerdotale dignitatem euexit. Totum & in totum sibi ipsi se commiserat, vniuersa domus negotia in eum reposita, tandem diabolico spiritu instigatus ingratus ingratissimus ille presbyter pecuniarum luxuria, atq; cupiditate quaru ipse in pace domiuis esse poterat, nocte mensis Septembris de anno 1546. alijs perfidissimis & sceleratissimis viris associatus, gladio illum infelicē Episcopū in lecto, secure iacentem. nec isto tantum flagitio contentus, puerum quendā, flebili voce plorantem, vna cum quadam pedisse qua vita priuarit, demū mobilia magni valoris, & pecuniarū quantitate expulauit, & cetera. Nec ab euentu exemplū posui in huiusmodi specie casus, sed non sunt duo menses, quibus haec omnia euenerunt in personam Episcopi Castellutij in partib. aprutinis de dominio & iurisdictione Illustrissimi Ducis termularū.

Utilitas magna resultat ex causa bene relata. Nec credas (disertissime lector) hanc obseruationē fieri in perorandis & orandis causis esse parū utilitatis, sed potius magnae. nā inquit Cicero in primo ad Herenn. 4. quod si vera res quae proponitur erit, haec omnia narrando, conseruanda sunt. nam sepe veritas, nisi haec seruata sint, fidem non potest facere. Sin erunt ficta, eo magis erunt conseruanda. vidi enim teporibus meis saepius nonnullos aduocatos maximam iustitiā in eoru causis fouentes adeo inepte obscure ambigue, contorte, ac sine ordine eoru causas coram iudicibus proponentes, & ex hoc in contrarium sententiā reportasse, vidi etiā alios nihil iuris in causis habentes adeo dilucide, adeo explicite, festiue, eloquenter, & sub breuitate causas orasse, & victoriā obtinuisse. Magnam enim (inquit Valerius Max. lib. 6. c. 4.) & bonam partem in claris viris etiā illa vendicant, quae aut ab his grauitate dicta, aut facta pertinax memoriā viribus aeternis comprehendit. quoru ex abundantia copia, nec parca nimis, nec rursus auida manu, quo magis desidero satis faciat quā satietate abundet hauriamus. e contrario verō dicta impertinenter, & non seruatīs praedictis qualitatibus maxime nocent, exemplum legitur de C. Detiano spectatae integritatis viro cui vox sua exitiū attulit.

attulit. nam cum P. Furium iniquatissimae vitae pro rostris accusaret, quia quadam in parte actionis de morte Lucij Saturnini quaeri ausus fuerat, nec reum damnauit, & in super ei poenam adiectas pendidit. Post igitur narrationem causarum diuisio sequitur, quae in duas partes est distributa, nam primum, perorata narratione debemus aperire quod nobis coueniat cum aduersariis, si ea quae vobis vtilia erunt couenient. quid in cotrouersia relinquatur, exemplum si accusatoris aduocatus erit, dicat interfectus est iam Episcopus, interfecti, sunt puer & mulier, expilata sunt bona, hoc tamen non negatur. negatur tamen. N. presbyterum haec fecisse. & sic de singulis. Deinde cum hoc fecerimus, distributione debemus uti. quae in duas partes diuiditur in enumerationem & expositionem. enumerationem vtemur, cū dicemus numero quot de rebus dicturi sumus. eam plusquam trium partium numero esse nō oportet, secundū Cicer. in primo ad Heren. c. 5. exemplū enumerationis erit si dicatur, duo igitur sunt videnda. An enim presbyter haec flagitia comiserit, & qua poena sit afficiendus. Expositio est, cū res de quibus dicturi sumus, exponimus breuiter & absolute. verbi gratia, si dicatur probabo intentionē meā per testes de visu, per inditia, per coniecturas, & per propria confessionem, & sic de singulis.

30 31 32 33 34 35 36 37 38

Diuisio nis partes sunt: duas, & q.

Distributio nis partes duas, & q.

Narrata qualiter confirmanda. Coniectura quoque complexa sit?

De eodem.

De eodem.

De eodem.

Dolus non datur vbi eam delinquendi nō fundatur. De eodem.

peruenit. in suspitionem maleficij deuocari, vt dicit bene Cicer. vbi supra, & in hoc possunt allegari aliqua exempla factorū, in quibus fortēratione & cau-
 fa emolumentū præsūmebatur aliquem cōmississe delictū & tamen postea reper-
 tum fuit alium cōmississe. ¶ Vt dicit Par. de put. in trac. findi. in verbo tortura, 39
 vbi ponit exemplū de quadā meretrice rixante cū quodā iuuenē, & quod iuue-
 nis ille minabatur eius faciem vulnerē velle deformare, quod audiens altera
 meretrix inimica illius, eam in faciē vulnerari fecit, propter quod iuuenis ille
 captus fuit tandem iudicio Dei deiecta fuit innocentia illius. ¶ Hæc eadē con- 40
 iectura quæ probabilis dicitur, sumitur etiam ex vita hominis, ex ante factis,
 in quo primum considerabit accusator non quando simile, quid fecerit si id
 non reperit, quæret, num quando venerit in similem suspitionē & in eo debe-
 bit esse occupatus, vt ad eam causam peccati, quam paulo ante exposuerit, vita
 hominis possit accommodari hoc modo (secundum Cicer. vbi supra) si dicet
 pecuniæ causa fecisse, ostendet eum semper auarum fuisse. Si honoris ambitio
 sum, ita poterit animi vitium, cum causa peccati, conglutinare. si non poterit
 par vitium cum causa reperire, reperiat dispar vt si non poterit demonstra-
 re auarum demonstrat corruptorem, vel perfidiosum, si quomodo pote-
 rit denique aliquo, aut quam plurimis vitiis contaminabit personā. Et si vehe-
 menter, castus & integer existimabitur. accusator dicit, facta nō famā spectari
 oportere. ¶ Et id etiā vt ex ante factis sumatur inditiū receptum est in iure no-
 stro vt est tex. in l. si cui. §. i. ff. de accus. & l. de minore. §. i. ff. de quæst. & l. non
 omnis. §. à barbaris. ff. de re. mil. & ex præterito præsumitur in præsens. l. iube-
 mus & ibi not. C. de pro. ¶ Defensor autē demonstrabit vitā integrā, si poterit, 42
 id si non poterit, confugiet ad imprudentiā, stultitiā adolescentiā, vim persua-
 sionē, quibus de rebus, vituperatio eorū quæ extra id crimen erūt, nō debeat
 assignari, exemplum, si contra inquisitum allegantur nō nulla delicta, ad pro-
 bandum quod cum ipse solitus fuerit delinquere potuit etiā nunc delinque-
 re defensor potest ostendere, & probare illa delicta fuisse commissa, & patra-
 ta per imprudentiā per stultitiā, per adolescentiā, per vim per persuasionem
 quibus ostensis arguitur ex illis delictis non esse arguendum ad illud de quo
 nunc tractatur. Si autem reus fuerit valde infamatus, defensor dabit operam,
 vt falsos rumores dissipatos esse dicat de innocente, & veteri loco cōmuni ru-
 moribus credi non oportere, secundū Cicero. vbi supra. ¶ Et est aduertendum,
 quod secundū Cicer. si nō potest reperiri par causa, reperitur dispar. & sic vo-
 luit, quæ generalis obiectio circa mores accusatis facit iudiciū contra imputatū,
 & de vtroq; est cautum in iure. ¶ Nam de qualitate personæ dupliciter est con- 43
 siderandū, primo quod quis dicatur bonus, vel malus in genere, vel quod di-
 catur bonus, vel malus in specie, de bonitate & malitia in genere est tex. in l.
 non omnis. §. à barbaris. ff. de re. mil. de qualitate personæ in specie, & de con-
 suetudine rei, vel imputati est tex. in l. si cui. §. i. ff. de accus. & in vtroq; casu, fa-
 cta probatione, quod ille sit malus vel specie vel in genere, oriatur iudicium
 contra reum, & maius erit iudicium contra eum, qui habet præsumptionem
 malitiæ in specie, & sic in eodem genere mali, vt bene concludit Blan. in l. fin.
 de quæst. nu. 349 non tamen erit iudicium sufficiens ad torturam. ¶ Alia pars 44
 coniecturalis constitutionis est, quæ vocatur collatio; quæ est cum accusat, id
 quod aduersarium fecisse criminatur alij, nemini, nisi reo, bono fuisse demon-
 strat aut alium neminem potuisse perficere. nisi aduersarium aut eum ipsum
 aliis rationibus, aut non potuisse, aut non æque commode potuisse aut eum
 effugisse alias ratione commodiores propter cupiditatem. ¶ Exemplum, si est 45
 aliquis

De eodem.

Solitus delinquere, habet cōiecturā contra se.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De qualitate personæ dupliciter considerandum.

Cōiectura lia quæ dicantur.

De eodem.

aliquis mortuus, & occisus in domo, certe interfectus præsumitur ab his qui
 erāt in domo, quia nullus ita cōmode interficere potuisset secundū Dy. p. illū
 tex. in l. i. §. si quis in villa. ff. ad syl. & ibi Roma. & moder. dicentes posse ex
 hoc procedi ad torturam, non autem ad condemnationem. ¶ Vel si quis inuen-
 tus est, prope locum delicti gladio. nam habet iudicium contra se quod ipse fe-
 cerit, adeo quod potest ex hoc torqueri. vt per Bar. in l. si ff. de q. ¶ Vel si potest
 probari & allegari à communiter accidentibus, nam & illud iudicium est, se-
 cundum Bal. in l. si in si ff. de hæ. in st. exemplificans post lac. But in l. neq; na-
 tales. C. de proba. in muliere, ex cuius domo vsus est exire iuuenis vel quod
 passim eos admittebat, ex quo existimatur meretrix. vel si probetur nulli alij
 attulisse vtilitatem nisi aduersario. ¶ Defensor autem vt demonstrat, oportet
 aut aliis quoque bono fuisse, aut alios quoq; id quod de ipso insimuletur, fa-
 cere potuisse, exemplum euenit, in duobus fratribus Cœlij, quorum pater Ti-
 tus Cœlij, in cubiculo qui. scens, filiis altero cubantibus lecto erat interem-
 ptus, neque aut seruus quisquam aut liber inueniretur, ad quem suspicio ce-
 dis pertinere hoc vno nomine absoluti sunt, quia iudicibus planum factum
 est illos aperto ostio inuentos esse dormientes, somnus innoxie securitatis,
 certissimus iudex miseris opem tulit. iudicatum est enim rerum naturam nō
 recipere, vt occiso patre supra vulnera, & cruorem eius, quietem capere potue-
 rint secundum Valer. Max. lib. 8. ca. 1. & similibus exemp. is. ¶ Altera enim pars
 similiter constitutionis coniecturalis est signum nam signum est id per quod
 ostenditur idonea perficiendi facultas. esse quæsitā secundum Cicer. 2. ad He-
 ren. 17. diuiditur enim in sex partes, locum, tempus, spacium, occasionem, spem
 perficiendi spem cœlandi. ¶ Locus quæritur celebris. an desertus: semper, an
 tantum cum id factum sit, fieri in eo loco solitudo, sacer an profanus, publi-
 cus an priuatus fuerit cuius modi loci attingant num qui est passus, perspe-
 ctus, aut exauditus esse possit. ¶ Locus enim aggrauat delictum, & præcogi-
 tationem ostendit arg. tex. in l. aur facta. §. locus ff. de pœ. si quis enim interfe-
 cerit hominem in prætorio, aut in Ecclesia aut alio loco simili præsumptio,
 est quod eo accesserit ad homicidium committendum ex magna causa & de-
 liberate. secundum Albe. in quæst. itaru. quæst. 64. in 3. parte & Blanch. in l.
 fin. ff. de quæst. num. 200. Item si quis fuit repertus in nemore, vbi latrocinia
 infinita cōmittentur. ¶ Defensor autem, poterit ostendere, non esse verisimi-
 le in tam loco publico, & petenti, voluisse deliberare occidere, sed si voluisset,
 vti que fecisset occulte, prout habebat cōmoditatē faciendi, & sic de singulis.
 ¶ Item sumitur iudiciū ex loco si inde potuit exaudiri clamor, ita vel ne, secun-
 dū Par. de put. (vltra Cicero.) in trac. findi. in verbo mandauit in si. vbi dicit,
 quæ si reperitur occisus puer in vna domo, & vicinus dicat quod per diē ante
 audiuit puerū clamantē. nam hæc probatio valet per viā signi. per ea quæ no-
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55

De eodem.

Indiciū sumitur par. gumentū à cōiter acci dentibus. Cōiectura qualiter extenatur.

Cōiectura lia signa.

Locus præstet cōiecturā delicti. Locus aggrauat delictum.

Cōiectura loci extenatio. Loci coniectura.

Tēpus præstet cōiecturam. Et aggrauat.

Cōiectura ex vicinitate vel longinquitate sumitur.

signo

signo spatij potest poni. si facta est rixa inter aliquos, demum, infra paruum spatium temporis sequutum est homicidium. præsuntur enim factum & præcedenti rixa. Item spatium maxime consideratur in materia homicidij facti ad defensionem, nam quæritur tunc, num statim fuit facta percussio, an ex intervallo, & sic de singulis. ¶ Est etiam aliud signum, quod dicitur occasio, oc-
 56 casio autem quæritur idonea ne satis fuerit, ad rem aggrediendâ, seu ad oriendam, an alia melior? quæ aut præterita sit, aut non expectata & sic accusator fundabit occasionem maximâ, ad defensionem impulsisse ad delinquendam, defensor dicat nullam, aut eam extenuet. Est etiam signum aliud uidelicet spes perficiendi, quæ fuerit quæ demonstrabitur, si concurrerent prædicta signa, & ex altera parte concurrerent vires, pecunia, consilium, scientia, apparatus, ex altera parte imbecillitas, inopia, stulticia, imprudentia, in apparatus demonstrabitur, quæ omnia in multis exemplificari posset, ut ex prædictis satis patet.

¶ Est etiam aliud signum, quod spes celandi dicitur, quæritur enim spes celandi quæ fuerit ex consijs arbitris, adiutoribus, liberis, aut seruis, aut utriusque nam clandestinitas & occultatio inducit suspicionem. ut nota. per glo. in l. i. C. de inter. ma. & extra de clande. de. per totum quæritur enim hic spes celandi, quæ fuit, nunquid quis aliquo spe ductus cœlebat. & sic de singulis.

¶ Argumentum est, per quos res coarguitur certioribus argumentis, & magis si ma suspicione, diuiditur autem in tempora tria, præteritum, instans, consequens. ¶ In præterito tempore oportet cōsiderare, ubi fuerit, ubi uisus sit, quo cum uisus sit, num quem habuerit de consijs, de adiutoribus, de adumentis, num, quo in loco præter consuetudinem fuerit, aut alieno tempore, Secundum
 57 Cicero in 2. ad Heren. c. 1. 7. ¶ Exemplum sumitur signum, & argumentum ex præterito tempore; ex conuersatione quam habuit argum. tex. in l. 3. § nullus putar de excu. turo. & l. ædiles § pedius de edil. ædic. Item si inquiritur quod associatus cum alijs commisit homicidium, quærat si tempore præterito cō-
 60 uersabatur cum eis. ¶ Item transitus non solitus, indicat argumentum. secundum Bar in l. fi. col. 2. ff. de quæst. Sal. in l. fi. col. 2. C. de quæst. ¶ Ex tempore instanti quæritur, num uisus sit cum faciebat? nunquid strepitus clamor, crepitus exauditus sit, aut denique num quid aliquo sensu perceptum sit, auditu, tactu, odore, gustatu? nam quiuis horum sensus potest constare suspicionem. exempla sunt clara. ¶ Ex tempore consequenti spectabitur res, nunquid re tran-
 63 sicta relictum sit, quod indicet aut factum esse maleficium, aut à quo factum ut, exemplum, si dicatur morte naturali & ab improuiso quem mortuum, post test probari quod signa suffocationis apparent in gutture. secundum ea quæ late dixi in prax. mea Cri. in uerbo suffocauit uxorem. uel si dicatur uenenatū fuisse hominum & reperietur corpus mortuum liuore decoloratum, nam arguitur, & significat ueneno necatum secundum Cice. 2. ad Heren. c. 1. 7. à quo dictum sit, si telum, si uestimentum, si quid. eiusmodi relictum sit, aut si uesti-
 64 gi um rei fuerit; aut si eruo uestimenti, aut si in eo loco comprehensus, aut uisus sit transacto negotio, quo in loco res gesta dicatur. secundum Cicero. ubi supra de quibus exempla satis clara reperire poteris. ¶ Cōsequutio est cū quæritur quæ signa nocentis, & innocentis consequi soleant, nam accusator potest eius intentionem in hoc fundare in rubore, in pallore, in titubatione; in loquutione inconstanter, hæc enim omnia sunt signa commissi & patriati de-
 64 heli. secundum Cicero. ubi supra & est text in l. de minore. § plurimum. ff. de quæst. & ibi Barto. & Pal. in l. p. æsbyteri in princ. C. de episcopis & cleri. ad quæ defensor dicit: quod si per timuerit, magnitudinæ periculi, non conscientia peccati

Cōfessure signum qd dicitur occasio.

Clandestinitas inducit suspicionem.

Argumentum quod dicitur. Argumentum unde sumatur. De eodem.

Transitus insolitus inducit penitentiam.

Argumentum ex tempore consequenti.

Pallor, titubatio & rubor sunt signa homicidij.

65 cati commotum. secundum Cicero. ibi. ¶ Item defensor aduersus omnia prædicta, adducat testes, contra testes, argumenta, contra argumenta, rumores, & famam, contra famam & rumores; contra testes; contra impudenciam, testimoniorum inconstantiam. Si aut non fieri potuisse dicemus, aut non factum esse quod dicant, aut scire illos non potuisse aut cupide dicere, & arsumuari. Prætermitto item alia, hæc tantum uolui ponere, ut exempla sint. Cæterum de constitutione iudiciali, quæ est, cum factum conuenit, sed iure an iniuria factū sit, quæritur, & de constitutione legitima quæ est, cum in scripto, aut ex scriptis aliquid controuersæ nascitur. similiter omittam, ne uidear totam rhetoricam Ciceronis transcribere. ¶ Ad ultimam partem orationis, quæ est perorationem, deueniendo dicendum est; quod si erit accusatoris aduocatus, post narrationem, insinuationem, principium, & confirmationem, oportet, ut uerbis & rationibus crudelibus, & ac seueritatem accommodatis utetur hoc modo? audistis Reuerende domine, ceteriq; benignissimis auditores, audistis inquam in auditum facinus, scelus crudelissimum, pessimum ingratiū dinis uitium, exemplum intolerabile. audistis insuper inauditum pietatis infelicissimi Episcopi opus, benignitatis, & misericordiæ normam, uirtuosas gratiarū actiones, exemplum in posteros semper prædicandum. quis igitur uestrum & aliorum cuius uis nationis & Christianæ, & Barbaræ, hunc sceleratissimum. N. præbyterum non condemnandum audebit dicere? quis non ferocissimo & canino animo contra eum non surgetur nedum semel pœnas luat: sed reiteratis uicibus si fieri possent? quis tanta crudelitate deuictus, eum defendere insurgite igitur Reuerende domine ceteriq; uos magnifici auditores. properate uexillum, uibrare gladium, excogitate nouum pœnarum genus. tabellis & chartis conscribite condemnationem, expectantes consolante; scriptum est enim quod lætabitur iustus, cum uiderit iustitiam & cætera. Defensoris autem aduocatus perorabit uerba ad misericordia accommodata ad pietatem, indulgentiâ, ut melius accommodare poterit, disertissime lector, quæ spectant ad iudicationem, habuisti supra in uerbo. demum inuocato Dei auxilio, & habebis infra.

Defensio de quibusdam possit.

Finis orationis qualis sit.

SI CONVICTI REPERIANTUR.

Cap. xxx.

S V M M A R I V M.

- 1 Convictus quando, & quomodo dicatur.
- 2 Certitudo ueritatis an duorum testium de hoc posse haberi?
- 3 Episcopus & Cardinalis inquisiti, quo testibus damnantur.
- 4 Omne & totum in tribus ponimus.
- 5 Cardinales inquisiti a Papa quando convictus dicatur.
- 6 Cardinalium poenitentia an extendatur ad delicta commissæ ante Cardinalatus remissione.
- 7 Conuinci an possit clericus duobus testibus laicis? & s.
- 9 Laici contra clericum ad testificandum quando admittantur. & 10.
- 11 Adulterium plene probatum qualiter. Et quando de eo conuincatur.
- 12 Convictus & confessus an sint idem?
- 13 Confessus an minus puniatur quam convictus. & 14.
- 15 Convictus nere an dicatur deficiens in purgatione.

Con-

Conuictus quis dicat.



Episcopus, & Cardinalis inquisiti quot testibus damnantur.

Oe & torti in trib. ponimus.

ONVICTVS. Quis dici potest, quando de delicto, siue crimine, duo testes contestes deponunt, de uisu contra inquisitum. duo enim testes sufficiunt in rebus cuiusvis præiudicij: ut est tex. in c. quoties & ibi no. Dom. Abb. & habetur in ca. licet ex quadã extra de testi. imo gl. sing. in c. præsul. 2. q. 4. dicit duos testes sufficere ad probandum crimen contra Papam secundum eundem Do. Abb. in d. c. quoties sed uidetur neminẽ posse condẽnari ex dicto duorũ testiu

nam iudiciũ requirit certitudinẽ. Sed certitudo ueritatis nõ habetur p dictũ duorum testium, nam legitur. 3. Reg. 2. 1. quod Naborh ad dictum duorum testium falso condemnatus extitit, ergo duorum uel trium testium non sufficit. Præterea habetur 2. q. 5. quod præsul non debet damnari nisi septuaginta duobus testibus presbyter Cardinalis nisi quadragintã quatuor testibus nõ deponatur, Diaconus Cardinalis urbis Romanæ, non nisi in uiginti octo testibus condemnabitur, subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, ostiarius, nisi in septem testibus condemnabitur. Sed magis periculosum est, peccatum eius qui in maiori dignitate constitutus est. & ita minus est tollerãdum, ergo nec in aliorum condemnationem sufficit duorum uel trium testimonium. Beat. Thom. secunda secundæ q. 70. art. 2. dicit quod secundum Phil. 1. Eth. 2. certitudo non est similiter quærenda in omni materia. in actibus enim humanis super quibus constituuntur iudicia, & exiguntur testimonia, non potest haberi certitudo demonstratiua, eo quod sunt circa contingentia & uariabilia & ideo sufficit probabilis certitudo quæ, ut in pluribus, ueritatem attingat, & si in paucioribus à ueritate deficiat, est autem probabile, quod magis ueritatem contineat dictum multorum quam dictum unius, & ideo cum reus sit unus qui negat, sed multi testes asserunt idem cum auctor rationabiliter institutum est iure diuino, & humano, quod dicto testium stetur omnis autem multitudo in tribus cõprehenditur, in principio, medio, & fine. Vnde secundum Philof. in primo de cælo (omne & totum in tribus ponimus.) ternarius quidem constituitur asserentium, cum duo testes conueniunt cum actore, & ideo requiritur binarius testium, uel ad maiorem certitudinem (ut sit) ternarius qui est multitudo perfecta, in ipsis testibus unde & Eccl. dicitur. 4. (funiculus triplex difficile rumpitur) Ang. autem super illud Ioh. 4. (duorum hominum testimonium uerum est) dicit quod in hoc est trinitas, secundum misterium commendata, in qua est perpetua similitas, ueritatis. Nec obstant allegata contra iuriam, ad primum enim dicitur, quod quantumcunque multitudo testium determinetur posset quandoque testimonium esse iniquum. cum scriptum sit Exo. 23. (non sequaris turbam ad faciendum malum.) nec tamẽ quia non potest in talibus infallibilis certitudo haberi, debet negligi certitudo, quæ probabiliter haberi potest. per duos uel tres testes. Ad secundum dicendum est, quod illud habet locum specialiter in Episcopis, presbyteris, diaconis, & clericis Ecclesiæ Romanæ propter eius dignitatem, & hoc triplici ratione. primo quidem, quia in ea tales institui debent, quorum sanctitati plus creditur, quod multis testibus. Secundo, quia homines qui habent de aliis iudicia. sæpe propter iustitiam, multos aduersarios habent unde non est passim credendum testibus contra eos, nisi magna multitudo cõueniat. Tertio quia ex condemnatione alicuius eorum derogaretur (in opinione hominum) dignitati illius Ecclesiæ, & auctoritati, quod est periculosus, quam in ea tolerare aliquẽ peccatorem, nisi sit valde publicum & manifestum, de quo graue scandalum oriretur.

5 oriretur. Hæc ille. & quod text. in ca. præsul. 2. quæst. 5. loquatur in Cardinalibus Romanæ Ecclesiæ, & sit speciale, tenent Archi. & Præpos. ibidẽ. ¶ Dicit tamen ibi Præpos. quod quando Cardinales inquiruntur à Papa non seruator ille numerus testium. secundum glo. in cap. 1. in uers. Cardinale de scisma. li. 6. 6 ¶ Et an priuilegium istorum extendatur ad delicta commissa, antequam essent Cardinalis? Vide Præp. ubi supra ubi plene. ¶ An autem clericus possit conuincit duobus testibus? Do. Abb. in ca. de cætero de testi. dicit quod si delictum est patratum in loco ubi deest clericorum copia, conuincitur clericus per testes laicos, ne delicta remaneant impunita. ¶ Item ubi delictum est notorium testes laici conuincunt clericum, ut ibi per dom. Abba. ¶ Et licet regulariter, non admittantur laici contra clericum, ad testificandum, tamen hoc procedit. quo ad plenam probationem, non autem quo ad torturam, quia laici bene admittuntur ad testificandum, contra clericos, ut saltim ex eorum dicto subiiciantur torturæ. secundum Abb. ibidem. ¶ Item est sciendum quod ad probandam infamiam laici contra clericos sunt idonei testes. secundum do. Anto. post Io. And. in ca. tam litteris in vlti. col. de test. & Specu. in titulo. de teste. §. 1. col. 30. uersi. 11 ¶ Item quod est laicus. ¶ Qualiter enim conuincatur de adulterio dicas, quod si duo testes uiderint uirum & mulierem interpolatim, vnus post alium, ad inuicem commiscentes, licet non eodem tempore probatum erit adulterium si tamen continuo & successiue uiderint. & est ratio, quia adulteriũ est actus successiuus. & ideo testes, sic deponentes, non uidentur deponere super diuersis fornicationibus, sed super vna tantum ut notabiliter dixit glo. in ca. nihilominus 3. q. 9. & Cy. in l. testium C. de test. Imo plus dixit do. Abb. in cap. præterea quod probata erit fornicatio, si uiderint uirum & mulierẽ in latebris se osculantes, & amplectentes quia istos dicit esse propinquos actus ad actum adulterij, & probat Bald. in ca. tuæ de procu. ¶ Conuictus an idẽ sit, quod confessus? Do. Abb. in ca. at si clerici extra de iudi. dicit quod conuictus non dicitur proprie confessus, & e contra, & ponit Ful. con. 124. & sequitur ibi Det. licet in contrariũ aliqua conetur adducere, quæ tandẽ dicit procedere improprie, sed proprie conuictus non dicitur confessus, & e contra. ¶ Item est notandum, quod quo ad impositionẽ pœnarũ, est differẽtia, inter conuictum, & cõfessum sponte, nam mitius agitur cũ sponte confesso, quã cum conuictio per testes; quod quidem intelligi debet, (secundum Abba. in d. ca. at si clerici) quãdo quis ex se sponte confitetur, at secus si timore probationũ, quis confiteatur, quia ei nõ succurrit, est tamen æquum, etiam illi imponi mitiorẽ pœnam, quam imponatur conuictõ, & ibi dicit Do. Abb. ex mente Host sed Philip. Det. in d. cap. at si clerici nu. 5. dicit quod confessus & conuictus, eadem pœna puniuntur, si tamen in lege, vel statuto. pro delicto sit certa & determinata pœna statuta, secus si imponatur arbitrio iudicis, vel nisi lex determinare imponat mitiorem pœnam confesso quam conuictõ. ¶ Imo dicit ibi do. Det. quod aliquando mitior pœna imponitur conuictõ, quam ei qui timore probationis confitetur, ut patet in iudicio inquisitionis, ubi contra conuictum pœna mitigatur ca. inquisitionis c. qualiter & quãdo de accus. & tamẽ cõfitemi in tali iudicio pena ordinaria imponitur. secundũ Inno. in d. c. qualiter & quãdo el. 1. & ibi Abb. col. 6. uers. circa hoc moueo dubiũ & idẽ Abb. in c. per inquisitionem in fi. de ele. & est tex. no. in c. fi. de celeb. mis. ubi etiã idẽ Abb. in vlt. no. ad idẽ est tex. in ca. 2. de conse. Præpos. in cap. non dicatis 1. 2. q. 1. dicit quod ideo imponitur minor pœna ubi in eo tex. confesso, quia agitur ibi de confessione. & cõuictione, quæ sit præter formam iudicij, coram Abbate vel priore, aut superiore. vide Abb.

De eodem.

Conuincit an possit clericus duobus testibus laicis.

Laici cõtra clericũ ad testificãdũ quando admittuntur. De eodem. Cõuincit de adulterio quõ quis dicitur.

Conuictus an idẽ sit quod confessus.

Confessus an mitius puniatur quã conuictus.

De eodem.

Vere conuictus qui dicitur.

Abb. in cap. de hoc extra de simo. Item est notandum quod non dicitur vere conuictus de delicto ille qui defecit in purgatione, sed dicitur sicte conuictus, secundum Fely. in ca. ar. si cleri. de iudi. 2. col. versi. not. 2.

TORMENTIS MOX SVBIICIATVR.

Cap. xxxi.

S Y M M A R I V M.

- 1 Tortura locus quando fit.
- 2 Tortura saepe fallax, ideo non semper ei fides adhibenda.
- 3 Index maxime aduertat circa confessiones in tormentis.
- 4 Tortura adhibenda in subsidium probationum. & nu. 5.
- 6 Clerici an possint torqueri?
- 7 Clerici an lenius quam laici sint torquendi?
- 8 Index dicit religiosus.
- 9 Modus & qualitas torquendi sunt in iudicii arbitrio. & supra nu. 7.
- 10 Confessio extrajudicialis an sit sufficiens iudicium ad torturam?
- 11 Clerici torqueri an possint per laicos.
- 12 Testes vacillantes an possint torqueri?
- 13 Tortura an liceat detur: Et quae mala pariat?
- 14 Ignorantia iudicis est calamitas innocentis.
- 15 Confessio extrajudicialis quid operetur.
- 16 Clericus tortus pro vno delicto an de alijs possit interrogari?

Tortura locus quando fit. Tortura saepe fallax. ideo non semper ei fides adhibenda.



Tortura locus quando fit. Tortura saepe fallax, ideo non semper ei fides adhibenda. Index maxime aduertat circa confessiones in tormentis. Tortura adhibenda in subsidium probationum. & nu. 5. Clerici an possint torqueri? Clerici an lenius quam laici sint torquendi? Index dicit religiosus. Modus & qualitas torquendi sunt in iudicii arbitrio. & supra nu. 7. Confessio extrajudicialis an sit sufficiens iudicium ad torturam? Clerici torqueri an possint per laicos. Testes vacillantes an possint torqueri? Tortura an liceat detur: Et quae mala pariat? Ignorantia iudicis est calamitas innocentis. Confessio extrajudicialis quid operetur. Clericus tortus pro vno delicto an de alijs possit interrogari?

VM. Enim iudices omni conamine, veritatem criminum per testes, & alio quouis modo inuestigare conati fuerint, & maluerint, ad quaestiones licite deuenire possunt p̄ eis enim veritas quandoq; facile reperitur. Quamuis in eis falsitas etiam detegatur; exemplum est videre de M. Agrij, argentarij seruo, qui Alexandrum Tiri Flamini seruum occidisse in simulatus est, eoq; nomine tortus à Domino, admisisse id facinus constantissime asseueravit. itaq; Fannio deditus supplicio affectus est paruulo deinde tempore interiecto, ille cuius de nece creditum erat, domum rediit & contra Fannij seruus Alexander cum in hanc suspitionem. C. Fl. equitis Romani occisi venisset septies tortus, pernegauit ei se culpae affinem fuisse. Item Fulvio causam dicente, Philippus seruus eius, in quo tota quaestio vitebatur, octies tortus, nullum omnino verbum, quo Dominus persuaderetur, emisit vt refert Val. Max. lib. 8. ca. 4. nimirum ergo si Vlpianus iureconsultus in l. 1. §. quaestioni. ff. de quaest. dixerit quaestioni fidem non semper, nec tamen nunquam habendum constitutionibus declaratum, etenim res est fragilis, & periculosa. & quae veritatem fallax nam plerique patientiam, siue duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, vt exprimi ab eis veritas nullo modo possit, alij tanta sunt impatientia, vt in quo vis mentiri quam pari tormenta velint, & ita fit, vt etiam vario modo fateantur. vt non tantum se verum etiam, alios criminantur. Quamobrem iudices rogatos esse volo, vt Deum praeculis habentes, ita se habeant, in reorum torturis & quaestionibus vt non nisi veritatem conentur inuestigare; quae dixerint rei recte considerent, & an probabilia sint & verosimilia; vel potius suspecta videantur inuestigent quod quidem fieri potest verificando, vel non verificando ea quae confabulata extiterint. Dixi etenim superius iudices deuenire ad quaestiones reorum, cum maluerint

Index maxime aduertat circa confessiones in tormentis. Tortura adhibetur in

maluerint veritatem habere per testes, aut alio quouis modo eo quia ad torturam non debet deueniri, nisi in subsidium, cum aliter veritas haberi, non possit. l. edictum. ff. de quaest. & voluit Abb. in cap. cum in contemplatione. ff. de reg. iur. ¶ Est aduertendum quod licet in foro laicorum, ex quadam obseruantia contrarium seruetur. secundum Bald. in l. 1. C. de iur. iuran. propter calumniam dan. in fi. & in l. obseruare. C. quo. appella. non recipia. in quibus locis laudat iudices torquentes reos, etiam habita veritate per testes. & sequitur Afflic. in const. si damna clari destina, & communiter omnes criminaliste. secundum Grana. in votu primo quod quidem omnes admittunt, ne contingat per appellationem friuolam retardari executionem sententiae, tamen de iure canonico prima facie videbatur contrarium dicendum, cum illa opinio, seu consuetudo, processerit ex quodam iuris rigore, & in foro canonico aequitas seruanda sit, tamen recte considerans, puto distinguendum quod aut iudici constat in veritate delictum fore commissum, & ob id sententiam proferendam esse iustissimam, tamen per calumniosam appellationem & subreptiugiam posset differri eius executio, & tunc puto quod bene faciet etiam iudex Ecclesiasticus hoc inconueniens euitare, torquendo reos, non obstante quod sint testibus conuicti, alias si dubitat, num vera sint probata, & num sententia proferenda esset iusta, saltem in foro conscientiae; tunc secus. moueor quia iudex tenetur nedum ipse peccata vitare, sed conari ne alij incidant. modo Beat. Thom. secunda secunda quaest. 69. art. 3. dicit quod duplici de causa contingit appellare, vno quidem modo confidentia iustae causae, quia videlicet iniuste à iudice grauatur, & sic licitum est appellare, hoc enim est prudenter euadere, vnde habetur 2. quaest. 6. (quod omnis oppressus libere sacerdotum, si voluerit appellat iudicium, & à nullo prohibeatur.) alio modo aliquis appellat causa efferenda morae, ne contra eum iusta sententia proferatur, & hoc est calumniose se defendere, quod non est licitum, immo illicitum. facit enim iniuriam, & iudici, cuius officium impedit; & aduersario suo, cuius iustitiam quantum potest perturbat. cum ergo peccet eo casu, ergo ad euitandum illud illicitum, & peccatum, potest iudex occurrere per tormentorum illationem, quod nota, quia alibi non inuenies. ¶ Non enim est dubitandum, torqueri posse clericos ad indagandam veritatem (adde Archid. in cap. circumcelliones 23. q. 5.) vt habetur in cap. fraternitatis 1 2. q. 2. & ibi not. Præpos. & habetur in ca. cum in contemplatione de reg. iur. & ibi Do. Abba. & habetur in cap. grauius extra depo. & in cap. 1. de solu. etiam per Præpo. in ca. in summa 45. dist. & ca. fi. 35. dist. & habetur per Fely. in ca. veniens 2. col. fi. nota. extra de testi. dicit tamen quod clericus non torquetur etiam ex vno teste de visu, nisi sit infamatus de crimine ex dicto Do. Abba. antiqui in cap. grauius extra depo. tamen Abb. iunior dicit illud dictum non esse semper verum, sed sicut ex dicto vnus testis de visu poterit ad torturam procedi contra laicum, ita possit contra clericum. & idem Fely. in ca. vniuersitati extra de senten. excom. tenuit idem quod in ca. veniens. & ita dicit per omnes Doctores teneri & in nonnullam facio vim. postquam omnes videntur cum hac opinione transire. ¶ Dicit tamen dom. Abba. in ca. cum in contemplatione de reg. iur. quæ sequitur simpliciter Moder. Hispa. in practico. num. 13. quod clericus non ita acriter debent torqueri sicut laici, & quod hoc sit priuilegium clericorum, & hanc etiam opinionem sequitur Præpos. in cap. illi qui. 5. q. 3. dicens non valere consuetudinem in contrarium & videtur etiam idem tenere Archid. in d. ca. illi qui. Ego autem dico quod quo ad torturam, nec in laicis, nec in clericis, datur à iure certus modus torquendi. sed iudicis

subsidium probationum.

De eodem.

Opi. Auc.

Clerici an possint torqueri.

Clerici an lenius quam laici sint torquendi?

Op. d. Auc.

dicis arbitrio relinquitur, & in laicis non permittitur tortura per neta genera tormentorum; ergo sic erit clericis. quare dicendum est nullum speciale esse in clericis quo ad modum. & qualitatem torturae; ea igitur tortura, & eo genere tormenti quo torquentur laici debent torqueri clerici, nec obstat quod tex in cap. illi qui dicat religiosus tortor. ¶ Quare iudex dicitur religiosus. vt habetur in text. l. 1. §. diuus seuerus. ff. de quaest. dicitur enim vir bonus, & sacra res secundum Plato. lib. 7. ¶ Et quia per canones specificè & determinate non est dictum de qualitate & modo torquendi, recurrendum est ad tex. in l. quaestiois modum. ff. de quaest. quatenus ibi decidatur esse commissum arbitrio iudicantis & ad tex. in l. de minore. §. tormenta ff. eo. tit. ibi enim clare deciditur tormenta non esse habenda, quanta accusator postulat, sed vt moderatae rationis temperamenta desiderant. & hoc idem (si rectè ponderetur.) voluit dicere tex. in d. cap. illi qui in illis verbis, religiosus tortor; voluit enim dicere quod bonus & religiosus iudex debet arbitrari qualitatem & modum tormentorum & si fortasse rectius ponderetur ille tex. probat oppositè eius. ad quod ponderatur per docto. in illis verbis diuersis cruciatibus, & sic tortura clericorum non debet esse adeo leuis, ne corpus & mentem crucietur, seu vt crucietur potius. ¶ Moder. Hispa. in practica sua crim. cano. dicit vnum quod confessio extraiudicialis licet sit sufficiens indicium ad torturam respectu laicorum, non tamen erit respectu clericorum, & monetur ex dicto Fely. in cap. de hoc de simo. col. 1. sed salua pace, hoc non dixit Fely. sed bene dicit, quod clericus non potest torqueri ex confessione extraiudiciali sola; si non sit diffamatus de delicto. tamen tam in clericis quam laicis confessio extraiudicialis semper facit indicium sufficiens ad torturam secundum Abba. in d. ca. de hoc & in cap. si quis de gradu de purga. cano. vide quae dicam infra. ¶ Similiter ponit in eadem practica, quod clerici etiam de mandato Episcopi non possunt, neq; debent torqueri per laicos & hoc ex doctrina Anto. & Anch. in cap. vt famae de senten. excom. vt ibi refert Abba in si dicas quod in contrarium esse communis obseruantia; & licet dicat do. Abb. in d. cap. vt famae, quod est mala consuetudo tamen Praeposit. in cap. illi qui 5. quaest. 3. dicit quod haec consuetudo est satis bona, & aequa & iuri consona, quare si occurreret casus in quo de iure deberet, clericus torqueri, si diceremus quod tunc non posset per laicum torqueri, eluderentur canones qui dicunt eos torquendos, & sic etiam veritas quandoq; inuestigari non posset. Vnde de isto casu. licitum est fieri per laicū, & quod hoc sit verum etiam quo ad Deum, nec verum sit quod iudex Ecclesiasticus in hoc peccet patet. Deus enim pro peccato vituli constatilis volens punire peccantes, sic Exo d. 32. praecipit, per eos Moyse (occidat vnusquisq; fratrem suum, & amicum, & proximum suum pro peccato vituli constatilis) & tamen Moyse & Deus per se poterant occidere, vnde licet potestas occidendi, & verberandi aut torquendi clericos resideat in terris in personas praelatorum, nihilominus possunt licite id exequi per manus laicorum, nec laici dicentur tunc illud fecisse, sed potius praelati, quorum mandato id fit unde Bea. Tho. secunda secundae quaest. 64. art. 3. quaerens an liceat priuatae personae occidere peccatorem? dicit quod non licet nisi ex potestate, & mandato superiorum, quia tunc non ipse priuatae personae videntur fecisse, sed superiores, allegat Dion. 12. cap. cel. hiera. & Aug. in primo de ciuita. Dei qui dicit, quod non ipse occidit qui mini strium debet iubenti, sicut adminiculum gladii vtenti. ¶ Vltierius quaerit si testes vacillantes in testimonio, possint torqueri? & refert Bal. in sua Margarita in verbo clericus, tenere quod sic, tamen dicit quod non putat id practicandum

Index religiosus. Modus & qualitas torquendi, sunt in iudicis arbitrio.

Do. Auctor contra Hisp. Torqueri an possint clerici per laicos. Do. Auctor contra Hisp. pract.

Testes vacillantes an possint torqueri.

¶ Quod ob solam Bald. auctoritatem, sed miror quod non videtur glo. in cap. illi qui 5. q. 5. hoc manifeste tenentem, & ibi Praepo. qui dicit quod omnibus illis casibus quibus testes vel propter infamiam, vel vacillationē possunt torqueri, omnibus illis casibus possunt torqueri clerici producti in testes. & late dixi supra in verbo testibus nominatis diligenter examinatis & vide glo. in c. quia iuxta §. probiteri r. q. 6. ¶ De tortura quidem bellissime Augustinus lib. 19. cap. 6. de ciuitate Dei loquitur dicens, quid ipsa iudicia hominum de hominibus, quae ciuitatibus etiam quantalibet peccati manentibus, deesse non possunt qualia putamus esse quam misera, quam dolenda, quando quidem hi iudicant qui conscientias eorum de quibus iudicant, ceruere nequeunt? vnde de saepe coguntur tormentis innocētium testium, ad alienam causam pertinentem quaerere veritatem, quid eum in sua causa quisque torquetur, & cum quaeritur vtrum sit nocens cruciatur, & in nocens luit pro incerto scelere certissimas poenas, nō quia illud commississe detegitur, sed quia non commississe nescitur. ¶ Ac per hoc ignorantia iudicis plerumque est calamitas innocētis, & quod est intollerabilius, magisq; plangendum, rigandumq; si fieri posset frontibus lachrimarum, cum propterea iudex torquet accusatum ne occidat nesciens innocētem. sit per ignorantiam miseriam, vt & tortum, & innocētem occidat, quem ne innocētē occiderit torserat. Si enim secundum istorum sapientiam delegerit ex hac vita fugere, quam diutius illa sustinere tormenta, quod non commississe se dicit, quo damnato, & occiso, vtrum nocentem an innocētē, iudex occiderit, adhuc nescit, quem ne innocētē nesciens occideret, torserit, ac per hoc innocētē, & vt sciret torserit, & dum nesciret occidit. in his tenebris vitae socialis, sedebit iudex ille sapiens, an nō audebit sedebit ille plane, constringit enim eum, & ad hoc officium pertrahit humana societas, quam deserere nephas ducit hoc enim nephas esse non ducit, quod testes innocētes in causis torquentur alienis, quod hi qui arguuntur vi doloris plerumque superati, & de se falsa confessi etiam puniuntur innocētes cum iam torti fuerint innocētes, quod & si non morte puniantur, in ipsis, vel ex ipsi tormentis plerumq; moriuntur, quod aliquando ipsi qui arguunt humanae societati fortasse ne crimina impunita sint, prodesse cupientes, & mentientibus testibus reoque ipso contra tormenta durante immaniter nec fatente, probare quod obiciunt non valentes, quamuis vere obiecerint à iudice nesciente damnantur hae tor & tanta mala non deputat esse peccata. Non enim hae facit sapiens iudex nocendi voluntate, sed necessitate nesciendi; & tamen quia cogit humana societas necessitate etiam iudicandi. Hae est ergo quam dicimus miseria certe hominis, & si non malitia sapientis an vero necessitate nesciendi, atque iudicandi torquatur insones, puniri insones, & parum est illi quod non est reus, si non fit insuper & beatus quanto consideratius & homine dignius & hominem agnoscit in ista necessitate eamq; miseriam in se odit, & si pie sapiat, clamat ad Deum de necessitatibus meis erue me domine. ¶ Quid operetur confessio extra iudicialis, vide Rotin decisio: 180. in nouis vbi habetur quod ultra iudicium ad torturam operatur ad indicendum iudicium purgationis. Sed Fely. in cap. de hoc de simo. dicit quod in clerico non potest procedi ad torturam ex confessione extraiudiciali. Sequitur Det. in cap. at si clerici colum. 1. vt sic. 4. limitatur. Et voluit etiam ita Ber. chor. in tracta. de pu. con. in verbo aut confessionem in iure factam num. 9. ¶ Item est aduertendum quod nullo modo clericus tortus pro vno delicto potest in tortura interrogari de alijs delictis occultis, secundum Bermon. Cho. vbi supra num. 11.

Do. Auctor contra Hisp.

Tortura an licet de del.

Ignorantia iudicis est calamitas innocētis.

Confessio extra iudicialis quid operetur. Tortus clericus p vno delicto, nō potest de aliis interrogari.

INTRODUCTIO IN TERTIAM PARTEM.

Cap. XXXII.

S Y M M A R I V M.

- 1 Tertia pars iudicialium in quo versetur.
- 2 Iudicialis constitutio in quo versetur.
- 3 Iudices rectissime iudicent.

Tertia pars in quo consistit.

Iudicialis constitutio in quo versetur.



I TERTIA. Et ultima pars iudicialium nuncupata, in iudiciali constitutione consistit, est enim iudicialis constitutio (secundum Cicero lib. 1. ad Heren.) cum factum conuenit, sed iure, an iniuria factum sit. Ea quidem tunc utimur, cum audito accusatore, auditoque postea defensore, admisisque & discussis omnibus, quæ ab ambobus fuerint proposita, factumque taliter constet, quod nihil aliud restet, nisi ut videatur, num iure, an iniuria, factum sit id de quo queritur, ut sic ad absolutio- nem vel condemnationem potius deueniendum sit. Ex ratione enim defensionis, & ex firmitate accusationis, iudicij quæstio nascitur quam nos iudicationem appellamus. Eaque constituitur, (secundum Cicero ubi supra) ex coniunctione firmitatis, & rationis defensione ut dictum est. hoc modo, cum dicat Orestes se patris visciscendi causa matrem occidisse. rectum ne fuerit a filio sine iudicio, clytemnestram occidi, nec ne? qua parte quid admonendum sit quidve faciendum, satis dixi, in verbo Dei nomine inuocato. Et ultra ea quæ ibi dicta sunt attendant iudices, ut præ oculis semper habeant pulchra illa verba quæ Augustinus in libro de rectitudine catholice conuersationis dixit, iudices (inquit) etiam qui præestis, iustissime iudicate, nihil in iudicio iniuste agatis nec munera super innoceptes accipiatis, non ad personam attenda- tis, nec res alienas in pacis fronte accipiatis, & discipiatis, quia de vestris quid vel super noctem agatur nescitis. pauperes vel aduenam nullatenus in iudicio opprimatis, timentes illud quod veritas dicit, quia in quo iudicio iudicaueritis, iudicemini, & qua mensura mensi fueritis, remerietur vobis cauere semper ne vobis Propheta dicat. ve qui potentes estis in hoc mundo qui iustificatis impium: pro muneribus, & iustitiam iusti auferatis ab eo. ne qui dicitis bonum malum, & malum bonum labia vestra loquuntur mendacia, manus vestrae plenæ sunt ini- quitate, facta vobis veritas in obliuionem, & iustitia fugit a vobis. His enim consideratis hilari fronte properate ad sententiandum quid in iure sentitis. præcauentes ab his, quæ infra, in principio dicemus.

Iudices rectissime iudicent.

ET SI CONFESSI, AUT CONVICTI

sint, condemnetur. Cap. XXXIII.

S Y M M A R I V M.

- 1 Index conetur non committere quod puni- tur.
- 2 Charo. d. 11, quia suam legem violauerat seipsum interfecit.
- 3 Christus adulteram quare non condemnauit. Et quare.
- 4 Index malus an indicandi potestatem habeat?

Sententia

- 5 Sententia non est precipitanda.
- 6 Recta estimatio dupliciter acquiritur.
- 7 Praetores cur deserebant securis cum virgis alligatis?
- 8 Puniri æqualiter debeant necne sanabilis, & insanabilis, ac incorrigibilis?
- 9 Incorrigibilis, quibus confessionis verbis arguatur.
- 10 Pœna cur imponatur?
- 11 Malefactorum non puniens, graue commissum peccatum.
- 12 Pœna sanguinis cur iure canonum non permittitur?
- 13 Pœna mortis iure canonum imponitur per seculares, Ecclesiasticorum mandato.
- 14 Pœna mortis, cuiuscunque iudicij vltimum debet esse remedium.
- 15 Degradationis forma. Et degradatio duplex, realis, & actualis. & infra nu. 16. & 17.
- 18 Degradatio verbalis an fieri possit contra absentem?
- 19 Episcopus proprius in degradatione an cum cæteris enumeretur.
- 20 Episcopi in degradatione, an ut iudices interueniant?
- 21 Episcopi deficientibus in degradatione, quid agendum?
- 22 Status faciens mentionem degradationis qualiter intelligendum.
- 23 Degradatio actualis locum habeat in tribus casibus.
- 24 Deponere ab ordine quid sit.
- 25 Deponendus quis pro leuibus delictis non est.
- 26 Deposito in quibus criminibus locum habeat. & infra nu. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52.
- 27 Clericus homicida per sententiam deponendus, & nu. 28.
- 28 Clericus forensis Neapoli non potest celebrare absque Metropolitanæ licentiæ.
- 29 Deposito quid sit, & an fiat, nisi iure caueatur. & numero sequenti.
- 30 In leuibus arbitrio sunt delicta depositione digna.
- 31 Clericus forislegus item adulator, & proditor, deponitur. & nu. 50.
- 32 Clericus maledicus, & schismaticus est deponendus. & nu. sequenti.
- 33 Deposito incorrigibilis efficitur sub potestate seculari.
- 34 Pœna mortis, si eisdem canonibus, est excommunicatio.
- 35 Pœna capulationis linguæ de iure canonico quæ.
- 36 Pœnarum diuersa genera de iure canonico.
- 37 Pœna detractionis in monasterium, an sit capitalis?
- 38 Excommunicatio succedit in locum relegationis.
- 39 Pœna aliæ de iure canonico.
- 40 Ius canonicum depositionis pœnam imponit quando ius civile mortem.
- 41 Clericus an casu aliquo, legali pœna sit puniendus?
- 42 Suspendio quid sit. Et quotuplex.
- 43 Suspendionum species multæ. & nu. 64. 65.
- 44 Suspendionis quæ sint interdicta. & infra nu. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75.
- 45 Suspendio in quibus criminibus locum habeat.
- 46 Suspendio differt à priuatione & depositione.
- 47 Suspendio, seu confinatio in dubio facta, perpetua vel temporalis, aut reuocata quando intelligatur. & infra nu. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94.
- 48 Minor an minori pœna placeat.
- 49 Suspendio, non præcedente munitione, an fiat.
- 50 Forma suspendionis.
- 51 Forma abolitionis à suspensione.
- 52 Suspendionis sententia, a quo profertur.
- 53 Inquisitio contra suspendum ministrantem sacramenta qualiter fiat.
- 54 Suspendi an egeant absolute, post satisfactionem, & nume. 102.
- 55 Suspendus an testis esse possit.
- 56 Suspendio unde causari possit.
- 57 Differentia suspendionis propter infamiam,

- miam, & propter crimen. 150 Minor aetas poenam minuit.
- 106 Suspendio à beneficio. an. & quando debeat aliquam substantiatio, & infra nu. 107. 108. 109. 110. 151 Laicus rixans cum clerico, si ignoratur aggressor, in excommunicationem incidit.
- 111 Suspendio nulliter, fructus recuperat. 152 Delictum ratione officij commissum, alienatur.
- 112 Poena carceris an & qualiter imponenda? & infra 113. 153 Poena quomodo taxabitur in actione iniuriarum.
- 114 Poena, ut in seruitutem quis reducat, ubi fundatur. 154 Poene aggravantur, clericis propter poenas legales.
- 115 Poena derisionis in monasteriis quando locum habeat, & an commutari possit? 155 Clericus an lese maiestatis crimen committat?
- 116 Poena verborum quando & quomodo imponenda. 156 Infamia per episcopum an possit remitti?
- 117 Graduum consideratio habenda est in poenis. Et etiam aetatis infra nu. 118. 157 Clericus alienae diocesis an puniatur in loco delicti?
- 119 Appellatio non permittitur a poena verborum. 158 Clericus exemptus an ratione delicti puniri possit?
- 120 Poena exilij triplex. & infra nu. 121. 159 Episcopus quando Monachorum delicta corrigere potest.
- 122 Episcopus an exilium possit revocare. & infra nu. 163. 160 Episcopus verum ad poenam sibi applicandam condemnabit?
- 123 Vicarius eandem iurisdictionem habet cum Episcopo. 161 Faciem famosis libellos, qua poena puniendus.
- 124 Episcopus, & Vicarius possunt in integrum restituere. 162 Auctoritas superioris minuit nam.
- 125 Episcopus infamiam remittere potest. 163 Episcopus an possit exilium remittere? & supra nu. 122.
- 126 Poena pecuniaria per quos Ecclesiasticos iudices imponenda, & infra nu. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 164 Episcopo supplicatur adversus sententiam sui vicarij.
- 137 Non habens in ere, an luat in corpus de iure canonico? 165 Condemnatio ad certam poenam, salua facultate minuendi, an fieri possit?
- 138 Poena plures pro eodem delicto iure canonico imponuntur. 166 Sententia condemnatoria absque iudicis nomine, virum valeat?
- 139 Censura Ecclesiastica tres species. 167 Tumultuantes in Ecclesia expelli possunt.
- 140 Excommunicatio quando inferatur. 168 Clericus portans arma, peccat mortaliter.
- 141 Excommunicationis species duplex maior, & minor. 169 Sententia delicto superveniente gravatur.
- 142 Excommunicatio maior an & quomodo variatur. 170 Deprehensio qualis, remissive.
- 143 Excommunicatio maior propter contumaciam. 171 Suspendio ab officio, suspendio à beneficio.
- 144 Contumacia diversum ortum habet. 172 Poena pecuniaria soluta pro morte clerici, cui applicanda.
- 145 Excommunicatio minor quos pariat effectus. & infra nu. 146. 173 Poena quando ipso iure imposta censetur.
- 147 Poena minor an imponatur inquisito, quam accusato, & infra nu. 148. 174 Poena per verbum, omnino imposta, per inferiorem an disponatur?
- 149 Index minuens poenas iuris absque causa, est infamis.

AD



- D condemnationis materiã deuenire volens. Illud præceteris considerent prælati, iudices, vicarij cuiusvis nominis officiales, ut quod punire satagunt, non ipsi committant. Ne in illud incidant, quod factitasse Marcum Licinium stolonum legitur, qui cum lege sanxisset, ne quis amplius, quam quingenta agri iugera possideret, ipse mille comparuit, dissimulandiq; criminis gratia, dimidiam, partem dedit filio emancipato, quam ob causam à M. Popilio lena te accusatus, primus sua lege cecidit, ac docuit nihil aliud præcipi debere, nisi quod prius quisque sibi imperavit, ut legitur apud Valer. Max. lib. 8. cap. 6.
- 2 Nec immerito Charondas Tirriorum princeps, & legis lator, qui lege cauit, ne quis cum ferro in concionem prodiret, quod si quis fecisset, capitis poena damnaretur. Interiecto deinde tempore, ex longinquo rure gladio accinctus, domum reperens, subito indicta concione, sicut erat, in eam processit, ab eoq; qui proxime cõstiterat, soluta à se legis suae monitus, Idem (inquit) illa sanctiã, ac protinus ferro, quã habebat, districto incubuit. secundũ Valer. Max. li. 6. ca. 5.
- 3 de iustitia. Christus enim dum adultera accuseretur q primus (inquit) immunitis erit, in illã lapidẽ faciat, hinc Ambros. su p beati immaculati iudicet (inquit) ille, de alterius errore, qui nõ habet in seipso q eõdemnet; iudicet ille, qui nõ agit eadẽ, q in alio putavit puniendã, ne cum alio iudicat, in se ferat sententiã Gregor. in grauib; (inquit) peccatis quis positus, dum suis præmitur, aliena nõ diluit. & idẽ postulat iudicare Dominus de peccatrice, nõ statim dedit iudiciũ, sed prius in inclinans se deorsum, digito scribebat in terra, ac si demũ quod obnixè rogatur iudicat, nos videlicet, typice instituens, ut cum quolibet proximo morũ errata cõspicimus, nõ hæc ante reprehendendo iudicemus, quã ad cõscientiã nostrã humiliter reuersi, digito eam discretionis solerter exculpemus, & quid in ea cõditori placeat, quidue displiceat, examinatione dirimamus, iusta illud Apostoli, fratres, & si preoccupat⁹ fuerit homo in aliquo delicto, & c. qui sine peccato est vestrũ in primo vos legis iustitiã implere, & sic innocẽtes manibus ad lapidandã ream cõcurrere. & Aug. ad quendã Comitem, sacerdos (inquit) ut sapiens medicus & perfectus, primũ sua peccata diluere sciat, & postea aliena detegere, & sanare, & nõ publicare. Sed advertendũ est, quod licet hæc quæ dicta sunt, pro documento, summo opere debent cõsiderari, & attendi, non tamen debent vos mouere ad credendũ, quod qui in peccato sit, iuris dicendi potestate careat. Saul enim cum à Domino esset reprobatus, populũ Dei nihilominus iudicabat, & eius iudiciũ vniuersus populus expetebat, item David, cum esset adulter & homicida, interrogatus à Propheta, sententiã in diutem dedit, qui ouem pauperis rapuit, dicens, iudicium mortis est viro huic. Item Salomon cum amore mulierculæ, Deos gentiliũ coleret, tamen vniuersa plebs Israelitica ad eius iudicia confluebat, sic & Achab quãuis coleret Baal, tamen decẽ tribus iudicabat, & multa alia exempla sunt tam in veteri, quã in nõ testamento, ex quibus, liquide constat, non ex his posse eorum iudicium subterfugi. ut habetur 1. q. 7. per totam. Cæterum horrore vos, ad poenarum impositionem, non celeres, sed tardi sitis. Dominus enim omnipotens, ut nos à præcipitate, sententiã prolacione, compelleret, cum omnia nuda & aperta sint oculis eius mala tamen Sodomæ voluit audita iudicare, priusquam manifeſte agnosceret. Gen. 18. 3. descendam & videbo & c. cuius exemplo monemur nec ad profere: dam sententiã, vnde quam præcipites simus, aut temere, & intelligentèr indiscussa, quæque quoquo modo iudicemus, dicente veritatis

Index conetur nõ committere quã punit.

Charondas qui a suæ legis violator suspensum in terfecit.

Christus adulteram nõ cõdemnavit. Et quare.

Index etiã malus iudicandi potestare nõ caret.

Sententia nõ est præcipitanda.

voce, nolite iudicare: Et licet pluribus rationibus & similibus conetur Plato in lib. 20. de temperantia ostendere non quod tardum, sed quod velox. maxime esse pulcherrimum & etiam videatur solertiam esse partem prudentiae, & ex consequenti bonum & laudabile sit non ut ego dixi tarde procedere, sed solerter & velociter nihilominus dicit Beat. Tho. secunda secundae q. 69. art. 4. quod prudentia est, rectam estimationem habere de operandis. Recta autem estimatio, siue opinio, acquiritur in operatiuis, sicut in speculatiuis dupliciter, vno modo per se inueniēdo, alio modo, ab alio addiscendo, sicut autē docilitas ad hoc pertinet. ut homo bene se habeat in acquirendo rectam opinionem, seu estimationem per se ipsum, ita tamen ut solertia accipiat, pro eustochia, cuius est pars, nam eustochia, est bene coniecturatiua, de quibuscunq;ue, solertia, autem est facilis & prompta coniecturatio circa inuentionem medij, ut dicitur primo posteriorum, tamen ille Philosophus, qui ponit solertiam partem prudentiae, accipit eam communiter pro omni eustochia, unde dicit (Solertia est habitus qui prouenit ex repentino, inueniens quod congruit.) Item Philosophus 6. Ethic. ad ostendēdū quod eubolia quae est bene consiliatiua, non est eustochia, cuius laus est in veloci consideratione eius, quod oportet: potest autem esse aliquis bene consiliatiuus: & si diutius consiliatur, vel tardius, nec tū propter hoc excluditur quin bona coniecturatio ad bene consiliandū valeat, & quandoq; necessaria sit, quando scilicet ex improviso occuri ei et aliquod ad agendum, & sic prudentiae pars est solertia, & tamen non propter hoc excluditur, quod bonum sit tarde consiliari, vel tarde determinare. & sic non peccat iudices, qui tardi sunt ad expediendū causas, dum modo hoc faciunt, ut bene decidant, & non malo animo. Inquit enim Plutarchus in vita Prati, quod d. 7. praetores Rom. non alia ratione deferebant securas cum virgis pluribus admodum fortiter ligatas adiuuicem: nisi ut significarent, magistratus non debere impetuose & propter ad punitionem procedere in ea enim mora quae necessaria erat in dissolendis uirgis à ferro, significabat considerationem quam debeat habere iudex in ferendis sententiis. Illud etiam consideretis, quod pulchris verbis inquit Plato in dialogo. 3. de legibus misereri autem inquit decet eorum qui sanabiles sunt, & cohibere iram, ne aduersus eos muliebri in acundiae seruore animus effeatur, duriusq; insilat. Qui autem in sunt flagitiosi ut incurrabiles sint; eis ira vehemens immittenda & paulo inferius nam exactissima (inquit) purificatio, quemadmodum medicina quae validior corporibus adhibetur doloris plena est? cum vltione iusta poenam insert morte peccantē aut exilio damnans eos enim qui maxima peccata patrauerunt, si insanabiles sint, quoniam ciuitati maxima noceant, remouere omnino solet mitior vero purgatio huiusmodi nobis est & sic multum considerandum est, (ut ex his verbis patet) an incorrigibilis quae sit, an vero corrigibilis. & quomodo ad delictū quis proruperit, & cuius vitae ante fuerit & quā duritia & malitia deliquit? nā durius est peccatum puniendum propter duritiem, secundum Archi. in c. sunt nonnulli 46. Ideoq; dixi alias quod cum quidam clericus confiteretur delictum se commississe, hoc adiecto, quod si non commississet, de nouo committeret. qd ex hac eius duritia, argueretur eius incorrigibilitas, & sic debere acrius puniri, secundum Fely. in cap. rodulfus 23. col. extra de referip. & dixi in pract. mea cri. laicorū in prima parte tertiae partis in ff. Pœnis vero maligni vexantur inquit Plato in dialo. 12. de legi. non quia peccauerunt: nam quod factū est, infectum esse non potest, sed ut post hac & peccatores ipsis, & qui puniri iniquitates viderunt, iniuriam oderint, aut saltem minus in simili vitio peccent

Recta estimatio dupliciter acquiritur.

Prætores cur deferebant securas cum virgis alligatas.

Puniri non debet qui sanabilis & insanabilis.

Incorrigibilis ex confessione arguitur.

Pœna cur imponat.

cent quorum omnium gratia, ut ad hæc leges respiciant & boni sagittarum similes, ad hoc signum tendat, punitionis magnitudinem in singulis, & quod dignum est: considerantes. id ipsum iudicem legumlatoris ministrum facere decet, cum à lege sibi committitur, ut ipse statuatur, quid dare pativē damnatum oporteat. Illud etiam rogo consideretis (vos Ecclesiasticos iudices) ut non putetis Deo placere, delicta in alta dimittere, & sub specie religionis & charitatis delinquentes dimittere, potius enim peccatum grande committitis; nam qui parit malis, bonos offendit. secundum Archi. in cap. sed illud 45. distict. nam inquit Aug. si ea de quibus vehementer Deus offenditur, insequi vel vlcisci differimus, ad irascendum utique diuinitatis patientiam prouocamus. Mon ne Achor filius Saræ preterit mandatum Domini? & super omnem populū Israel ira eius, incubuit? & erat ille vnus homo, atq; vti nam solus periisset in scelere suo. Hinc Gregor. Brunichildæ reginæ francorum scribens, inquit, si quos igitur violentos, si quos fures, vel alii prauis actibus studere cognoscitis, Deum deorum correctione placare festinate, ut per vos flagellum perfidarum gentium quod (quantum videmus) ad multarū nationem vindictā excitatum est, non inducat ne si (quod non credimus) diuinæ vltionis iracundia secleratorum fuerit actione commota belli pestis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis viam Dei præcepta non reuocant. ut habetur 23. q. 4. cap. si quos & Augustinus contra Faustum. quid crudele (inquit) Moyses mandauit, aut fecit, cum commissum sibi populū sancte zelans, viuo & vnico vero Deo subditum cupiens, posteaquā cognouit ad fabricandū, & colendū idolū defluxisse, mentemq; impudicam prostruuisse dæmonibus in paucos eorū vindicans gladio, quos Deus ipse quem offenderant alto & secreto iudicio feriēdos, voluisset mox feriri, & in præsentī salubriter terruit, & disciplinā in posterum sanxit. Nam eū nulla credulitate, sed magna dilectione fecisse quod fecit, quis non in verbis agnoscat orantis pro peccatis eorū, & dicentis si dimittis illis peccatum, dimitte, sin autem dele me de libro vitæ: sic plane & Apostolus non crudeliter, sed amabiliter tradidit hominem sathanæ, in interitum carnis, ut spiritus eius saluus sit in die domini nostri Iesu Christi, tradidit & alios ut dicerent non blasphemare & haberetur in c. quid crudele 23. q. 4. sic itaq; vigilanter attendite, ut delicta cohibeantur, facinorosi puniantur, & cæteri pœnarū metu terrearantur, sciētes hoc Deo placere. inquit enim Beat. Tho. secunda secundae q. 64. art. 2. quod sicut licitum est occidere animalia bruta in quantū ordinantur naturaliter ad hominū vsum, sicut imperfectum ordinatur ad perfectū, omnis autem pars ordinatur ad totum, ut imperfectum ad perfectū, & ideo omnis pars naturaliter est propter totum, & propter hoc videmus quod si salutū totius corporis humani, expediat præcisio alicuius membri. puta, cum est putridum, vel corruptiuum aliorū membrorum, laudabiliter & salubriter abscindatur. quælibet autem persona singularis comparatur ad totam communitatem sicut pars ad totū, & ideo si aliquis homo, sit periculosus communitati & corruptiuus ipsius propter aliquod peccatū, laudabiliter & salubriter occiditur, ut bonum commune conseruetur. Cur ego iure canonum, non permittatur pœna sanguinis, & mortis naturalis? ut in cap. in archiepiscopatu extra de rapt. & ibi per doctō. cum cōtrarium videtur teneri per sanct. Thom. videlicet quod talis pœna sanguinis licite possit imponi (ut supra dixi) dicendum est. secundum eundem Bea. Tho. vbi supra art. 4. quod non licet clericis & prælatis talem pœnā imponere, duplici ratione, prima quidem quia sunt electi ad altaris ministerium, in quo representatur passio Christi occisi, qui cum percuteretur, non re-

Peccatū committit qui malefactorum non ponit.

Pœna sanguinis iure canonum non permittitur.

percutiebat. vt dicitur 1. Pet. 2. & ideo non competit, vt clerici sint percussores, aut occisores, debent enim ministri suum Dominum imitari, secundum illud Ezechie. (secundum iudicem populi sic & ministri eius) alia. & 2. ratio est; quia clericis committitur ministerium legis nouæ, in qua non determinatur poena occisionis, vel mutilationis corporalis, & ideo ut sint idonei ministri noui testamenti debent à talibus abstinere. dicit tamen quod prelati Ecclesiastici accipiunt officia principum terræ non vt ipsi exerceant poenam sanguinis, sed alij eorum auctoritate exerceant vt etiam d. cap. in archiepiscopatu, dum dicit quod si grauis excessus dabitur quod requirit poenam sanguinis, iudices, seculares mandato Ecclesiastici exequantur. ¶ Et ideo dixit Inno. in cap. qualiter & quando el. 2. de accusa. quod licet iure canonum poena corporalis mortis non imponatur imponitur tamen quedam poena quæ est similis eis, nam traditur ius iudici seculari eo degradato, ut puniatur.

De eodem.

Poena mortis vltimū remediū.

Degradationis forma qualis.

De eodem.

¶ Canones enim rectissime procedunt non imponendo mortis poenā statim, nam impositio poenarum mortis, & capitalium debet esse vltimū cuiuslibet nedi Ecclesiastici, sed secularis remediū. cum primo cōgressu debet deuios ad viā reuocare, & reducere nunc minaciter terrendo; nunc verberando; nunc incarcerando & cæteris leuioribus remediis. Ita quod ad mortē propere non debet, nisi cū alia remedia sint cōsumpta. secundū Io. Fab. in l. 1. C. de sum. tri. quæ etiam in insti. de iust. & iure dicit Iustinianū hoc clare demonstrasse per situationem illius tituli. de pub. iud. in fine voluminis. A eternū. n. diuinæ iustitiæ, & proprium sacris memoratur litteris, semper extitisse, reuocare peccatores ad vitam via ac ordine triplici, vocibus præconum & vatū, id est prædicatorum largitate quoq; beneficia, flagello denique (si duo priora non corrigant) quod clare etiam Vlpianus edixit in l. 1. ff. de iust. & iur. libi bonos non solum metu poenarū, verum præmiorum, quoq; exhortatione efficere cupientes. sic quoq; seruant canones pro vltimo eum remedio, eum morte naturali puniendum tradunt seculari iudici, eo prius degradato. ¶ Forma aut degradatio nis erit, vt si degradandus sacerdos in sacris cōstitutus, requiritur quod in eius degradatione interueniant sex Episcopi, si vero Episcopus sit degradandus, requiruntur duodecim Episcopi, in degradatione vero diaconi vel subdiaconi, requiruntur tres Episcopi, in clericis vero in minoribus constitutis, sufficit solus Episcopus proprius secundū Abb. in can. nō potest, & ibi etiā gl. de re. iud. & glo. in cap. 1. in vers. canonibus de heret. lib. 6. in crimine autem hæresis solus proprius Episcopus sufficit, conuocatis Abbatibus, prelati & aliis litteratis de sua diocesi, vt est tex in cap. 1. de hære. lib. 6. ¶ Item est aduertendum, quod dictus numerus Episcoporum requiritur in verbali degradatione. sed reali & actuali non requiritur, ita voluit Maran. in suo Specu. aureo. in 1. distin. in verbo aliud seculare, & aliud Ecclesiasticum (secundum ordinem meum nu. 46.) qui allegat doctri. Fely. in d. cap. non potest de re. iud. & ibi etiam Abb. Domi. à sanct. Gemi. & Ancha. in cap. 2. de poen. in vi plene tangunt materiam, & in effectu concludunt, quod aut sit degradatio verbalis, ad effectum peruenienti ad degradationem actualem, & tunc quando fertur sententia degradationis verbalis, & declaratur perueniendum esse ad actualem degradationem & eo casu requiritur dictus numerus Episcoporum in ipsa verbali, in reali & actuali non requiritur, quia tunc executioni demandatur illa verbalis, nimirum ergo si non requiritur Episcoporum numerus in ipsa actuali. si vero sit degradatio verbalis, non ad effectum perueniendi ad actualem degradationem, & eo casu de generali consuetudine solus Episcopus per se, aut officiales suos, potest,

potest, non aliter interueniente dicto Episcoporum numero degradare, punire, & deponere, & pro hac generali consuetudine dicunt facere tex. in cap. at si clerici de iudi. & cap. cum non ab homine de fo. compe. & c. postulasti de here. ¶ Interueniente autem dicto numero Episcoporum, quando præstatur perueniri ad actualem degradationem, fertur sententia degradationis cuius forma describitur ad longum per Guliel. Bene. in rep. cap. raiuntius in processu præuentionali in effectu declarando delicta commissa, & probationes demū subditur, Idcirco nos auctoritate Dei omnipotentis patris, & filij, & spiritus sancti, & nostra te præstatum T. omni huiusmodi officio & beneficio Ecclesiastico sententialiter, & perpetuo in his scriptis priuamus, teque ab illis verbo deponimus, & pronunciamus realiter & actualiter, secundum traditionem canonum te fore deponendū, & degradandum, hæc nostrā sententiā in his scriptis præferentes mora maiorum, pro tribunali sedentes. demū subseribantur omnes Episcopi, & tam in verbali quam in actuali debeat interesse reus, & quādo actualiter degradatur. tunc in platea publica, præparato catafaleo ordinantur duo scanna, vnum videlicet à parte dextera, pro Domino Episcopo & eius vicario, & aliud à parte sinistra, pro dominis iustitiæ secularis, & ante scannum dictorum Episcopi & vicarij, apponitur tabula ad modum altaris munita, & decenter parata vestibus præbyteralibus, libris Euāgeliorū, candelabris cum candelis extinctis. cum calice cū patena, & desuper hostia apposta duabus canetis vino, & aqua repletis; & tunc Episcopus & vicarius vestibus Pontificalibus induti, asportato reo in eorū præsentia mandatur indui vestibus præbyteralibus, & sacerdotilibus, cū quibus missa celebratur, ante altare prædictū & eo sic induto, incontinenti corā omni populo dicti Episcopus, & vicarius alta voce declarant & exponunt qualiter dictus reus cōmisit tale, & tale delictum, quo facto prædictā sententiā verbali. degradationis, realiter exequēdo remouent illi omnia insignia, & ornamenta sibi dum fuit ordinatus concessa incipiendo ab vltimis, ordine mutato, dicendo dicto reo calicē cum patena, & hostia supraposita in suis manibus tenenti ipsum calicē sibi fuisse traditum in signum ministerij passionis Christi, potestatemq; fuisse eidem collatam gratiam, & illustrationem sancti spiritus, ad resistendum diabolo & operibus suis, audiendū confessiones fidelium, absoluendum, & remittendum peccata confitentium, offerendum sacrificium Deo tam pro viuus quam defunctis. sed quia Christus dixit ex præcepto non occides, & iussit homicidas à suo altari euelli, & quia contra præceptum decalogi & Dei ac determinationem sanctæ matris Ecclesiæ occiderat propriis manibus T. Merito à celebratione missarum tam pro viuus quam defunctis amotam esse ostendant & potestatem audiendi confessiones absoluendi, & remittendi peccata sibi auferant: Similiter dicenda verba. Auferimus de manibus tuis calicem cum patena, & hostia supraposita, tam quam indignus à participatione tanti sacramenti. Item declarent eidem reo in vñctione manuum, potestatem sibi collatam fuisse considerandi, & benedicendi qua potestate priuatum esse pariter ostendant, abrādendo illi quatuor digitos in vñctas siue consecratos cum certo frustro vitri leuiter, & absque sanguinis effusione. Item & casulam vestem sacerdotalem & salutis, per quam radix omnium virtutum designatur, pariter dicat eidem reo concessam fuisse: attamen quia suadente diabolo charitatem à se abiecerat, & ingratus erga T. se reddidit, eum contra omnem charitatem occidendo merito dicta veste ipsum expoliabant & denudabant. Item pariter libro Euāgeliorum ipsum priuent, dicendo per hæc verba, quia fuit ordinatus ad sacros

De eodem.

eros ordines diaconatus, & subdiaconatus, & in illa collatione fuit sibi data potestas legendi euangelia, & epistolas in Ecclesia sancta Dei, in quibus continentur praecepta & mandata legis nostrae nouae, & antiquae. Sed quia illa quae cantasti, & legisti, non reddidisti & minus opere adimpleuisti. imo feruente quo diabolo, homicidium perpetrasti, merito illa potestate te priuatum de declaramus. & librum euangeliorum & epistolarum tollimus, & amouemus, quia id non competit nisi dignis. Item veniendo ad stolam & illam accipiendo, & in manibus suis tenendo, dicant illam stolam candidam & immaculatam eidem reo fuisse traditam, ut adimpleret officium sibi iniunctum, sed quia iugum Domini per dictam stolam signatum, turpiter abiecerat, ideo eandem stolam ab eodem amouebat, & ipsum inhabilem reddebant ad omne sacerdotale officium exercendum. Item remota stola dicat eidem reo fuisse traditum manipulum, per quem designatur fructus omnium bonorum operum, quae per manus exercentur, sed quia ipse reus manibus suis propriis execrabile homicidium commiserat, quare merito, indignum ad deferendum manipulum se constituerat. Ideo illum sibi amouebant. Item pariter dicant albani fuisse sibi traditam puritatem denotanda, tanquam à lubrico & puritatis inimico, idcirco auferant. Item declarent amictum, per quem designatur castigatio vocis ad mali fuisse traditum ipsi reo, verum tamen quia non castigauerat suam uocem, ideo illum ab eodem reo tanquam indigno auferant. demum generaliter auferant potestatem intrandi sacras tangendi pallas, uasa, & alia indumenta sacra, auferendo de manibus dicti rei duo candelabra ibidem asportata, & clauis pro clauibus Ecclesiae reputatas, amotis ulterius à dicto reo omnibus habitibus & indumentis presbiteralibus supra descriptis & ipso reo suppellicio dumtaxat induto adhuc existente, Episcopo suam executionem continuante, suamque dirigendo uerba ad dictum reum sic dicatur. T. quia abiecti ignominiam secularis habitus, & coronam in tuo capite, quod est regale signum sacerdotij, recepisti, ob quam causam in sortem Domini, fuisti electus & successus ad ordinem presbiteratus assumptus, sed quia non obseruasti sanctitatem, iustitiam, & minus charitatem, ideo auctoritate Dei omnipotentis, patris & filij & spiritus sancti, & nostra auferimus à te habitum clericalem, & nudamus te religionis ornatum, atque deponimus degradamus, & exuimus te omni ordine priuilegio, & beneficio clericali, & tanquam à professione clericali, indignum reddimus te in ignominiam & seruitutem habitus, & status secularis, & sic expoliatur super pectus, & demum barbitonsor abradendo debet continuare, & Episcopus dicat, te uelut ingratus filium à sorte Domini, ad quem uocatus fueras, abiecerimus & coronam tui capitis regale quidem signum sacerdotij de tuo capite amouemus, propter tui regiminis prauitatem, & hanc formam degradationis ponit Archid. in ca. Episcopus 11. q. 3. & ibi Praepositi. & illo tunc incontinenti, exiit reus veste clericali, & quadam alia veste laicali crocei coloris induitur, & tunc Episcopus uertit se ad Dominos iustitiae temporales dicens, Domini iudices, rogamus uos cum omni affectu quo possumus, ut amore Dei, pietatis & misericordiae intuitu, ut nostri interuentu miserimo huic nullum mortis vel mutilationis periculum inferatis, & statim capitur reus à ministris secularis iustitiae à dicto loco separatur.

Degradatio verbalis an possit fieri contra absentem.

¶ An verbalis degradatio possit fieri contra absentem? Dom. de sancto Gemina, in ca. 2. de poen. in 6. dicit si quis est absens per contumaciam, potest fieri ea. ueritate de dol. & contu. ¶ Nunquid proprius Episcopus connumeretur in numero sex Episcoporum, qui debent interuenire. Dom. de sancto Gemina, ibidem dicit

20 dicit quod non, sed dempto ipso debent esse sex Episcopi. ¶ Verum illi sex Episcopi debeant interuenire ut iudicent, uel ut simpliciter assistant, ut assessores Domini. & Anchar. ibidem dicunt quod debent assistere ut iudices, adeo quod omnes debent subscribere sententiam. ¶ Quid enim erit faciendum si non possit haberi numerus Episcoporum? Domini. à sancto Gemina, ibidem dicit quod potest procedi ad degradationem verbalem tantum quod idem erit & sequitur Ancha. ¶ Quid si statutum simpliciter faciat mentionem degradationis qualiter debet intelligi? dicit Domini, ibidem, quod uerbum illud degradationis in genere sumptum, potest comprehendere degradationem & depositionem, & sic statutum illud, debet intelligi de depositione, & sic sumi in mitiorem partem. ut regu. in poen. de regu. iur. ¶ Sed in quibus casibus habeat locum degradatio actualis. glo. in cap. ad abolendam de haere. in uerbo relinquatur. dicit quod degradatio habet locum solum in tribus casibus primo, in haere. est per d. cap. ad abolendam, secundo, in falsario litterarum apostolicarum cap. ad falsarium extra de cri. fal. Tertio, in faciente coniuratione contra Episcopum cap. si quis sacerdotum 11. q. 1 in aliis autem casibus non debet pro aliquo crimine degradari, licet tradatur curiae seculari quando est incorrigibilis ea. cum non ab homine de senten. excom. nam tunc primo criminofus debet deponi, & si est incorrigibilis, debet excommunicari. & si etiam tunc persequeretur in sua incorrigibilitate debet anatematizari & si etiam tunc sit incorrigibilis relinquatur curiae seculari, & hanc Glof sequitur Dom. Anto. in ea. at si clerici de iud. dicens quod quantumcumque iura dicant de degradatione, debent intelligi de depositione ueruali uel de incorrigibili. sed contrariam opinionem tenuit Ancha. in ea. ea. quae de reg. iur. quam refert & defendit Panor. in cap. at si clerici de iud. dicentes in effectu, quod quando homicidium est qualificatum: tunc clericus homicida est degradandus, & curiae seculari tradendus, & ponunt plura exempla primo, in eo qui interfecit sacerdotem proditione cum spoliatione honorum. Secundo, in committente parricidium. Tertio, in eo qui Ecclesiam incendit. Quarto, in eo qui Ecclesiam rebus deputatis ad seruitium diuinum expoliat. Quinto, in eo qui ordinauit prodere patriam. Sexto, in eo qui occidit per assassinatum. Septimo, in eo qui committit plura homicidia, uel latrocinia, uel falsitates uel crimina plura atrocita. tales enim secundum eum, sunt per Episcopum degradandi, & tradendi curiae seculari: concludentes quod in istis grauissimis delictis non uidetur uendicare sibi locum cap. cum non ab homine nec communis theoria docto. t sufficiat sola depositio, & pro hac opinione plures cotas & rationes allegat Guliel. de bene. in repe. cap. rainuncius. in quaestione de homicidio. ubi latissime prosequitur, adducendo etiam omnes tenentes contrariam opinionem, & rationes eorum, tandem sequitur dictam opinionem Ancha. quam dicit sequi per Pano. Ana. Bar. Socc. Angel. de male. & ibi Aug. & Felyn. in cap. at si clerici de iud. & Philipp. Det. & plures alios, & pro hac sua opinione fuit determinatum, uide eum in contingentia facti & opinione Ancha. sequitur, & dicit uerissimum Nico. Boer. decisio. 69. num. 16. prima parte. & ita dicit pluries fuisse iudicatum. Ioan. Bernar. Diaz. in sua practi. in uerbo parricide quae dicit opinio. Ancha. posse habere locum in clericis primae tonsurae tantum at non in sacris constitutis, sed haec sua opinio quam ueridica sit, ex dictis docto. patet. Adde quod in concilio colonien. in cap. 9. statutum est, quod clericus pro grauissimis delictis degradatur. Ego tamen si delicta sint adeo qualificata, & enormia, ut potius induceretur scandalum & malum exemplum, si non punirentur atroci poena mortis, quam

degradatio ne quid faciendum.

Degradatio actualis locum habet in tribus casibus.

Op. d. Arc.

aliud

aliud esse voti procedi debere ad actualem degradationem. vt supra & hoc præcipue ex dicto Beat. Tho. secunda secundæ quæst. 64. art. 2. in quantum concludit quod salubriter, & laudabiliter homo occiditur, vt bonum commune conseruetur. nam sicut malum est occidere hominem bonum, ita bonum est occidere hominem peccatorem. sicut occidere bestiam, peior enim est malus homo quam bestia: & pluribus nocet & licet clericis & prælatis sit causa sanguinis interdicitur, nihilominus ubi casus eueniet possunt per alios eorum auctoritate occidere, & recte faciunt vt per eundem art. 4. in fine & habetur 23. q. 5. per totam.

¶ Est tamen sciendum quod deponere ab ordine idem est quod degradare ca. 24 f. cerdos. 81. distin. ¶ Item est sciendum, quod pro leuibus delictis, non est quis deponendus. secundum Abba. in ca. tuæ de pœn. pro grauibz vero deponitur. vt ibi per Felyn. in ca. at si clerici de iudi in prin. col. pen. ¶ Quæ autem sunt crimina, pro quibus habeat locum depositio: dicas quod plura sunt crimina, & primo potest deponi clericus frequentans solus domos matronarum mulierum & qui solus cum fœmina loquitur, fabulascq; miscet. vt in ca. clericus 81. distin. & habetur in summa conciliorum in decr. Lucij & Steph. Papæ fol. 16. in paruo volumine, & in concil. 3. Garthaginense, capite 25. quod est intelligendum si tertio monitus non desistat, præcedente excommunicatione. vt 18. quæst. 4. ca. forte & habetur in ca. Archidiaconum ca. dist. 81. ¶ Item potest deponi ille, qui incessanter intendit ludis & ebrietatibus. vt in cap. Episcopus 35. dist. hoc tamen intelligendum est, si tertio monitus non desistat, sed incessanter inhonestis ludis & ebrietatibus intendit. secundum Archi. ibi & in concilio Constantinop. can. fol. & in con. Chalcedo cano. 49. aliarum ludus clericis interdicitur, sub pœna excommunicationis. vt in summa conciliorum in 6. con. fol. 231. in paruo opusculo. & in ciuitate Neapolis, per cõstitutionem synodalem, incipientem vt clericorum imponitur etiã pœna pecuniaria, videlicet tarenorum quindecim. & si fuerint clerici intus Ecclesias, capellas aut cimiteria, est pœna excommunicationis. vt in alia synodali incip. quia sunt nonnulli, & sit ibi monitio generalis, vt clerici talia non faciant, vt habetur in synodali sequen. porro ad cuiuslibet & sic infero quod stante dicta monitione eo ipso quod est inuentus clericus ludere in dictis locis, est excommunicatus absque alia monitione.

¶ Item deponitur clericus tenens tabernacula, & alia inhonesta, & mercimonia exercentes vt in ca. nulli. 44. dist. intellige tamen, si in eis personaliter ipse ministrat, alias autem potest habere tabernacula, & alteri locare. secundum Arch. in d. ca. mille, intellige si fuerit monitus, & non desistit. & idem determinatum fuit in concilio Constantino. in cano. 9. vt in summa Concilio. in 6. Concilio fol. mihi. 275. in clem. 1. de vit. & honest. cle. disponitur, quod clerici exercentes tabernaculum, perdunt priuilegium in bonis, & nõ in personis. & in ciuitate Neapolis extat constitutio synodalis. incip. in sinuatione, qua deciditur imponi etiam pecuniariam pœnam. videlicet vnius vntiæ. & pœnam suspensionis officij & beneficij, & monentur omnes vt se abstineant. & an sufficiat dicta monitio? vide Zabari. in d. clem. 1. de vit. & hon. cle. & quod sufficiat tenet Bonif. de vitali. in d. clem. 1. num. 16. ¶ Item vsuras cõmittentes, puniuntur pœna depositionis. vt in ca. 1. & 2. 47. dist. & ca. si quis oblitus 14. quæst. 4. quod approbatur in concilio Niceno. vt in summa conciliorum cano. 18. & in concilio Clibertino ca. 20. ubi dicitur clericos esse degradandos, & laicos esse proiciendos ab Ecclesia, si durauerint in vitio vsurarum. Et in concilio Arelateni ca. 12. iubetur eos abstinere a cõmunione. & in concilio Carthaginense ca. 16. quæ omnia intelligenda sunt, quando vsuris insistant ipsi clerici, nec desistunt. alias si desistunt,

est

est pœna suspensionis. secundum Hostien. in summa de vsur. §. fina. versi. alia à iudice. vt refert Ioan. Ber. Diaz. in pract. sua in verbo vsurarij. vsurarij autem manifesti ad cõmunionem altaris. non admittuntur. nec Christianam sepulturam accipiunt, si in hoc peccato decedunt. nec viuorum oblationes recipi debent. & alia pœnæ vt habetur per Hostien. ibi. in ciuitate Neap. extat Synodalis, qua excommunicantur manifesti vsurarij. Item statuitur ad cõuincendum quem, de vsuraria prauitate, sufficere quinque testes, bonæ opinionis, deponentes de fama publica, dummodo inquisitus sit alias infamatus, exercuisse vsuram, vt in Synodali incipien. vsurariorum latentem.

30 ¶ Item deponuntur omnes illi, qui fornicantur cum monialibus, vel in carcere, vel filia spirituali. vt in ca. si quis Episcopus 27. quæst. 1. & 30. quæst. 1. ca. si quis sacerdos ubi de filia spirituali; nam vltra depositionem, debet pergrinare per duodecim annos; & demum debet accedere ad monasterium cum diebus vitæ suæ, ibi facturus pœnitentiam. Et violentes moniales, puniuntur etiam, quia bona eorum confiscantur monasterio cap. si quis rapuerit 27. quæst. 1. & etiam de filia spirituali. habetur in cap. omnes & sequen. 30. q. 1. & ibi etiam dicitur, quod filia spiritualis dicitur non solum, quæ suscepta est in baptismate, sed etiam omnes illæ suscipiuntur in pœnitentia. intellige tamen, quod tunc est pœna depositionis, quando deuenit ad notitiam populi, alias per duodecim annos, debet pœnitere vt in cap. non debet ead. cau. & quæst.

31 ¶ Item deponuntur, omnes illi, qui publica laborant incontinentia cap. si semel distin. 1. & 81. distin. ca. Maximianus. & ca. si quis clericus ead. 81. distin. cum duobus. c. sequentibus. & sic adulterantes deponuntur; & in tali crimine potest ex officio procedi de iure canonico. secundum Ber. Diaz. in sua praxi. in verbo adulterij. potest pro eo allegari tex. in ca. intelleximus & ibi, nota per Abba. extra de adulter. in quantum ibi dicatur posse ecclesiasticum iudicem ex officio, excommunicare adulteros. non tamen pono pro constanti, cum expresse, de iure canonico hoc non reperitur prouisum; ergo statur dispositioni factæ per leges, secundum cõmunem doctrinam secundum gloss. & docto. in ca. 1. de no. ope. nunci. & ibi est tex. & vide quæ dixi in verbo flagitium carnis. supra maxime, quia habet in se maximam naturalem rationem, & æquitatem.

32 ¶ Item deponuntur omnes illi, qui sine vlla examinatione ordinantur cap. si quis presbiter. 24. distin. & 71. distin. ca. si quis sine. ¶ Item deponitur ille qui scienter criminofus ordinatur cap. tantis. 81. distin. & cap. aliquantos ludi.

34 ¶ Item deponendus est ille qui relicta Ecclesia sua, ad aliam pinguiorem. accesserit sine licentia sui superioris, immo monitus reuertit ad suam Ecclesiam, non obediit ca. si quis presbiter 7. quæst. 1. & ca. si quis Episcopus & cap. sequen. ibi. & est confirmatum in concil. Antiocheno. in cano. 3. vt in summa dicti concilij fol. mihi. 57. ¶ Item deponuntur omnes illi, qui ausi fuerint contra Romanum Pontificem, & alios superiores ferre excommunicationis sententiam. vt in ca. in tantum 21. distin. vel qui conuictum, contumeliã, aut calumniam intulerint suo Episcopo vt in cap. si quis sacerdotus 1. q. 1. vel fecerint coniurationes, vt in ca. coniurationum & ca. sequenti ead. cap. & quæst. ¶ Item deponuntur per iuri, homicidæ, aut in alio magno crimine inuenti cap. presbiter 31. distin. & ca. sequen. & per ca. si Episcopus l. distin. statuitur, quod cõmittentes capitale crimen, aut chartam falsam, aut falsauerit testimonium, depositi ab officiorum honore in monasterium detrudantur. & ibi quandiu vixerint laicam tantummodo cõmunionem accipiant. & est confirmatum in Agathensi concilio cap. 34. in summa concilio. fol. r. amen 130. adde etiam, quod in concilio

Aurelia-

Deponere ab ordine quid. Deposito in quibus criminibus habeat locum.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

Aurelianensi canone quinto statutum est, quod clericus committens falsitatem & surtum, communionem concessa, debet degradari, & pro peiurio, si clericus prebuerit iuramenta in causis quæ sub iure iurando deciduntur, & post rebus evidentibus, detegitur peyerasse biennij tempore à communionem repel litur. ¶ Est tamen sciendum, quod homicida clericus debet per sententiam priuari beneficio, quia non est priuatus ipso iure. secundum Innoc. in cap. r. ubi nostris de concessio preben. & hanc opinionem dicunt cõmuniter approbari An. & Fely. in ea inquisitionis prima col. de accus. & alij relati per Io. Bernar. Diaz in sua pract. in verbo homicidæ. ¶ Et adeo hoc verum est, quod donec nõ fuerit per sententiam priuatus, potest beneficium renunciare, et quod sit facta impetratio eiusdem per alium, si tamen ignorabat impetrationem factam, secundũ Gomef. in regula cancella. de Anna posses. q. 42. ¶ Item deponitur ille, qui publicè crimen in apostolicæ & totius Ecclesiæ scandalũ, fouerit. vt 2. q. 1. ca. scelus. & c. rheugaldum 2. q. 3. ¶ Item deponitur ille, qui in Ecclesia, al. um per pecuniam vel alio modo supplantauit. ca. presentium 7. q. 1. & cap. factus. & c. seq. ead. equ. & q. ¶ Item deponitur etiam ille, qui officium exercere in alie na diocesi, vel Ecclesia ausus fuerit. c. nullum 9. q. 2. & cõprobatur in concilio Antiocheno. cano. 13. fol. mihi 59 & in concilio Carthagineense ca. 10. fol. mihi 55. & clerici in Ecclesia aliena nõ debent cõmunicare sine litteris sui Episcopi, vt in dicto concilio Carthagineense ca. 7. & in concilio Antiocheno ca. 22. & in concilio Sardicensi ca. 1. fol. mihi 62. & in concilio Carthagineense ca. 37. & in generali concilio ca. 23. ¶ In ciuitate autem Neapolitana nullus clericus forensis, & alterius diocesis, potest missas & alia ecclesiastica sacramenta ministrare; absque licentia Metropolitanæ. vt in consil. sinodali incip. sepe contigit. ¶ Item deponitur ille qui in deb. te, & nulla necessitate interueniente, alienat res Ecclesiæ vt in ca. si quis Episcopus. 10. q. 2. & 12. q. 2. ca. vlt. etiana & c. Abbatibus & ca. Apostolicos 17. q. 4. ca. nullus quod cõfirmatur in concilio Agathensi ca. 32. fol. mihi. 129. ¶ Item deponitur ille, qui recepit ecclesiam per manus laicorum. Vt est tex. in c. si quis deinceps 16. q. 7. intellige quando reci peretur Ecclesia à manibus laici vt prelati secundum Archi. ibi. ¶ Item deponitur ille, qui cum esset excommunicatus maior excommunicatione, vel interdictus aut suspensus ab homine diuina officia in ordine suo celebrauit vt extra de cler. excomm. mini. ca. latores etiam si matutinũ vel vesperam in officio suo dicat vt 1. q. 3. ca. si quis Episcopus & voluit Hostien. in summa de cler. excomm. ministrari. §. 1. ¶ Est autem depositio, perpetuo remotio ab altaris ministerio. secundum Abb. in cap. at si clerici de iud. col. 1. & refert ibi Det. col. 4. versic. quinto not. ¶ Item est aduertendum, quod nunquam pro delicto potest fieri depositio, nisi aliud de iure eximat. vt secundũ Do. mi. in l. dist. 5. de his. & in cap. 1. 35. dist. nisi in grauibus vt ibi per eum. ¶ Est tamen bene verum quod quæ delicta & crimina sunt digna suspensione, aut depositione: relinquuntur arbitrio iudicis. secundum Abba. in cap. at si clerici de iudi. & ibi sequitur Det. nu. 34. & 35. & sequitur Ioan. Bern. Diaz. in sua practica in verbo deponit. Adde quod ego dabito de veritate istius dicti cum Hostien. in summa in titulo de accus. §. quis sit effectus accusationis, dicat, q. vera, opinio est illorum tenentium, quod pro nullo crimine inducitur depositio, nisi specialiter exprimat a canone: & narrat ibi quæ sint delicta quæ inducunt depositionem & dicit etiam, quod quodlibet peccatum mortale inducit depositionem. ergo non est in arbitrio iudicis, si non potest depositio imponi nisi à canone exprimat. ¶ Item deponitur fortilegus vt 26. q. 7. c. admonerit, vbi clericus

Homicida clericus p. sententia est deponed.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

Depositio quid sit.

Deponitio nõ fit, nisi iure cauetur. Iudicis arbitrio sunt delicta deponitio digna.

Sorilegus est deponendus.

ricus degradatur, sed dicit Abba. ibi id est verbaliter & non realiter; secundum eundem Abb. in cap. rux. de pœn. & in cap. nouimus de verb. signifi. vbi Per. de Per. & Abb. in c. non potest de reg. iur. & lare. Det. in c. at si clerici extra de iud. & confirmatur in concilio Laodiceno cap. 36. ¶ Item degradatur seu deponitur vocans adulationi & proditiõibus. vt habetur in concilio Carthagineensi ca. 56 fol. mihi. 93. ¶ Item clericus maledicus, maxime in sacerdotibus, si noluerit postulare veniam; debet deponi. nec vnquã ad officium absque satisfactio- ne reuocetur. vt habetur in eodem concilio Carthagineensi cap. 57. & habetur in cap. clericus maledicus 46. dist. ¶ Item degradatur, se deponitur clericus schismaticus per text. in ca. deligitur 23. quæst. 5. sed ille text. intelligitur de incorrigibili secundũ Glo. in ca. cum non ab homine de iudi. & sic vt possit degradari & tradi curiæ seculari. & habetur per Ioan. And. in ca. cum non ab homine de iudi. & probatur per text. in ca. de liguribus 23. q. 5. ¶ Item est notandũ quod quilibet depositus incorrigibilis, pro quouis crimine, ne dum pro delictis connumeratis in ca. cum non ab homine efficitur sub potestate secularis; quod voluit Det. in ca. at si clerici in prin. num. 39. in finalibus verbis extra de iudi. ¶ Item est notandum quod vbi in canonibus imponitur pœna mortis, debet intelligi de excommunicatione; secundum Abb. in ca. 1. de fur. vt est text. in cap. per venerabilem qui fil. sint legit. quod quidẽ est verum quando mors est imponenda per iudicem ecclesiasticum, qui non potest. eam imponere per ca. sententiã ne cler. vel mon. & ca. clericum eod. tit. & per ca. ex his de excessibus prela. secus tamen est, quãdo ipsa mors venit imponenda per iudicem secularem & ita intelligit Gul. de bene. in repe. cap. Rainutus extra, de testa. in quæstione de homicidio num. 10. ¶ Item quando in canonibus similiter reperitur imposta pœna capulationis linguæ: intelligitur vt priuetur officio; & quando imponitur pœna capitis amputationis, intelligitur puniatur amissione dignitatis, & depositione. secundum Præp. in cap. delatori 5. q. 6. & Abb. in ca. 1. de hom. volun. & in ca. cum furatur de furt. ¶ Quæ autem sunt pœnarum genera de iure canonico? Archi. in ca. circumcelliones 23. quæst. 5. dicit, quod sunt hæc videlicet; suspensio, excommunicatio depositio, in trussio, carceratio, & verberatio. Innoc. in ca. qualiter & quando el. extra de accusa. dicit, quod de iure ciuili sunt septem genera pœnarum: quarum tres sunt capitales, prima est mors corporis, quæ multis modis inferitur. secunda mortis proxima est pœna metalli, & in isto casu alij condemnantur in metallum; & hi grauioribus vinculis præmuntur; alij in opus metalli, & hi leuioribus. sed ambo & ciuitatem & libertatẽ amittunt. alij autem damnantur in ministerium metallorum. i. vt seruiant damnatis in metallum. & hi non libertatem, sed ciuitatem amittunt. Tertia pœna capitalis est deportatio; & in opus publicum damnatio non tamen in metallum, quædam sunt pœna nõ capitalis. & sunt quatuor. Prima est relegatio ad tempus, vel in perpetuum. Secunda est infamia, Tertia est dignitatis amissio, vel ad dignitatem, vel officium, seu forum interdicta aspiratio. Quarta verborum, secundũ canones autem nunquã imponitur mortis pœna, verum imponitur quædam pœna ei similis scilicet, quando relinquuntur seculari iudici puniendas. Secunda autẽ pœna scilicet damnationis in metallum non inuenitur sæpe, (secundũ eum in canonibus imposta. sed si imponeretur: nõ retractaretur. sed ei æquiparari potest pœna carceris, quam pro grauissimis delictis Ecclesia infringit. & quod quis redigatur in seruitutem, vel traditur curiæ seruiturus. & hæc de capitalibus secundum canones. De nõ capitalibus autem: relegatio secundum canones non est in vsu sed ei accedit de iure in monaste-

Itẽ articulo & p. ditor.

Deponitur & clericus maledicus. Deponitur & clericus schismaticus.

Depositus efficit sub potestate seculari.

Mortis pœna est exco. municatio.

Pœna capulationis linguæ quæ fit.

Pœnarũ genera de iure canonico q. sint.

monasterium; alia autem habent locum (secundum canones) scilicet deponitio, si vel degradatio. & interdicitur quod ad nullam dignitatem assumatur: licet in habita remaneat. Item quod in certa Ecclesia non ordinetur. Item quod ad superiores ordines non attendat. Item suspensio ad tempus, & imperpetuum. Item ab officio & beneficio. Item ab ingressu Ecclesie; & multae aliae poenae conformes. Item poena infamiae habet locum secundum canones adeo, ut quicumque secundum leges est infamis, est etiam secundum canones, quae 1. cap. infames. secundum canones etiam sunt aliqui infames, infamia canonica. Item alia poena scilicet verborum habet locum secundum canones, ut 3. i. distin. cap. ult. & cap. cum beatus. 4. 5. dist. & haec est doct. Inn. Abbas. aut ibi, quem sequitur ibi Fel. dicit, quod aequiperatio poenae mortis de iure civili aequiparatur poenae canonicae, quando venit imponenda poena degradationis, non est vera, nam de iure civili, pro adulterio & homicidio, est poena mortis, & tamen de iure canonico, non est imponenda pro his delictis degradatio, nisi data in corrigibilitate. Sed defendendo Inn. potest dici, quod mens Inno. non fuit velle fundare conclusionem, quod ubi de iure civili imponitur poena mortis, ibi de iure canonico imponeretur degradatio poena, sed voluit dicere, quod sicut de iure civili est poena, quae inferit mortem, de iure canonico est poena quae in casibus ubi venit imponenda, est similis poenae mortis de iure civili. Item ad ea quae dicta sunt, de poena perpetui carceris, potest dici secundum Fel. ibidem quod sit poena ultimi supplicij secundum Bald. in l. programma circa medium. C. communi. vel epistolae. ¶ Quo vero ad poenam detractionis in monasterium, quatenus Inno. dicit non esse poenam capitale. dicit Fely. ibi. quod detrahitur in monasterium succedit loco mortis. secundum glo. si. in cap. publico. 32. quaest. 1. pro qua dicit facere tex. in ca. placuit. 16. quaest. 1. ¶ Item dicit Fely. ibi. quod excommunicatio succedit in locum relegationis. secundum glo. fina. in cap. pastoralis de appella. & eam (dicit) quod facit singulare. Car. in repet. perpendimus de sententia excommuni. not. Ioan. And. in ca. decernimus de sententia excommuni. in vi. ¶ Et ultra has poenas dicit ipse Fely. habet alias poenas ius. canonicum. videlicet tormentum cap. illi qui 3. quaest. 5. de quo in cap. ut famae de sententia excommuni. Item priuat quem cingulo militiae cap. nullus el. 2. 10. quaest. 1. Item deponit contitem palatinum cap. praecipuum ibi palatinae dignitatis 22. q. 5. ¶ Item Fely. ubi supra tradit regulam ex mente domi. Anto. & Inn. in cap. dilectus. 6. col. versic. caue, de purga. cano. quod ubi cumq; de iure civili, imponitur poena mortis, succedit de iure canonico, poena depositionis: nisi alia poena reperitur de iure canonico imposita. ¶ An autem pro delicto clericus possit puniri aliquo casu, poena legali? Praep. in ca. dignum 3. quaest. 10. distinguit, quod aut poena imponitur expressè canonibus, non à lege; & est sequenda ca. de causis de offi. dele. aut eadem imponitur à canonibus & à lege, & canonica etiam est imponenda. aut canon non imponit poenam, sed lex civilis. & tunc aut illa poena est prohibita à canonibus imponi, & non est imponenda. aut poena non est prohibita à canonibus: & tunc illa potest imponi. nam dicit quod legibus uti possumus in auxilium canonum 10. distin. cap. si in adiutorium. ¶ Quid autem sit suspensio? potest dici, quod est duplex alia corporalis, altera vero spiritualis. ut in cap. si non licet 23. q. 5. corporalis suspensio est illa, quae imponitur hodie per leges civiles, per quam separatur anima à corpore. ¶ Est autem sciendum quod suspensionis species multiplex est: nam tot sunt singulares suspensiones, quot sunt actus legitimi. cum suspensio nihil aliud sit quam prohibitio qua quis abstringitur abstinere ab aliquo actu legitimo, aliquando

Poenae detractionis. In monasterium. Poenae aliae de iure canonico.

De eodem.

Poenae legali quae clericus possit puniri.

Suspensio quod, & quomodo duplex sit. Suspensionum species multae.

57

58

59

60

61

62

63

Absolutus quot modis dicatur quis.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

Collusio qualiter probetur.

Absolutus quado possit accusari.

Ignorantia qualiter probetur.

Absolutus an possit accusari ratione qualitatis, nouiter additæ.

dicit Bart. in l. senatus. ff. de accusa. quod aut ante nomen receptum inter reos, & tunc iudex prior rem accusationem debet omittere, & sequendam prosequi, quod est verum secundum Sal. in l. qui de crimine. C. de accusa ubi iudex habet informationem de qualitate, & nova accusatione adiecta, siue a testibus, siue a priore accusatore idem confitente, informatione tamen cessante dicit Sal. qd ad huc idem tenet in casu in quo facta probatio, & non qualitate adiecta, nihilominus de facto probato, potest sequi condemnationem: quia iudex non debet dimittere indiffusum in ius reipublicae: sed debet tutiorem partem eligere, quae esset in isto casu secundum praeserat primo, quia aut qualitatem probauit, & hoc planum aut factum tantum, & non minus punietur ex ista secunda vice, quam ex prima: & sic prima ut superuacua est reiicienda, & secunda veluti utilis est admittenda, alias in casu in quo qualitate non probata, sequi deberet absolutoria, licet factum esset probatum, non credo iudicem de qualitate indubium reiicere debere primum propter secundum. Et quando sit quod facta probatio, & non qualitate possit sequi condemnationem, vel non ponit Bar. in d. S. quid tamen si vero nomen rei erat inter eos receptum, vel si cum primo contestata; & tunc idem ut audiatur secundus, & super prima accusatione superferatur, sed Sal. ubi dicit quod idem credit in casu isto, ubi qualitate non probata, sequi posset condemnationem de facto probato. alias credit iudicem super utraq; accusatione debere procedere: quia vna non praesudicat alteri in cognitione, & veritate indaganda; imo vna coadiuuat alteram, non tamen priorem prius terminabit, quam de secunda cognouerit: Si vero hoc euenire post sententiam in idem lata, & tunc aut sententia fuit absolutoria aut condemnatoria, & tunc si simplex factum primo fuit propositum, demum proponitur qualitas quae non diuersificat delictum: & tunc dicit Sal. ubi supra, quod non potest nova accusatio institui, & est ratio: quia absolutoria lata est ea ratione, quia delictum non fuit probatum: & sic quasi non fuerit. Et si in secunda reperitur idem factum, quod primo iudicio erat finitum, debet ob stare exceptio rei iudicatae, aut qualitas diuersificat omnino delictum primo loco intentatum: & tunc potest institui noua accusatio, aut inquisitio. Secundo vero casu quando quis absoluitur & irritantia, aut obseruatione iudicij, aut ex processatis tantum, & tunc ista sententia non parit exceptionem peremptoriam rei iudicatae. vult gloss. fin. in l. si qui adulteri. C. de adulteri & plene tetigit Paul. Grillan. in tract. de rela. Car. in secunda quaest. principali de probatur. in l. libellorum de accusa canonizata 2. quaest. 3. cap. libellorum, & facit cap. cum P. de accusa, & per Dom. Abb. in ca. de libellis extra de accusa, & an ille idem possit accusare, qui prius accusauit vide text. & ibi gloss. 2. quaest. 1. cap. prohibentur ubi habetur quod ille idem & alius admittitur. Sed ponit quod fuit quis absolutus ab obseruatione iudicij, propter accusationem male conceptam: infra quantum tempus potest accusatio repeti? In quo dicit Praeposit. in d. ca. prohibentur quod potest accusatio repeti infra tantum tempus, quantum duraturus accusandi secundum gloss. in l. libellorum. ff. de accusa sed est aduertendum secundum eundem Praepositum, quod aut quis vult repetere reum, hoc est primam accusationem prosequi, & hoc potest facere infra 3. dies, & in diebus loquitur text. in l. libellorum §. fin. aut vult de nouo accusare principaliter, & de per se, & tunc potest infra tempus, infra quod durat accusatio l. accusatus. ff. de adulteriis pro quo videatur Alexander in consilio 64. primo volumine in §. dubio. Forma autem procedendi ad absolutoriam ab obseruatione iudicij secundum stilum Romanae curiae erit, dabuntur enim haec dilationes videlicet: nam citabitur accusator ad procedendum

Abolutio ab infamia iudicij vtrū pariter exceptione rei iudicatae. Absolutio ab obseruatione iudicij infra quantum tempus possit accusari?

cedendum prout de iure, ad primam, deinde iterum citatur ad procedendum prout de iure, ad primam pro secunda dilatione. Tertio citatur iterum ad procedendum prout de iure, ad primam pro tertia dilatione, quarto iterum pro quarta dilatione citabitur, exinde accusatore non procedente, conceditur absolutoria. Est tamen aduertendum, quod quotiescunque simpliciter absolutus securi ad acta, ex quibus potest certificari: nam si crimen non est probatum: intelligitur reus diffinitive absolutus, si autem reperi ut in actis in epte propositione accusatio, vel aliter, & tunc dicitur ab obseruatione iudicij absolutus: caeterum si ex actis minime istud certificari posset: tunc praesumitur diffinitive absolutus, secundum dom. Abba. in cap. po. de excep. 2. colum. versic. circa hoc finaliter, & in cap. examinata de iud. & per Anto. de But. & Imo. in d. cap. pen. & ibi Fely. Sed dubium pulchrum est, nunquid in sententia ab obseruatione iudicij sit exprimens causa? Abba. in cap. examinata de iud. disputat, & dicit quod Anto. de But. ibi tenet, quod de necessitate, causa sit exprimens, alias sententia non teneret, & refert etiam hoc tenere Ioan. Andr. in cap. fin. de dolo & contu. ipse autem do. Abb. putat hoc dictum non esse verum dicit tamen utile esse, ut iudex hoc casu exprimat causam, ne videatur diffinitive absoluisse, & quod male facit aliter faciendo. & pro hoc dicit esse text. in l. 1. in l. propterandum §. illo in princ. C. de iud. sed si causa non exprimitur dicit sententia tenere, allegat gloss. in l. 1. ff. si mess. fals. mo. dixit. Corset. vero in reposito Dom. Abb. in verbo absolutio, tenet quod sententia ab obseruatione iudicij, de necessitate requiritur expressio causae, alias erit nulla, per tex. in l. 2. §. Senatus & quod voluit ibi gloss. ff. de iur. fil. & in l. filiusfa. §. diu. & ibi gloss. de legat. 1. Mouetur etiam hac ratione, quia vbi cunque iudex propter ineptam actionem, videt rem absoluentem, & propter aliam causam, vel alium modum agendi, posset obtinere accusator, debet exprimere causam propter quam absoluit, ne pereat sibi alia, & ideo iudex in sententia debet sibi referre aliam causam per text. in d. l. debilis. ff. de pact. quem facit sing. Ang. in l. Claudius. ff. qui pot. in pig. hab. nec obstat quod dicatur regulam esse in contrarium, quia fautor, tamen fallit sententia absolutoria, ab obseruatione iudicij, per tex. in cap. examinata: & ita dicit firmare Specu. in titu. de senten. prola §. qualiter versic. verum, & haec dicit esse communem opinionem. Aliquando (vt dixi) absolutus quis, facta purgatione ab infamia, & tunc dicit dom. Abba. in ca. ex tuarum extra de purga. cano. in si. quod variae sunt opiniones: sed secundum veriorum opinionem, est distinguendum, quod aut purgatio non fuit canonice praestita, & admittitur accusatio non obstante purgatione. Aut fuit canonice praestita, & tunc aut interuenit accusator, vt quia testibus deficientibus ratione infamiae fuit indicta purgatio, tunc regulariter non admittitur accusatio, Aut non interuenit accusator, & tunc si terminus prius praefixus fuit omnibus accusare vbi testibus, cu. clausula decreti, quod potest terminum non audierit ulterius accusator, & tunc non debet admitti. arg. c. si. qui ma. accusa. po. Aut non interuenit illa clausula decreti, & tunc si purgatio est praestita sed absolutio adhuc non interuenit, & debet admitti accusator, quia nihil obstat argu. in l. admonendi. ff. de iur. iuran. Aut absolutio est praestita: & tunc si accusator vult eum onerare onere se purgandi, & tunc non potest, Aut vult suscipere in se onus probandi, & debet admitti non obstante absolutioe prius praestita, & est ratio, quia illa absolutio fuit facta per probationes non integras, cu. testes iurauerunt de credulitate tantum, & vbi absolutio fuit facta ex probatione non integra, non obstat

Abolutus simpliciter qualiter intelligatur.

Abolutio ab obseruatione iudicij vtrū cum fam continet?

Abolutus propter purgationem factam, an iterum accusari possit?

absoluti, repertā de nouo probatione integra l. admonēdi. ff. de iur. iur. Præp. in ca. habet 2. q. 4. latius distinguit, dicens quod aut purgatio fuit in dicta illi- cite, vt quia fuit vulgaris, & tunc potest iterato accusari, & hunc dicit esse casum in cap. ex tuarū de purga. cano. aut purgatio fuit in dicta licite; & tunc aut fuit in dicta malitiose ad finem supplantandi accusatorē, ne accuset, & tūc iterato audiretur, secundū Host. in d. ca. ex tuarū. Aut non fuit in dicta ad sup- plantandū accusatorē, & tunc si nō est subsequuta absolutio post purgationē, & accusatio institui potest. Aut absolutio est subsequuta, & tunc aut est facta sub- cōditione, si accusator non apparuerit, & potuerit postea de nouo accusa- ri. Aut facta est simpliciter, & tunc aut est facta ab instantia iudicij, & nō super delicto, & adhuc poterit accusari, quia absolutio ab obseruatione iudicij nec tollit nec perimit causam, vt no. glo. in ca. menand. 2. q. 5. Aut non est facta ab instantia iudicij, sed super delicto, & tunc si non docetur de collusionē aut fuit accusare volentibus assignatus terminus antequā esset in dicta purgatio; & postea fuit in dicta: & tunc, aut quis vult accusare prætextu infamiz nouiter ortæ, & post purgationem: & post iterū accusari, & accusato iudici de nouo purgatio. arg. c. ceterū de iur. can. si vero vult accusare prætextu infamiz anti- qua, per quā fuit in dicta purgatio, & tunc aut nullus interuenit accusator, sed iudex simpliciter indixit purgationem, & tunc poterit postea etiam accusari, & ita intelligitur ca. menam, quod est verū, nisi fuisset datus terminus accusare volentibus, cū clausula, qd de cetero, Aut interuenerat primo accusator, & non audiretur amplius. arg. ca. cū inhibitio de cla. depon. nisi in termino omiffa sit clausula qd de cetero non audiatur: nam tunc idem erit quod in membro se- quenti. Aut nullus terminus fuit statutus accusare volentibus, & tunc, si accu- sans post purgationē, vult purgatum probare per iurij fecisse, & fieri potest, et admitatur accusator. cum istud iuramentum fuerit iudiciale: contra quod ad- mittitur probatio in contrarium l. admonēdi. ff. de iur. iur. & ita concludit Archidia. in d. ca. habet 2. q. 4. Aut non vult probare per iuriam; & nō admitti- tur accusator. & hæc est opinio do. Prepositi. ¶ Et est notandū quod dicit vnum notabile verbum, quod licet: alias requiratur bina monitio ad imponendam perpetuum silentium, tamē hoc est verum in speciali præcepto, quod. l. fit cer- tæ personæ: secus, in præcepto generali, quod fit per edictum generale, nam il- lud non exigit alias monitiones. quod quidem est satis notandum verbum. ¶ Aut quis fuit absolutus vigore transactionis, vt quia transiit cū accusatore: & t. n. c. si transactio tener, potest accusari à tertio, quia transactio nō facit præ- iudicium tertio, secundum notā. in l. transigere. C. de transac. sed ab eodem accusari non potest. Si vero transactio non tenet: tunc à tertio in dubio accu- sari potest: Sed ab illo qui transiit, dicit vt per Bart. in l. si maritus §. si negaue- rit. ff. de adulter. ita concludit Abb. in cap. de his extra de accusa. Fely. ibidem dicit simpliciter quod si transactio non tenet, in dicto ete admittitur etiam pri- mus accusator; fallit secundum eum in adulterio. Item fallit, nisi fuisset sibi impositum perpetuum silentium; & hoc si ante litem contestatam fuisset facta transactio, sed si post litem contestatam fuisset facta, omnino repellitur, vt ibi per eum. ¶ Item est summe notandum, quod dicit domi. Fely. in d. cap. de his de accusa. num. 2. quod quando quis fuit absolutus ab obseruatione iudicij, licet possit iterum accusari, tamen non potest de iure canonico accusari ab eo qui primo accusauit, sed ab alio sic, licet secus sit de iure ciuili, & est ratio, quia ille primus accusator propter accusationem primo loco factam, fuit ef- fectus inimicus; & inimicus repellitur de iure canonico ab accusando.

¶ Item

Monitio bina nō requiritur in præcepto generali, vt imponatur perpetuum silentium. Absolutus vigore transactionis an iterum possit accusari.

Absolutus ab obseruatione iudicij a quo accusari poterit.

- 17 Item si quis fuit absolutus à crimine deducto, per viam exceptionis, potest iterum accusari, quia tale crimen sic deductum, non punitur pœna naturali ipsius delicti cap. 1. de excep. cap. cum dilectus §. si. de ord. cogni. secundū do. Abb. & Imo. in d. ca. de his, de accu. quod est verum, nisi opponeretur crimen de quo veniret imponenda pœna ordinaria, quod quando fit; vide latissime Domi. Abba. post hlios in d. cap. dilectus 16. col. & ita sequitur Fely. in dict. ca. de his, accusa. ¶ Item si quis absolutus fuerit à crimine deducto, per viam denuntiationis, tunc potest etiam iterato accusari, quia causa illa non tendit ad pœnā, sed ad emendationem ca. 2. extra de accusa. nisi taliter denunciatus ple- ne satisfecisset de delicto: verbi gratia, quia vigore denuntiatione iudex pro- cessit ad processum ordinarium, secundum Saly. in l. ca. quidem. C. de accusa. & Abba. in ca. innotuit pen. chas. extra de iudi. & Fely. in d. ca. de his, in quarta limita. ¶ Item si quis est absolutus in foro poenitentiz, potest iterato accusari, secundū glo. & Abb. d. ca. de his, & habetur in 6. q. 1. cap. quæritur & plene per Fely. in d. c. de his, in quinta limita. ¶ Item si quis fuit absolutus à crimine ciui- liter deducto, ad prosecutionē rei familiaris, non impeditur quominus pos- sit criminaliter accusari, nisi quando ciuij actio præu. cri. fallit, secū adū Fel. in d. cap. de his, in 6. limita. de accusa. nisi vtraque pœna tenderet ad vindictam. l. quod senatus. C. de prætor. edixit §. 1. ff. de adulter. Item fallit secundū eundem Fel. nisi fuisset pronuntia. um delictum nō fuisse commissum, secus, si fuit pro- nuntiatum quod non fuit probatum, quia primo casu ab eodē accusari nō pos- set. l. si quis cum totum de exceptio. rei iudi. sed à tertio bene potest accusari. l. qui de crimine, cum sua glo. c. qui accus. non po. & si simpliciter fuisset absol- tus, intelligitur quia non probatum, nisi ex alijs aliter constaret. ¶ Itē si quis inquisitus per viā inquisitionis fuerit absolutus, potest accusari de iure cano- nico, & est ratio, quia de iure canonico non imponitur pœna ordinaria, quando proceditur per viam inquisitionis cap. inquisitionis. extra de accusa. quod fallit secundum Fely. in d. cap. de his de accu. de iurē ciuili, secundum quod imponitur eadem pœna, secundum Bar. in l. 2. §. si publico. ff. de adulter. Secundo, fallit vbi esset quis absolutus à criminibus de quibus inquirendo, potest imponi pœna ordinaria, de quo in d. cap. inquisitionis. Tertio, intellige dummodo sit absolutus, quia non probatum, secus, si ex eo quia nō deliquit.
- 22 Item si quis fuisset absolutus propter vnam qualitatem quam nouus accu- sator non approbans, derahit, quia isto casu, potest denuo accusari l. in deli- ctis §. si derahit. ff. de noxa. ¶ Item si aliquis fuit absolutus vel punitus in fo- ro ecclesiastico, poterit iterum puniri, accusari, vel absolui in foro seculari. se- cundum Bald. in l. placet. C. de sacr. san. eccle. & plene per Fely. in d. c. de his de accu. in 1. limitatio. de quo alias dixi in addi. ad do. Rober. Maran. ¶ Aliquan- do (vt dixi) absoluitur ab excommunicatione, & in hoc dicat, quod absolutio ab excommunicatione, nunquam fit etiam in foro animæ, nisi læso satisfac- tio, seu facta promissione de satisfaciendo, vt in ca. eos §. 1. de senten. excomm. lib. 6. & not. in cap. porro extra eodem titu. & ibi per domi. Abba. sed si iniuria est notoria, requiritur effectus satisfactio, vt in cap. nescitur extra eod. titu. sed si non est notoria, datur cautio de parendo mandatis Ecclesie, iuratoria, & fit præceptum vt de cetero non percutiat clericos, vt in cap. ex tenore extra eod. titu. & absoluitur à diocesano, ita quod data opportunitate accedat ad Papam, cum rei cōsentia in excommunicationem si non accesserit, vt in cap. de cetero extra eod. tit. ¶ Item est notandum, quod licet, directe post annum, non competat actio iniuriarum, tamen per viam exceptionis non absoluitur

Absolutus à crimine deducto per viam excep- tionis, an iterum pos- sit accusari.

Absolutus à crimine deducto per viā denun- tiationis, an accusari poterit.

Absolutus in foro poenitentiz potest accusari.

Absolutus à crimine deducto ci- uiliter, potest accusari cri- minaliter.

Absolutus ab inquisi- tione, an possit accu- sari.

Absolutus pp unā qua- litatē quā nouus accu- sator detra- hit potest accusari.

Absolutus foro eccle- siastico an possit alibi puniri.

Actio inu- rarum an detur post annum.

ab

Abfoluero
an poflit vi
car. ex ge
nerali man
dato.

ab excommunicatione, niſi ſatis facta parti laſa. ſecundum Abb. in c. ea ſolci-
tur de ſunt. excom. reliqua ad hanc materiam videas per te ipſum. Vos ſeltis;
quod dicitur ex generali mandato Epifcopi, non poteſt punire, ſed bene in-
quire tantum, vt referat ipſi Epifcopo: a. 2. de offic. vic. in. d. vt ſum. ſicut nō
poteſt punire ita. etiam non poſſit abſolvere? Mariam in ea qualiter el. 2. de ac-
cuſa, quem referat & ſequitur Sande. in ca. nō. poteſt de re iudic. col. dicit quod
poteſt abſolvere, licet non poſſit condemnare, & hoc ex text. in l. ſi. C. ubi ſena,
vel clari. Ioan. Bernar. Diaz. in ſua praxi in verbo officiali ac Vicario admittit
hoc verbum, quo ad effectum abſoluedi ab inquisitione per eum formata,
ad quam ſufficit eadem potetas, qua potuit in quifitionem formare. Et hanc
abſolutionem non parere exceptionem rei iudicatae inquit. Ego autem nee
in eum caſum admitto, quia cum Vicarius poſſit inquirere, vt referat Epifco-
po, ſicut non poteſt punire; non poteſt abſolvere; ſi enim permittitur abſo-
lutione, fruſtratoria eſſet relatio facienda Epifcopo. Nec obſtat tex. in d. ſi.
ibi. n. non permittitur condemnatio, non quod potetas deſiſat, ſed quia in
eum caſum referuat ſibi princeps potetatem cognofcendi, eſſet enim indecor-
rum; Illuſtrem perſonam ratione precedentis adminiſtrationis condemna-
ri facere ab inferioribus, & hac de cauſa ſibi princeps referuat in caſu abſo-
lutionis, cum ceſſet cauſa referuationem inducens, nimirum ſi permittatur.
At in caſu noſtro, non in caſu referuato, ſed in omnibus ablata eſt potetas
condemnandi, & ideo ſuccedit regula, quod qui non poteſt condempnare, non
poteſt abſolvere;

DE ORDINE PROCEDENDI CONTRA
monachos. Cap. xxxvi.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordo procedendi contra clericos, differt ab eo quo proceditur contra monachos.
- 2 Religionis diſtinctio.
- 3 Status religioſorum quid importat.
- 4 Et ad quid inſtitutus. & num. 4.
- 5 Paupertatis diſtinctio, eaq; ad religio- nis perfectionem requiritur. & infra num. 7. 8.
- 6 Monachus repertus poſſideve proprietatem, qualiter puniendus. & infra num. 9. 11.
- 10 Eccleſie ſtatus per varia tempora va- riatuſ.
- 12 Monachus qui res Eccleſie extra mo- naſterium depoſuerit qualiter puniendus.
- 13 Obedientia pertinet ad perfectionem re- ligionis. & infra num. 14.
- 15 Obedire recuſanti, qualiter puniatur.
- 16 Culpa quoruplex ſit.
- 17 Continentia perpetua eſt de eſſe veli- gionis.
- 18 Regule religionis quid contineant.
- 19 Delicta monachorum ſecrete corrigi debent.
- 20 Delicta monachorum, ſecundum eorum regulas punienda.
- 21 Monachi qualiter faciant deſenſiones. & infra num. 29.
- 22 Appellari an poſſit a ſententia corre- ctionis. & infra num. 24.
- 23 Recuſatio iudicis an inter monachos adminiſtratur.
- 24 Appellanti indēbitē qualiter puniatur.
- 25 Accuſatio de oculis an inter regu- lares monachos permittatur. & infra num. 32.
- 26 Accuſator in probatione deſiciens, qua- liter puniendus.
- 27 Accuſatio de auditu, an procedat. Accuſator

- 28 Accuſator falſus qualiter puniatur.
- 29 Copia capitulorum monachis non danda.
- 30 Abbas ſe ordinariē procedere contra mo- nachos inceperit, an ad extra ordinariū ordinem redire poſſit. Et teneatur expenſas monacho dare. & infra num. 31.
- 32 Accuſare quando poſſit monachus ali- quem ſine Abbatis licentia. Et quid quod vult accuſare Abbatem ſuum. & infra num. 33. 34. 35. 36. 37.
- 38 Monachus delinqueſ an accuſari, & ſe defendere poſſit ſine Abbatis licentia.
- 39 Abbas an habeat iuriſdictionem in mo- nachos ubique delinquentes, & in- fra num. 40.
- 41 Epifcopus an poſſit punire monachos de- linquentes, ſecundum canonica inſti- tuta. & infra num. 42.
- 43 Monachi ſe inuicem percipientes, a quo abſoluantur.
- 44 Monachus an pecuniaria poena puniri poſſit.
- 45 Monachi in accuſationibus purifican- tur clericis.
- 46 Monachus quando a monaſterio licite auſugere poſſit.
- 47 Religioſi vltra eorum regulas, habent certa ſtatuta.
- 48 Monachus an puniri poſſit, vt eijciatur a monaſterio.
- 49 Accuſans falſo, qualiter puniatur.
- 50 Monachus famoſoſ libelloſ ſcribens, qualiter puniatur.
- 51 Diffamans aliquem, qualiter puniatur. & infra num. 55.
- 56 Falſans ſuperioris litteras, vel in eum manus iniiciens, qualiter puniendus. & num. 57.
- 58 Prior clauſtralis an poſſit punire mona- chum criminofum.
- 59 Inquiſitio contra monachos qualiter for- meur.
- 60 Heremita an dicatur perſona eccleſia- ſtica.
- 61 Heremita an poſſit coram Epifcopo con- ueniri.



T Cum in nonnullis aduerſetur modus procedendi con-
tra clericos ſeculares, & irregulares, modo & ordini pro-
cedendi contra religioſos & regulares, idcirco non extra
regem arbitratuſ ſum aliqua ſummatim, & velut per apho-
riſmum pro titonibus, & ad communem omnium utili-
tatem declarare. Et quia politicus modus procedendi tra-
di nequit, niſi prius ſciamus quid ſit religio, & in quo con-
ſiſtat ſtatus iſtorum religioſorum. Idcirco quo ad pri-
mum, vt ait Cicer. 2. de inuen. 24. religio eſt que ſuperioris cuiuſdam nature
(quam diuina vocant) curam, ceremoniamq; aſſert, Et ibidem 2. 1. 70. reli-
gionem eam, qua in metu & ceremoniam Deorum ſit, appellant Pl. de vir.
Illu. 3. vt populum ſerum religio molliret; ſacra plurima inſtituit Cicero. pro
Flac. 54. ſua cuique ciuitati religio eſt, noſtra nobis ſtantibus hieroſolymis pa-
catisq; iudeis, tamen iſtorum religio ſacrorum a ſplendore huius imperij,
grauitate noſtris maiorum inſtitutis abhorrebat. Item idem Cicer. in
partitio. 4. Religio eſt iuſtitia erga Deos. Plato autē in euthiphro volens oſten-
dere, & docere, quenam ſit ſanctitas, dicit, quod ante omnia debet precedere
pietas, qua nihil aliud eſt, niſi agnitio Dei parentis, demum ſubſequitur ſancti-
tas, qua eſt retributio eius quod Dei eſt, Deo agnito. Religio poſt ſanctitatem
ſequitur. Religio, n. eius quod Deo redditum eſt aſſidua meditatione, iuſtiq;
operibus cum Deo ipſo indiffolubilis religatio; vt merito ſapiens ille dixerit
funiculum triplicem diſſicile ſolui, funiculum inquam ex pietate, ſanctitate,
religioneq; connexum. Pietas ſanctitatem excitat, ſanctitas pietate confirmat,
& ſancit, ſanctitas quoque religionem mouet, religio religat; ſanctitatem.
Nam poſtquam inspiratione, vel admonitione nauum eſſe Deum, & ſide in
dubia

Ordo pro-
cedendi co-
tra mona-
chos differt
ab ordine
proceden-
di contra cle-
ricos. Religio quod
fit.

dubia cogitemus, atq; teneamus eum esse nostrum parentem: Deo debemus tribuere illud quod sine medio ab eo accepimus: Ab ipso autem Deo sine aliquo medio, accepimus rationem, ac mentem: nostri parentis imaginem hæc itaq; Dei sunt: hæc Deo reddenda atq; hæc retributio sanctitas nuncupatur. Cum omnem mentis & rationis intentionem in Deum noscendum, amandumq; quis figit, atq; hunc in cognoscenda, amandaq; diuinitate frequentè inuitum, sanctitatè Mercurius quoq; definit ex hac flagrantè in Deum intentione, mentisq; ardore fit, vt omnia Dei opera instituta mandata meditemur, exerceamusq; & assiduo quicquid ad eius venerationem pertinet, relegamus. Quam obrem nos ipsos relegando religantes Deo, religiosi sumus. secundum Maistric. in arg. euthy. & sic quid sit religio satis ex prædictis habes.

Religiosorum status quid imposter.

Religiosorum autem status importat quendam statum perfectionis, cum (vt supra dictum est) religio sit quædam virtus per quam aliquid ad Dei seruitium, & cultum quis exhibet. & sic antonomastice religiosi dicuntur illi, qui se totaliter mancipant diuino seruitio quasi holocaustum Deo offerentes. Perfectio autem hominis consistit in hoc quod totaliter Deo inhæreat. & sic status religionis, status perfectionis nominatur. secundum Bea Tho de aq. in secunda secunda quæst. 175. art. 1.

De eodem.

Religionis igitur status principaliter est institutus ad perfectionem adipiscendam per quædam exercitia quibus tolluntur impedimenta perfectæ charitatis. Inde est, quod ad perfectionem religionis requiritur paupertas, quia cum sit quoddam exercitium, & disciplina, per quam peruenitur ad perfectionem charitatis, necessarium est quod affectum suum quis totaliter abstrahat à rebus mundanis. nam dicit Augu. in lib. 33. quæstionum quod nutrimentum charitatis est diminutio cupiditatis, perfectio nulla cupiditas. Siquis enim res mundanas possideret, eius animus alliceretur ad eam amore, & sic perfectio charitatis est voluntaria paupertas, dicente Domino. Matth. 19. (si vis perfectus esse, vende & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni & sequere me) & Matth. 1. ad. dicit quod sollicitudo seculi, & fallacia diuitiarum suffocant verbum Dei, quia vt Grego. dicit (dum bonum desiderium ad contrarietate non sinunt, quasi aditum status vitalis necant) & ideo difficile est charitatem inter diuitias conseruare. vnde Do. dicit Matth. 19. quod ditius intrabit in regnum cælorum. Et ideo rex.

De eodem.

in ca. cum ad monasterium de statu mona. non immerito decidit, quod simonachus proprietatem aliquam possidere deprehensus fuerit, e monasterio debet expelli, & recipi ulterius non debet, nisi poeniteat. secundum monasticam disciplinam. & si in morte monachi reperitum fuerit proprietatem possedisse, debet proprietates illas simul cum eo monacho in ste. quilibet subterrari.

De eod. m.

Et text. in ca. non dicatis 12. quæst. 1. dicit quod religio tollit proprietatem, & propriam voluntatem, & concordat cap. expedit. ead. q. & cau. & ea. portio. & ca. dilectissimis ead. quæst. & cau. & ca. scimus & ca. nolo. in fin. omnia enim (dixit illa campana matrona Cornelie Grachorum matri) nimirum habet, qui nihil concupiscit, eo quidem certus, quam qui cuncta possidet, quia dominium rerum collabi solet, bonæ mentis usurpatio nullum tristioris fortunæ recipit incursum; Itaq; quorsum attinet, aut diuitias in prima felicitatis parte, aut paupertatem in ultimo miseriarum statu ponere? cum & illarum frons hilaris, multis antus amaritudinibus sit reuera, & huius horridior aspectus solidis, & certis bonis abundet. vt legitur apud Valer. Max. lib. 4. cap. 1.

De eodem.

Hæc q; intellige procedere in clericis profitentibus certam regulam. smonachus vt eis non liceat temporalia & propria possidere, secus autem in clericis secula.

secularibus non profitentibus regulam, quia illis licitum est temporalia & propria possidere, vt probatur in ca. pastor. 1. q. 1. & ca. sequen. & ca. episcopi & ca. nunquã de conse. dist. 5. decet tamen eos, quod de proprio minus sint solliciti quam laici, & quod de illo liberalius pauperibus clericis tribuant. vt dicit Præposit. in ca. duo sunt 12. quæst. 1. Est enim nimis graue, monachum habere aliquid proprium ca. nolo. 12. quæst. 1. & ca. monachi & cap. cum ad monasterium de sta. mo hoc etiam patet ex duobus, primo, ex multitudine iniquitatis, quam religiosus proprietarius committit secundo, ex pœna, qua tale vicium legitur punitum. Primum colligitur ex multis. primo, quidem non solum ex ca. nolo præcipitur grauitè puniri, quia proprietarius fur, est, nude domus monachi proprietarij iudicio. scripturæ, est velut spelunca latronum. & sic magna debet esse cura apud Prælatos ad expellendum hoc vicium à religiosis, tum primo, quia detrahit fundamentum religionis, quod est paupertas, tum quia matrem religionis suffocatur, quæ similiter est paupertas, tertio, tollit viam perfectionis religionis, quæ est paupertas quarto aufert pacem quæ est totum bonum religiosorum. Nam status Ecclesiæ per varia tempora est variatus. Primus fuit status Ecclesiæ primitiua, & tunc omnes credentes siue clerici, siue laici, nihil proprium possidebant, sed erant illis omnia communia, vt dicit Act. 4. Secundus status fuit post statum primitiua Ecclesiæ, post quæ tempore Siluestri magnifice ditata est Ecclesia, quo tempore quidam renunciantur tacite, vel expresse dispensationi proprietatis. S. nunc autem 19. q. 3. scilicet intrando religionem, vel assumendo habitum regularem, talibus (vt dictum est) non licet habere aliquid proprium, sed qui habent, usurpant licitum. Quidam vero erant clerici, qui nec tacite, nec expresse renunciauerunt propriis, & istis licet habere proprium quatuor ex causis. Primo, ad vitæ corporalis sustentationem ca. cum ab omni de vit. & hone. cler. Secundo, ad peccatorum redemptionem per elemosinarum largitionem. Danielis. 4. Peccata tua elemosinis redime. ca. fratrem nostrum. 86. dist. Tertio, ad declinandum simulationis, vel hipocrisis necessitatem ca. certe 12. q. 1. Quarto, propter infirmitatem, sicut dicitur in ca. illi autem qui ead. cau. & q. secundum Præpos. in cap. clericos 12. quæst. 1. & de multis aliis ad hanc materiam pertinentibus videlicet an Apostoli habuerint bona communia? & an Apostoli se astrinxerint ad aliqua vota religionis? vide Præpos. in ca. dilectissimis 12. quæst. 1. & an monachus possit dispensari, vt habetur bona propria? & quis possit dispensare? vide Præpos. in cap. non dicas ead. ca. & q. & an Christus habuit oculos? & qua ex causa habuit eundem in ca. exempli ca. cau. & q. & an religio sancti Francisci sit perfectior religione possidentium in communi? vide per eundem in cap. expedit ibidem. Qui autem inuentus fuerit possidere proprium aurum, vel argentum, vel quid aliud simile, secundum regulam Beati Augustini, debet perdere omne & totum illud, & monasterio applicabitur: & per decem dies cum aliis immensa non sedebit, sed in medio refectorij in terra sedens, super nudam tabulam comeder, & prouidebitur ei grossior panis, & potus aquæ, nec reliquæ prandij eius cum alijs admisceantur. Ad canonicas horas, & ad gratias post commestionem, ante hostium Ecclesiæ transeuntibus fratribus iaceat, dum intrant, & exeunt nullus debet se illi congere, vel aliquid mandare, & à primo die vsque ad vltimum carebit habitu professorum, & à priore denudatu cuculla vapulabitur. vt habetur in cap. 4. 5. dist. ordinis.

De eodem.

Ecclesiæ status per varia tempora.

De eodem.

De eodem.

12 Sin autem aliquis monachorum quascunq; res monasterij extra locum dicti ordinis depofuerit, mutauerit, aut detinuerit, sine plena conscientia, & saputa,

puta, ac licentia prioris sui registrata in quingerno publico. rebus illi extra ordinem retentis, sit priuatus, & de eis fiat sicut de rebus fratrum decedentium. & si fuerit factum in fraudem alienandi huiusmodi res ab ordine, est ipso facto excommunicatus. vt in additionibus constitutionum dicti ordinis in addi. cir. 4. ca. § Secundo, pertinet ad perfectionem religioni obedientia, nam cum status religionis sit quaedam disciplina tendendi in perfectionem, quicunque instructus, vel exercitatus vt perueniant ad finem aliquem, oportet quod directione alicuius sequantur, secundum cuius arbitrium instruente, vel exercitantes, vt perueniant ad aliquem finem, quasi discipuli sub magistro. & ideo oportet quod religiosi in his quae pertinent ad religiosam vitam, alicuius instructioni, & imperio subdantur. Monachorum enim vita subiectionis habet verbum, & disciplinatus non docendi, vel praesidendi, vel pascendi alios ca hoc nequaquam 7. quae imperio autem & alterius instructioni subiectioni homo, per obedientiam, & ideo obedientia requiritur ad religionis perfectionem. secundum Beat. Thom. secunda secunda: quae. 1. 86. art. 5. Dicit enim Augu. in regula sui ordinis Praeposito tanquam patri obedias, multo magis praesbyteros, qui omnium vestrum (curam gerit). Et Hugo de sanc. Vi. ibidem sic dicit: (obedientia sola virtus est quae ceteras virtutes inseruitienti, insitansque custodit.) Samuël, melior est obedientia quam victimia, quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria religitur. Salomon vir obediens loquitur victorias, quia dum voci alienae humiliter, nos subdimur, nos in corde superamus. Nobis quippe obedientia usque ad mortem seruanda praecipitur per obedientiam (malum nunquam fieri) aliquando autem etiam debet bonum quod agitur intermitteri. Obedientia enim sola fidei meritum possidet, sine qua quisque infidelis conuincitur, & fidelis esse iudicatur 8. quae. 1. cap. sciendum. Imo inobedientia aequiparatur haeresi, vt est glos. in d. ca. sciendum, & de obedientia habetur plene 93. distin. per totam. & res. quae. 2. ca. Abbates. & cap. quam sit vbi habetur, quod monachi, & alij religiosi specialius eorum praelatis in his quae spectant ad regulam quam Episcopo obedire tenentur. Per regulam ordinis sancti Augustini statutum est, quod quicumque priori generali obedire recusauerit, & in ipsa inobedientia obstinatus per duos dies, & nocte integras permanserint, cum vnusquisque legitime ordinis filius teneatur vsque ad mortem. ordini obedire, & pro bono statu ordinis fideliter laborare, per tres annos voce careat, & ad curam animarum intelligibilis sit, donec fuerit cum eo per generalem dispensatum, & nihilominus sua contumacia existente, per mensem poene grauioris culpae cogatur poenitus subiacere. vt in ca. dicti ordinis 4c. legitur. Poena grauioris culpae est illa, de qua dixi supra. in requisito paupertatis. & similiter si quis fuerit inobediens suo priori per diem integrum punitur poena grauioris culpae. quae est illa met de qua dixi in d. requisito paupertatis. Nam sciendum est, quod secundum d. regulam Beati Augustini quaedam est leuis culpa, quaedam grauis, quaedam grauior, & quaedam grauissima. Leuis culpa est, vt si quis mox vt signum datum fuerit, non relictis omnibus; ad Ecclesiam ordinate venerit. si quis in choro male legendo, vel cantando ostendens, non statim se humilians, terram manu tetigerit, & furgens pedes suos percusserit, si quis diuino non intentus officio uagis oculis, & moru in religioso ostenderit leuitatem, & sic de singulis. vt in ca. 47. legitur. pro qua culpa iniungitur psalmus cum disciplina. Grauis culpa est, si quis in audientia secularium cum aliquo fratre, vel seculari contenderit, si frater cum fratre intus, vel foris lites habuerit, si quis alicui fratri, vel seculari opprobrium

Obedientia pertinet ad perfectionem religionis.

De eodem.

Obedire reculas qua litera puniatur.

Culpa quo duplex sit.

brum dixerit, si quis mendacium ex deliberatione dixisse deprehensus fuerit, & aliis modis de quibus in cap. 48. regulae dicti ordinis pro quibus culpis veniam petentibus, & non clamatis, tres disciplinae dantur in capitulo, & tres dies in pane & aqua ieiunent. clamatis vero vna dies & vna disciplina superaddatur. & praeter huiusmodi psalmi, & veniae, secundum discretionem prioris visum fuerit, pro qualitate culparum iniungatur. vt ibidem. Grauior culpa est, si quis per contumaciam & manifestam rebellionem, priori suo per diem integrum inobediens extiterit, vel cum eo intrus, vel foris propter, & peruersa persistens in sua duritia saltem per diem non acquiescens veritati postposita omni reuerentia, & paternali timore, quasi de pari contendere a usus fuerit, si quis mortale peccatum manifeste commiserit. si quis procurauerit quod ipse, vel alius ab obedientia prioris generalis extimatur, & aliis modis. vt habetur in allegato ca. 49. Poena autem istius grauioris culpae est illa, de qua supra in requisito paupertatis dixi. grauiissima culpa est incorrigibilitas illius qui nec culpas timet committere; & poenas ferre recusat. de quo dicitur in regula, vt se ipse non abscesserit, de societate debet proci. & sic debet pro tali culpa habitu ex vi, & expelli. vt habetur in cap. 51. regulae dicti ordinis.

17 Item ad perfectionem religionis pertinet. perpetua continentia. nam cum ad perfectionem religionis requiratur abstractio eorum per quae homo impediatur, ne feratur totaliter in Dei seruitium, & quia usus carnalis copulae retrahit. alium ne totaliter in Dei seruitium feratur, vno modo propter vehementiam delationis, ex cuius frequenti experientia augetur concupiscentia (vt etiam Philosophus dicit in 3. Ethic.) & inde est. quod usus venereorum retrahit animum ab illa perfecta intentione tendendi in Deum. Alio modo propter sollicitudinem quam ingerit homini de gubernatione uxoris, & filiorum. & rerum temporalium, quae ad eorum sustentationem sufficiant. Vnde Apostolus dicit quod (qui sine uxore est: sollicitus est quae sunt Domini, quomodo placeat Deo; qui autem cum uxore est; sollicitus est quae sunt mundi, & quomodo placeat uxori.) & ideo perpetua continentia est necessaria ad perfectionem religionis, sicut voluntaria paupertas. secundum Beat. Thom. secunda secunda quae. 1. 86. art. 4. de quo etiam in 33. distin. & sequenti. & in 32. & in ca. 1. de sta. regu. in vi. Habent rursus religiosi eorum regulas, in quibus regulis dupliciter quid continentur; vno modo sicut finis regulae: puta, continentur in regula quae pertinent ad actus virtutum, & horum transgressio quantum ad ea quae cadunt communiter sub praecipio, obligat ad mortale peccatum, quantum vero ad ea quae excedunt communiter necessitatem praecipii, non obligant ad mortale, nisi propter contemptum quia religiosus non tenetur esse perfectus, sed ad perfectionem tendere; cui contrariatur perfectionis contemptus. Alio modo continentur aliquid in regula pertinens ad exterius exercitium sicut sunt omnes exteriores obseruationes, inter quas sunt quaedam ad quas obligatur religiosus ex voto professionis. Vorum autem professionis respicit principaliter tria scilicet paupertatem, continentiam; & obedientiam, alia vero ad haec ordinantur. & ideo transgressio horum trium ad mortale peccatum obligat. aliorum autem transgressio non obligat ad mortale, nisi propter contemptum regulae, quia hoc directe contrariatur professioni per quam aliquis vouit regularem vitam, vel propter praecipuum siue oretenus a praelato; siue in regula expressum, quia hoc esset facere contra obedientiam uorum. secundum Beat. Thom. vbi supra art. 9. Monachorum autem delicta, & crimina debent secrete, & non publice ac palam puniri; corrigi, & emendari,

Continentia est de esse religionis.

Regulae religionis quod continentur.

Delicta monachorum qualiter puniantur.

De eodem.

emendari, ne populo christiano scandalum generetur. vt dicitur in ca. in scri-
 pturis 96. distin. & habetur in ca. sacerdotibus 11. q. 1. ¶ Idcirco facta sunt regu-
 lae in quouis ordine. & religione vt praetermissio iuris ordine procedatur ad pu-
 nitionem & correctione monachorum & regularium. vt habetur in regula Be-
 ati Dominici distin. 3. tex. 3. & ibi per glo. & in regula Beati Augustini ca. 4. & in
 additione circa dictum quartum capitulum constitutionum expresse ordina-
 tur procedi simpliciter, & de plano ad correctionem, & punitionem monacho-
 rum, ac poenitentiam eis iniungendam, & voluit Specu. in titu. de inquisitio. §.
 vltimo not. num. 4. & Praepo. in ca. cum pastoris 2. q. 7. nec pro correctionibus,
 & defensionibus haberi debet recursus ad iustitias. ¶ Est tamen bene verum: q
 non debet propterea monachis denegari defensio; sed eis datur locus debite
 defensionis in capitulo. non tamen fieri debet defensio ordine iuris seruato,
 sed de plano, & simpliciter. vt ibidem habetur. ¶ Nec licitum est appellare a sen-
 tentia correctionis & poenitentiae monachorum. vt habetur in ca. irrefragabili
 de offic. iud. ord. & c. cum speciali in fi. de appell. & c. reprehensibilis. & ca. 2. eod.
 tit. & c. 3. nisi modus excedatur in corrigendo ca. de piore eo. tit. de appell. & c.
 super quaestionum §. nos autem de offic. dele. ¶ Nec etiã admittitur recusatio
 iudicis, in ca. cum speciali allegato, & tradit glo. in d. c. 3. & est ratio, quia proce-
 ditur ad impositionem poenitentiae extra formam iudicij. vt dicit ibidem glos.
 & habetur in regula ordinis sancti Augustini in d. ca. 4. & in addi. ¶ Imo si quis
 appellauerit in debite a processibus, visitationibus, aut correctionibus officia-
 lium dicti ordinis, poenae carceris adiudicabitur. nec liberari debet sine licentia
 speciali prioris generalis. vt habetur in dicto c. constitutionum dicti ordinis. &
 in additione ad d. 4. cap. & similiter in regula ordinis Beati Dominici distin. 2.
 tex. 3. statuitur si quis appellauerit, nisi ipsi appellationi infra duos menses re-
 nuntiauerit, vel etiam infra annum prosequi non inceperit, aut ab incepta pro-
 sequutione destiterit, vel in ipsa succubuerit, adiudicatus carceri sit ipso fa-
 cto. neque potest cum ipso nisi per capitulum generale ante annos duode-
 cim dispensari; & ibi per gloss. inseritur quaedam constitutio Iulij Secundi.
 qua prohibetur appellatio sub excommunicationis vinculos; ad quod in-
 currunt tam appellantes, quam iudices recipientes dictas appellationes.
 ¶ Item inter regulares non admittitur vt quis accuset: quod est intelligendum
 de occultis, at secus de manifestis, quia cogimur accusare. secundum gloss. in
 d. cap. in scripturis distin. 96. ¶ Et secundum regulam ordinis Beati Dominici
 accusator in probatione deficiens, poena accusato debita (si crimen esset pro-
 batum) puniri debet. vt in dictis regulis distin. 1. ca. 17. tex. 2. legitur. ¶ Item se-
 cundum eandem regulam, non debet fieri accusatio de auditu, nisi dicat a quo
 audierit; & ille sit praesens in domo. dist. 2. c. 6. tex. vnico. nec admittitur accu-
 satio ex sola suspitione. vt ibidem, & in regula ordinis sanctis Aug. similiter sta-
 tuatur vt in addi. ad d. c. 4. & in d. ca. 4. alias incurrat similem poenam quam in-
 curreret accusatus, si verum esset delictum de quo fuerit instituta accusatio. vt
 ibidem legitur. ¶ Item secundum eandem regulam Beati Dominici accusator
 falsus est puniendus poena grauioris culpae. vt distin. 2. c. 16. tex. 1. ¶ Et cum su-
 pra diximus procedi ad punitionem, & correctionem monachorum, de plano,
 & sine figura iudicij, non debet dari copia capitulorum. nec est necessaria cita-
 tio ad videndum iurare testes, nec admittitur ad faciendas defensiones ordina-
 rias ca. ad nostram extra de appella. & in ca. qualiter & quando el. 2. in fi. de ac-
 cusa. & habetur per Spec. in tit. de inquisi. §. vltimo nota num. 5. ¶ Sed pone q
 Abbas contra regulares, & monachos inceperit procedere ordinarie, quia dat
 sibi

Defensio non denegatur monachis.

Recusatio iudicis non ponitur monachis.

Appellatio in debite qualiter puniatur.

Accusatio non est permissa monachis.

Accusatio de auditu an procedat.

Copia capitulorum aucto danda.

Ordinarius processuum vtrum tollat extra ordinariam.

sibi copiam capitulorum: & citat ad videndum iurare testes, & ad alia ordine
 iuris, an possit monachus volens ordinare se defendere, petere expensas, vt se
 defendat ab ipso Abbate? & Specu. in dicto loco tenet quod sic; quia cum po-
 tuisset Abbas procedere secundum regularia instituta, sibi est imputandum
 cur talem viam elegit. ¶ Ibi etiam Speculator ponit quaestionem, an postquam
 Abbas inceperit procedere ordinarie ad correctionem monachorum: possit
 redire ad correctionem faciendam secundum regularia instituta, & arguit pro
 & contra, tandem dicit quod licite potest redire. vt ibi per eum. ¶ Quatenus ve-
 ro superiori loco, & dixi, quod inter regulares non admittitur accusatio, intel-
 lige procedere, si zelo vindictae, id fieret; vel si fieret accusatio absque licentia
 Abbatis, alias monachi accusare possunt cap. ex parte extra de accusa. & ca. cum
 Pastoris 2. quaest. 7. & tradit gloss. in cap. placuit ead. cap. & q. requiritur tamen
 licentia Abbatis. Item intellige si non inter sit monasterij. vt 12. q. 1. cap. mona-
 chi, quia tunc non admittitur accusatio. vt voluit Praepositi in cap. Episcopi. §.
 item Ioannes. 2. quaest. 7. ¶ Item est sciendum quod monachus etiam sine licen-
 tia Abbatis potest accusare eum cuius monachus ipse est cubicularius: si vide-
 rit eum male agere. vt voluit Praepositi in d. §. item Ioannes quod est verum; si
 est tale delictum, quod vergeret in damnum spirituale, aut temporale commu-
 nitatis. secundum Praepositi. vbi supra. ¶ Si autem monachus voluerit accusare
 Abbatem suum: est necesse qd petat licentiam ab iudice: sicut fit in filio quan-
 do vult agere contra patrem. l. quod si praetor. ff. de in ius vocan. secundum
 Archid. & hoc potest intelligi, secundum Innoc. in cap. ex parte de accusa. quia
 monachus non admittitur ad accusandum, nisi praemissa aliquali causa cog-
 nitione extra iudiciali. r. parte non citata: & hoc modo procedet sua petitio
 venia. l. sed si haec. §. ait Praetor. ff. de in ius voc. Regulariter enim vbi aliquid
 debet fieri coram iudice, antequam pars citetur, intelligitur quod illud possit
 fieri parte non citata alias illud non possit fieri, quia per citationem pars vocaretur
 in ius. & haec est differentia quando monachus accusaret extraneum, vel quan-
 do accusaret suum Abbatem. quia primo casu debet peti licentia ab ipso Abba-
 te, at secundo casu debent peti ab ipso iudice. vt notabiliter tradit Praepositi, in
 allegato cap. cum pastoris 2. q. 7. & vide Bald. in margar. in verbo monachus
 vbi dicit requiri citationem partis; sed magis placet opinio Praepositi. & vide Fel.
 in cap. cum P. Manconella extra de accusa. ¶ Est tamen aduertendum quod si
 monachus, de licentia Abbatis reperitur in studio, & si fieret iniuria, potest ac-
 cusare iniuriantem, & sine licentia Abbatis, quia cum dederit licentiam profi-
 ciscendi in studium, per consequens videtur, dedisse licentiam faciendi ea sine
 quibus ibi esse non possit l. si longius. ff. de iu. & voluit in particulari Specu. in
 titu. de actore numero. 50. versic. caeterum. ¶ Quando autem fieret iniuria mo-
 nacho in praesentia Abbatis, non ipse accusabit, sed Abbas. vt no. in cap. parro-
 chianos de senten. excommu. & voluit Speculat. vbi supra. ¶ Et si monachus est
 spoliatus cappa in absentia Abbatis, potest agere & accusare, sed debet agere
 nomine monasterij, quia cappa non est sua, secundum eundem Specu. ibi.
 ¶ Sed monachus delinqueret. potest accusari, & ipse se potest defendere absque
 alio consensu Abbatis verum si Abbas voluerit assistere, non impeditur. se-
 cundum Specul. in titu. de reo. in versic. sed aut monachus nu. 19. ¶ Quid enim
 si monachus alibi deliquerit: an Abbas habeat iurisdictionem in eum, & quos
 libet alios monachos vbicunque delinquentes in omnibus causis criminali-
 bus. Ludou. Roma. cons. 375. incip. in proposita quaestione. dicit quod sic; &
 dicit esse casum in cap. ea quae de sta. regu. & cap. Abbates. 18. quaestione 2.

De eodem.

Accusatio vtrum inter regulares admittatur & quando.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

Abbas an habeat iurisdictionem pro delictis alibi commisisis.

De eodem. ¶ Verum dicit hæc procedere nisi esset tale crimen pro quo veniret imponenda pœna depositionis: quia eo casu non ipse Abbas cognosceret, sed Episcopus loci vt 16. q. 1. c. visis. & 18. quæst. cap. monasteria. ¶ Item est aduertendū quod quando Abba. solū punit monachum secundū regulam claustralem tantum, & non secundū canonica instituta ad vindictam publicam: tunc potest Episcopus ad vindictā publicam iterum procedere, & punire monachū secundum canonica instituta casus est, in c. scilicet de pœn. lib. 6. & tradit in particulari Roma. in d. consi. 375. sed Guido. Pa. in decisio. 359. incip. ad quem pertinet, dicit quod etiam si monachus delinquat in loco non exempto aut proceditur per viam inquisitionis, vel denuntiationis; & tunc cognoscit & punit Abbas. aut proceditur per viam accusationis ordinariæ, & directæ, & tunc cognoscit Episcopus loci, quia causæ criminales quæ tractantur via accusationis, spectant ad Episcopum, vel Archidiaconū, & non ad Abbatē: quia ipse non potest tales causas tractare. vt 18. q. 3. ca. monasteria. & præmissa dicit habere locū: & si monachus committat delictū, extra claustrum, & monasteriū, quia vbicūq; delinquit, est sub iurisdictione Abbatis, quando proceditur per viam inquisitionis, vel denuntiationis. de quo plene per Abba. in ca. cum contingat 6. col. versicu. & primo quæro, extra de for. comp. Sed est aduertendū, quod monachi religionis Sancti Augustini ratione delicti, vel contractus, non possunt cōueniri & molestari à diocœsanis & aliis ordinariis. & hoc fuit directæ religioni cōcessum, per Clementem Pontificem vt in libro priuilegiorum (quem mare magnū vocat) vidi contineri. quod per Sixtum Pontificem etiam fuit confirmatum, vt ibi.

De eodem. ¶ Si autem delictum monachi esset notorium: sublato quocūq; circuitu, statim potest Episcopus talem monachum punire. secundum Host. Ioan. Andr. & Domi. Ant. de But. in ca. quanto extra. de offi. ordi. allegant cap. Romana. §. notorium extra. de censu. in 6. In delictis vero oculis debet Episcopus mouere Abbatem vt putat eius monachos. alioquin supplendo ius negligentiam ipse punit secundum doct. in d. cap. quanto. ¶ Item est notandum quod si monachi ad iniuriam in claustro se percusserint, vel eam extra claustrum, absolutio pertinet ad eorum Abbatem cap. cum illorum extra de sentent. excommu. & tenet vbi supra Guid. Pa. Et quid si monachus percusserit clericum secularem, an absolutio spectet ad Papam, vide omnino Per. de Anchara. in cap. illorum extra de sentent. excommu. ¶ An monachus possit puniri pœna pecuniaria? & dicendum est, quod non, quia caret proprio 12. quæst. 1. cap. nolo extra de sta. mo. cap. cum ad monasterium & vide Bart. in l. hos accusare §. omnibus autem. ff. de accusa. qui videtur tenere contrarium: sed iusior est opinio. Spe. ¶ Item sciendum est, quod monachi in accusationibus parificantur clericis secularibus, scilicet vt nullus possit eos accusare nisi sit monachus, & nisi sit, vel esse possit illius ordinis, cuius est accusatus, sicut clericus non potest accusari, nisi ab aliis clericis: & sic laici non possunt monachos accusare, nisi prosequantur suam suorumq; iniuriam. secundum Speculato. in titulo de reo. §. 3. circa finem. ¶ Item est aduertendum quod si monachus acriter verberatur ab Abbate potest licite aufugere à monasterio, sicut seruus à domino. argu. l. 1. §. dominorum. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & Bald. in cap. ad audientiam de appella. quod quidem esset intelligendum si iniuste verberetur: & si aufugiat ad superiorem: quia tunc non dicitur aufugere, & sicut licitum est in foro poli appellare ad superiorem, quando sententia iniuste lata est, secundum Beat. Thom. secunda secunda quæst. 69. art. 3. quatenus dicit quod ad sciendū cum quis possit appellari à sententia contra se lata, ita quod non peccet, debet considerari

Episcopus
quido possit
punire
monachos.

Absolutio
monachorum
se percutientium
ad quæ spectat.

Pœna pecuniaria
an habeat locum
in monasterio.

Monachus
licite potest
à monasterio
aufugere si
acriter verberatur.

considerari quod duplici de causa contingit appellare vno quidem modo confidentia iuste causa, quia videlicet iniuste grauatur, & sic licitum est appellare, hoc enim est prudenter euadere. vnde secunda quæstio. 6. dicitur omnis oppressus libere sacerdotum si voluerit appellet iudicium, & à nullo prohibeatur alio modo aliquis appellat causa afferendæ moræ, ne contra eum iusta sententia proferatur, & hoc est calumniose se defendere, quod est illicitum facit enim iniuriā & iudici cuius officium impedit, & aduersario suo cuius iustitiā quantum potest perturbat. Cum autem iudex aliquem iniuste grauatur, quantum ad hoc relinquit ordinem superioris potestatis, secundum quam necessitas sibi iuste iudicandi imponitur, & ideo licitum est ei qui contra iustitiam grauatur; ad directionem superioris potestatis recurrere, appellando, vel ante sententiam vel post. Ita licitum est aufugere à monasterio quando iniuste grauatus, extitit, intelligendo vt supra. ¶ Item aduerte quod religiosi vltra eorum regulas, habent certa statuta super puniendis criminibus, & secundum illa puniuntur religiosi delinquentes. vt est tex in cle. 1. §. si qui de priuile. & ibi. not. Card. & hæc statuta sunt diuersa iuxta ritus diuersorum religiosorum cap. non solum de reli. lib. 6. ¶ Sed vtrum monachus possit puniri, vt eiiciatur è monasterio. Car. in loco citato dicit quod Zenzel dicebat, quod non debet taliter puniri monachus, verum si taliter deliquerit, debet in monasterio in carceribus recludi, & sic à confortio fratrum excludi. 27. quæst. 1. cap. impudicus: & ca. si cultos & cap. si quis sacro. de simo. ca. quoniam simoniaca. habebit tamen præbendam sed non habebit vocem in capitulo, & ita dicebat debere intelligi iura dicentia monachum eiiciendum de monasterio, seu de confortio, aut de ouili Card. autem dicit, quod Aluarus volebat monachum incorrigibilem eiiciendum de monasterio cap. cum non ab homine de iudi. tamen si expulsum vagatur, tenetur eum monasterium recipere, ne pereat salua ordinis disciplina cap. si de regu. sed ipse Car. dicit quod Aluarus forte habuit respectum, quod si monachus transiret ad aliud monasterium, valeret transitus & idem Card. in cle. ne in agro versicu. quia vero de sta. mo. num. 3. indistincte, dicit, pro nullo delicto monachum posse eici & si esset depositus, sed deposito operabitur vt non habeat præbendam, nec vocem in capitulo idem tenent domi. de Rot. decisio. 236. in anti. ¶ Item est notandum, quod secundum statuta ordinis Beati August. falso accusans, falsum testimonium reddens, aut falsum testem inducens, in excommunicationem ipso facto incurrunt, & quicumque fuerit cōiunctus de hoc, per sex menses pœnæ carceris, in compedibus mancipari debet & secunda, quarta, & sexta feria in pane, & aqua tantum reficiatur, & voce & officio prædicationis, & lectoriæ (si lector fuerit) in perpetuū careat, nisi cum eo per duo generalia capitula fuerit dispensatum. vt de his omnibus habetur in cap. 44. inci. licet via. ¶ Item in eadem pœnam incurrit, frater scribens alteri litteras diffamatorias sine nomine, & cognomine. vt habetur in dicto ca. 44. iuncta additione ad d. cap. facta. ¶ Et si quis diffamauerit aliquem monachum apud aliquam personam ordinis non professam de aliquo vicio notabili, per tres menses debet carcerari. ¶ Et in eadem pœnam incurrit monachus diffamans aliquem per litteras vel cedulas in parietibus. vt habetur in additione facta ad dictum cap. 44. ¶ Item qui scripserit litteras, per quas personæ ordinis non professæ, negotia & secreta monasterij reuelantur, incurrunt in pœnam excommunicationis & carceris per tres menses; & in pœnam grauioris culpæ, de qua dixi supra vt habetur in d. cap. 44. & postquam pœna grauioris culpæ fuerit adimpleta per annum voce caret, & sexta feria super nudam terram se-

Religiosi
vltra eorum
regulas, habent
certa statuta.
Monachus
an puniri
possit, vt ei
ciatur è monasterio.

Accusans
falso, qualiter
punitur.

Famosos libellos
scribens, qualiter
punitur.
Rebellans
negotia monasterij
qualiter puniatur.

Monachus
exiens mo
nasterium
qualiter pu
niatur.

dens, in pane & aqua ieiunet, à priore loci recipiet disciplinam, & nullus potest eum absolueret, excepto generali priore. vt in dicto cap. 44. ¶ Item nullus monachus professus, debet exire monasterium sine licentia, & si quis exierit, mo-
54 netur primo, secundo, & tertio vt eadem die, & si non redierit, sic ab ip-
so statuto monitus erit contumax & apostata ordinis, & innodatus vinculo excommunicationis. Et qui apostatauerit, & non comparet eadem die rece-
pturus disciplinam, prior suus statim eum citet, & feret in eum publice (nisi comparuerit) sententiam excommunicationis, secundum formam traditam in cap. 46. sed si monachus ad ordinem redire voluerit recepturus ordinis di-
sciplinam. usque tertio sibi porta non claudatur. & tunc recipietur & dabitur disciplina. secundum formam ibidem descriptam. Et si monachus secunda vice apostatauerit, poena de qua ibi per duos menses puniatur, & tam pro
prima, quam pro secunda apostasia. voce careat, donec post annum, & non ante fuerit cum eodem per generale, siue provinciale capitulum dispensa-
tum. si vero ad tertiam apostasiam deuenerit, per tres menses poenae simili subiaceat, & per annum habitu careat. intelligibilis reditus ad omnia officia. curam animarum habentia & voce carebit, donec cum eodem per
55 duo generalia capitula dispensetur. Et si ad quartam apostasiam redierit ad ordinem non recipiatur, sed licentiatu transeat ad alium ordinem, nisi velit sine voce perpetuo permanere. vt ibidem legitur. ¶ Quod si quis cum
scandalo de ordine exierit, vel in seculo inhoneste fuerit conuersatus, si scan-
dalo vno fuerit propter quod debeat in carcerari, per mensem poenae grauioris culpae subiaceat, & secunda, quarta, & sexta, feria. in pane & aqua. sine
dispensatione ieiunet & his tribus diebus in capitulo recipiet disciplinam. ex completo mense, primo, ad habitum, & ad alias obedientias restitutus, ex tunc
ad tres menses, quarta, & sexta feria coram conuentu in pane & aqua in terra sine dispensatione ieiunet, priuatus praedicatione, & confessione donec per
generale capitulum cum eo fuerit dispensatum, & si receptores praedictam formam non seruauerit per 10. dies, infra duos menses, in pane & aqua ieiunent, & nihilominus qui contra hanc formam fuerit receptus ad poenas supra
dictas in omnibus teneatur & voce in omnibus careat, donec poenitentiam compleuerit & nullus in apostasia existens ad refectorium, & dormitorium
fratrum, modo aliquo admittatur. vt ibidem & apostata ipse puniatur, tam de delictis commissis ante apostasiam, quam post, adeo quod diligenter de
vita gestis ipsius debent inquiri, & nullus in culpis apostasiae potest dispensare excepto generali, vt habetur in additio. ad dictum cap. 46. & vlt-
tra ibi additur quod quicumque monachus ab ordine Sancti Augustini apostatauerit: si sine scandalo, per quinque annos praeter alias poenas, voce careat. & qui cum scandalo per sex menses carceri mancipatur, & perpetuo
voce priuabitur, & qui apostatando habitum alterius religionis assumpserit, rediens ad ordinem voce careat, per decennium, sine dispensatione & per dictum tempus inhabilis reddatur ad omnia officia, cum cuius ani-
marum. & per quinquennium omnibus sextis ferijs in terra sedeat coram
fratribus de conuentu. & alias vt in additione dicti cap. ¶ Et qua poena puniantur falsantes, vel aperientes litteras generalis? vide in capitu 42.
56 ¶ Et qua poena puniantur iniicientes manus violentas in suos praelatos, & ordi-
natores, & complices? vide in cap. 43. & de alijs spectantibus ad regimen dicti ordinis, vide in libro regularum. ¶ An autem prior claustralis, pos-
57 sit per viam iudicis cognitionis, punire & excommunicare monachum
58 crimino-

De eodem.

Falsantes li-
teras gene-
rales qua
poena puni-
antur.
Prior clau-
stralis an
possit pu-

criminosum? & videtur. distinguendum; an prior habeat Abbatem superio-
rem, an non, vt primo casu, non possit, secundo casu, sic iuxta ea quae habentur in ca. quanto extra. de offi. ord. per Bar. Inno. & alios in cap. cum in Eccle-
sijs de maio. & obed. & cap. sicut de sim. sed quicquid sit de iure, standum est in
hoc consuetudini. cum & ipsa possit tribuere iurisdictionem, & est respicien-
dum inter ea quae respiciunt regulam, & quae non. vt bene no. Inno. in d. cap.
59 quanto. & habetur per do. de Ro. in decisio. cau. dubio 3. ¶ Qualiter autem for-
metur inquisitio contra monachos? vide quia optime & sigillatim describitur
60 Specu. in tit. de inquisitio. §. 3. nu. 25. ¶ An haeremita dicatur persona ecclesia-
stica? dicas quod sic; secundum glo. & Docto. in l. 2. ff. de in ius voc. & glo. 16.
quæst. 1. cap. qui vere & habetur plene per Fely. in cap. 2. de foro compe. 2. col.
61 versu haeremita. 93. dist. cap. nulla. Innoc. in cap. monasterium de ele. ¶ Item est
notandum quod haeremita debet & potest conueniri coram Episcopo cap. 2.
de foro compe. & haeremita dicitur cuius loci in quo habitat. secundum
Bal. in l. adoptione. 2. col. cap. de adop.

nire mon-
chum cri-
minosum.

Inquisitio
contra mo-
nachos qua-
liter forme-
tur.

Haeremita
an possit co-
ra Episco-
po conue-
niri.

MISCELLANEA QVAEDAM.

De bigamis. Cap. xxxvii.

S Y M M A R I V M.

- | | |
|--|---|
| 1 Bigamus quis datur. & infra num. 3. & 5. | 19 Aetio iniuriarum an pro vindicta tantum, vel etiam ad rem restituendam competat? |
| 2 Bigamiae vitium, & irregularitas quae requirant, Et quis eam contrahit. & infra num. 4. & 6. | 20 Consuetudo laicorum an clericos liget. |
| 7 Irregularitas suspensio ab officio, qualiter probetur. | 21 Clericus non cause Eucharistiae, vel christi sacramentum custodiens qualiter puniatur. |
| 8 Suspensio irregularitatem qui & quando committant, & incidant. & infra num. 9. & 10. | Clericus, vel laicus euomens Eucharistiam, quomodo puniendus ibidem. |
| 11 Sodomita an ipso iure, ab ordinis ecclesiastici executione sit suspensus? | 22 Sepultura nunquid publice excommunicato danda in puncto mortis, ex poenitentiali foro absoluto? |
| 12 In declaratione excommunicationis, ubi lis non contestatur, an requiratur citatio? | 23 Testes laici deponens falsum vel varie coram ecclesiastico, vitium ab eo puniri poterit? |
| 13 Manus iniectio in clericum facta in vno loco an absoluti ab alio ordinario alibi possit? | 24 Iudex iniuste aliquem excommunicans, quando iniuriarum actione tenetur. |
| 14 Clerico matrimonium contrahente, vacat beneficium. | 25 Periturus num dicatur non soluens statuta die, vetante tamen iudice temporali? |
| 15 Iudicis iussu non parere, quando manifesta offensa dicatur. | 26 Archiepiscopus quando religiosus ciuitatis exemptos, ad processionem venire compellat, Et non venientes vitium excommunicabis? |
| 16 Curia Archiepiscopalis, vel Episcopalis an sibi officium habeat? | 27 In causa appellationis, quando appellatus, & quando appellatus actus producat. |
| 17 Officium sibi advocati quis primus instituit. | |
| 18 Bigamus per secularem captus an ad | |

- 28 Clericus beneficiatus cogitur ad dicendum horarias preces Romano Pontifice, Ecclesia & prelatiis statuas.
- 30 Cause mari. & mixti imperij sunt iure Pontificio delegabiles.
- 31 Index laicus, quamvis ad Ecclesiam confugiens capere non possit, arma tamen prohibita ab eis, etiam intra Ecclesiam auferre.
- 32 Clerici a quo iudice de portu armorum puniantur.
- 33 Timens delicto beneficijs priuari an eius ante sententiam renunciando bene faciat.
- 33 Absolutus a graui delicto, an beneficia chibebit.
- 34 Clerici iudices criminales, ab eis lata, & exequuta sanguinis sententia, vltra absolutionem, ad ordines rehabilitantur.
- 35 Homicida voluntarius volens mendicantium religionem, intrare, ad omnes ordines habilitatur.
- 36 Petens absolutionem homicidij mentionem aliorum homicidij alias commissi, facere tenetur.
- 37 Excommunicatus maiori excom. celebrans, a solo Papa absoluitur.
- 38 Concubinaris notorius monitus, non dimittens concubinam beneficijs priuatur. Concubinaris notorius qualiter probetur ibidem.
- 39 Priuatio propter crimen, non nisi in iuris forma signatur.
- 40 Sententia quæ pro interlocutoria habetur. & quæ ipsi de stilo clausula ponatur.
- 41 Emanata excommunicatione, non reuelans furtum, vel rem furtiuam, an excommunicatus.
- 42 Clericus, pro sacramento quod exhibet, quando aliquid recipere possit.
- 43 Contraclusu sacreraticius quando est censendus.
- 44 Abbas, nunquid extra claustrum secun-
- dum disciplinam monasticam, possit monachum corrigere.
- 45 Bona monachi vagabundi, & fugiui cuius erunt.
- 46 Archidiaconus cui officio comparandus.
- 47 Archidiaconus, an contra delinquentem in suo Archidiaconatu, iurisdictionem habeat.
- 48 Prælati Episcopo inferior, seculare brachium inuocare possit.
- 49 Executio iustitiæ de die, an de nocte facienda.
- 50 Clericus ad Ecclesiasticum iudicem remittendus cum custodia, & eius expensæ.
- 51 Abbas habens iurisdictionem in moniales, Ecclesiæ sibi subiectis non potest interdicere.
- 52 Abbas an excommunicare possit.
- 53 Abbas quibus casibus ab excommunicatione absolueri potest.
- 54 Abbas inuasor suæ prædicat Ecclesiæ, nec non in aliam incidit poenam.
- 55 Abbas ubi citandus.
- 56 Abbas num contra canonis poenam dispensabit.
- 57 Abbas propria auctoritate, nunquid Ecclesiam intrare, vel eius domos, & hostia clausa rumpere.
- 58 Abbas non exemptus, & delinquens, ab Episcopo corrigitur.
- 59 Abbatii exempto delinquenti, quando exemptionis priuilegium profuit.
- 60 Presbyter, virum concubinam, cum qua adulterium, vel fornicationem commisit, absolueri possit.
- 61 Vir vxoratus accedens ad aliam per adulterium, vel alio modo, quas poenas patietur.
- 62 Exponens se periculo casa lucri si monatur, quando in loco sacro sit sepehendi? vel non.
- 63 Clericus celebrans non ieiunius, quæ poena puniendus.

DE BIGAMIA.



- 1 VIS enim dicatur vere Bigamus? Dicas, quod is proprie dicendus est bigamus qui secundas contraxit nuptias. At alij improprie dicendi sunt bigami, secundum glo. com muniter approbatam in ca. 2. de biga. & probatur in ca. 1. & cap. debitum de biga. Hoc etiam procedere scias, & si quis habuerit diuersis temporibus duas vxores legitimas, siue illegitimas earum alteram eodem tempore canu per de biga. Est tamen summe aduertendum quod ad contrahendum hoc vitium bigamiæ omni casu, requiritur quod probetur interuenisse carnalem commissionem, vt est tex. in cap. nuper eodem titulo & glo. in ca. vni. de cler. coniuga. in 6. Dicitur etiam bigamus is qui viduam adhuc primam in vxorem accepit, & cognouit carnali commissionem text. est in cap. si quis violatam 30. distin. Est quoque aduertendum quod non refert quod ad irregularitatem ex bigamia contrahendam, quod matrimonium sit iure validum, vel nullum. sufficit enim ipse coniugalis effectus, vt probatur in cap. nuper de biga. requiritur tamen, quod hæc vidua, aut repudiata fuerit cognita a priori viro, secundum communem sententiam. & ita intelligitur cap. quotquot 27. quæst. 1. ex Synodo Ancrytana cap. 18. Et licet hic vt bigamus puniatur, minime tamen bigamus est, nec verus, nec fictus, aut interpretatiuus tex. est, in cap. sane el 2. de cle. coniu. & ideo licet solus Papa dispenset circa bigamiæ irregularitatem, tamen in hac specie Episcopus dispensabit, etiam quo ad maiores ordines suscipiendos, vt not. Silue. in verbo bigamus. S. 7. & voluit Pano. in cap. 1. & 2. ne cle. vel mo. Item bigamus est, qui etiam vnicam vxorem habuit corruptam tamen, non virginem cap. debitum vbi Cardi. & docto. de biga. ca. 1. de cle. coniu. in 6. & procedit hoc etiam si quis ignorans corruptam vxorem duxerit cap. curandum 34. distin. & est communis sententia secundum Cardi. in cle. cum ex eo col. 1. de sent. excomm. & hoc etiam habet locum in eo qui matrimonium nullum contraxit cum virgine corrupta cap. vlt. de biga. Item contrahitur vitium bigamiæ ab eo qui licet acceperit vnicam & virginem, eam tamen post adulterium ab ea commissum, carnali coniunctione cognouerit, etiam adulterium ignorans ca. si cuius vxorem 34. distin. & cap. seq. notant Abb. Ana. & do. in cap. 3. de adulter. & habet locum, etiam si ex præcepto Ecclesiæ adulteram vxorem inuitus cognouerit. Host. in summa de biga. quæst. 9. Capella Tholo. decisio. 255.

De suspensio ab officio ministrante.

- 7 Qualiter ergo practicabitur irregularitas quæ prouenit ab eo quod quis suspensus ab officio, eius ministerium exequatur? per cap. 1. de re. iu. & cap. 1. de sent. excom. in 6. Dicas quod primo deducenda & probanda erit suspensio ab aliquo actu ordinis ecclesiastici, quem ille habet sic probatur in cap. is qui de sent. excom. in 6. & in ca. is cui eodem tit. & not. Innoc. in d. ca. 1. de sent. excom. in 6. Demum probandum erit quod ille fecerit illum actum.
- 8 Et ideo ne laicus nec femina possunt in hanc irregularitatem incurrere. Item Episcopus a pontificalibus suspensus, licet cum eis celebret non erit irregularis, quia pontificalia non pertinent ad substantiam aliquis ordinis ecclesiastici, vt omnes fatentur. Item suspensus a collatione sacerdotum non est
- S 4 irregu-

irregularis: si ea contulerint forma, & solemnitate quibus laicus potuisset conferre; nam quādoq; laicus potest baptizare. secundum Inno. in d. ca. 1. de sent. excom. in vers. 6. Item suspensus à perceptione sacramentorū, non est irregularis; etiā si sacramenta percipiat. Perceptio enim sacramentorum non pertinet speciali iure ad aliquē actum ordinis Ecclesiastici; cum & laicis cōpetit. Itē excommunicatus minori excommunicatione, licet celebret missarū solemnias; & sit suspensus à perceptione sacramentorū non est irregularis cap. si celebret de cler. excom. mi. & ibi Abb. peccat tamen grauius. ¶ Qui autē celebrauerit intra Ecclesiam, & fuerit sibi interdictus Ecclesiæ ingressus; erit irregularis ca. is cui de sentent. excom. in 6. licet Inno. in d. ca. 1. tenuerit contrarium. quod falsum est: secundū Couar. in repet. clemen. si furiosus de homi. §. 1. prima parte nu. 1. in fi. ¶ Requiritur etiam qd suspensio sit facta ab homine in iudicio in foro iudiciali propter delictum. secundum Innoc. Ioan. And. & omnes in cap. si celebrat de cler. excommu. mi. & ibi Panor. & Dec. cons. 141.

De Sodomita.

¶ An Sodomita sit ipso iure suspensus ab ordinis ecclesiastici executione. adeo ut interim in eodem ordine ministrans sit irregularis? dicas qd propter grauitatem criminis practicandum est; qd sic. etiam si occultus fuerit; & etiam peracta poenitentia; & ideo interim celebrans erit irregularis ea irregularitate quæ à solo Papa deberi potest. secundum Do. Ant. & alios in ca. nisi cum pridem. §. 1. de renun. Et in cap. vlt. de tempo. ordi. Bellenzi. in apostillis ad Panor. in c. cleri ci de exce. præla. Hostien. & Io. And. in d. ca. nisi cum pridem. §. 1. Archi. Dom. & Præpos. in ca. de his el. 2. 50. dist. quam opinionem defendit Cas. de Lam. in tract. de iu. patr. prima parte, 2. lib. q. 9. art. 18. nu. 4. & late Couar. in cle. si furiosus de homi. §. 1. in prima parte, nu. 6. ¶ Si contigerit peti qd declaretur aliquē incidisse in canonem si quis suadente 17. q. 4. vt denuntietur excommunicatus, & euitetur à Christi fidelibus; licet non requiratur litis contestatio, quia summarie debeat procedi, & cum causæ cognitione Cle. presentis de cens. cap. 1. & secundo de poen. Rot. decisio. 34. si petatur in nouis & 304. nota si petatur in antiquis tamen citari debet Milis in repet. in verbo citatio vers. sic. 87. ¶ Absolui an possit clericus, seu laicus ab iniectione manuum in personam ecclesiasticam, facta in sua patria, si reperiatur postea studere in ciuitate Salerni ab Archiepiscopo Salernitano? Dicas quod sic, si non est grauis talis iniectio. secundum Guliel. de monte Sau. in cle. dudum de sepul. super vers. nullatenus audiatur, Inn. in ca. omnis de poen. & remissio. Tholosan. in decisio. 231. ¶ Si clericus contraxit matrimonium, eo ipso vacat beneficium, ita tenet Colle. in cap. 1. de cler. coniug. & tenet Cappel. Tholosan. in decisio. 239. ¶ Offensa manifesta an dicatur non parere iussui iudicis: dicas quod sic. quando non parat quis in iis iussibus quæ consistunt in faciendo, secus si consistunt in veniendo. secundum Innoc. in cap. solet super ver. manifesta in cap. 1. de sentent. excommu. in 6. & ibi Archid. verum est aduertendum in secundo casu, qd si quis se contumacem fatetur, vel alias de contumacia sua constat, quia forte prædixerat in iudicio qd minime compareret, & tunc talis contumacia est manifesta: & manifesta offensa reputatur. vt ex tex. in cap. venerabilibus eodem tit. & not. in cap. ex parte & cap. cum olim de verbo signific. & voluit Do. post Ioan. And. in cap. solet supra alle. & Cappel. Tholosan. in addi. decisio. 266. ¶ Fiscum an habeat curia Archiepiscopalis, vel Episcopalis? alias Neapoli Magnificus

gnificus Dominus Octa. de curis Regius Aduoc. fisci, dixit mihi loquenti, seu fiscalē nominanti in nostra curia, hoc ipsum delictum est sentiens non esse bene, dicere, qd curia Archiepiscopalis habeat fiscū eiusq; dictum potest fundari in dicto Bald. in l. 1. C. de priuile. fis. & viderur sequi Io. de Pla. in l. 1. C. de iur. fisci. 10. Sed ego dico contrariū, per gl. in c. quia propter diuersitatē de conce. præb. in vers. præter in fi. & ibi Anto. & Imo. in 3. col. & ibi Sicul. & Ioan. de Ana. in cap. excommunicamus de hære. Fran. & Ioan. de Imo. in cle. 2. de hære. Rot. in antiq. decisio. 845. Aufre. in Add. Cappel. Tholosan. decisio. 284. ¶ Officium autem aduocati fisci diuus Hadrianus Imperator primus instituit. de quo Capitolinus in Macrino, & vetus hæc inscriptio meminerunt.

Q. HORTENSIO Q. F. COL. FAVSTINO
ADVOCATO FISCO. PRAEF. FAB. R.

- 18 ¶ Clericus Bigamus captus per iudicem secularem: an debeat remitti ad iudicem ecclesiasticum? dicas quod sic. secundum Cappel. Tholosan. in decisio. 117.
- 19 ¶ Actio iniuriarum non solum competit pro vindicta, sed etiam consecutiue ad restituendam rem. ita Cappel. Tholosan. decisio. 145. & ideo ratione interesse, potest agi actione prædicta, & sic si tu detines rem meam, possum agere dicta actione. vt Aufre. ibi in addi. & vide gloss. in cap. parrochianos de sentent. excomm. & ibi Fel. & Sicul. ¶ Vtrum consuetudo laicorum liget clericos? dicas quod non ita tenet Cyn. in l. fi. C. quæ sit lon. consue. Colle. in cap. cum appell. de priuile. Hostien. in summa tituli. de con. & per Innocentium in rub. de consue. & Cappella. Tholosan. decisio 153. vide ibi Aufre. & Gundi. Pa. decisio 69.
- 21 ¶ Clericus minus caute dimittens Eucharistiam, vel Chrysmā: quamuis nihil nepharium inde contingat: tribus mensibus suspendi debet. sed si quid nephandum inde contigerit, grauiori poena, iudicis arbitrio, plecti debet cap. 1. de custo. Eucha. Si quis autem per ebrietatem, vel voracitatem euomat Eucharistiam. 40. diebus poeniteat, si laicus sit, si clericus, monachus, diaconus, vel præbyter 70. diebus. Episcopus nerō nonaginta si per infirmitatem contingat, septem diebus poeniteat. de cons. distin. 2. si quis per ebrietatem. secundum Hostien. in summa de custo. Eucha. §. fi. & Aufre. in decisio. Cappel. Thol. 218.
- 22 ¶ Sepultura nunquid possit dari excommunicato publice in punto mortis, & foro poenitentiali absoluto? Collect. tenet quod sic. in cap. fi. de sepul. maxime si auctoritas officialis, vel vicarij interuenerit. ita Cappel. Tholo. decisio. 368.
- 23 ¶ Testis laicus deponens falsum coram Ecclesiastico, vel varie? an possit ab eo puniri, & torqueri? dicas quod sic. secundum Innoc. in cap. ex tenore in glo. fi. de rescrip. & ca. dilectus de poen. & in cap. 1. de cri. fal. Spec. in titu. de teste. §. 1. vers. cum idem opponitur cum versu. sequen. & voluit Cappel. Tholo. decisio. 378. & Aufre. ibi in addi. ¶ Iudex excommunicans aliquem iniuste, non tenetur actione iniuriarum, nisi dolus interuenerit, vel ferat sententiam, contra subditum, vel contra legem expresse, per tex. & gloss. in iniuriarum. §. item labeo. ff. de iniur. & vide gloss. in cap. sacro de sentent. excommu. & ibi per Colle. & per Archid. in cap. statuimus lib. 6. Cappel. Tholo. in decisio. 397.
- 25 & ibi Aufre. ibi addi. ¶ Periuirus an dicatur qui non soluit statuta die uentante iudice temporali? dicas quod sic. secundum docto. in cap. significauit de cens. & ibi Coll. & Hostien. & Cappel. Tholosan. decisio. 402. quod inteligit ibi Aufre. procedere quando sine iusta causa inhibuisset alias secus. ¶ Archi

Archiepiscopus an possit compellere religiosos ciuitatis exemptos venire ad processionem. Dicitur quod sic pro quo est rex. in c. nimis el. 2. de excep. prael. & hoc si non ex leui causa fieret processio, & ita tenet Sicul. in d. c. nimis. & in c. dilectus de offic. ordi. & idem erit in similibus magnis causis, vt possint compelli. Si tamen nolent venire non possunt per Episcopum excommunicari per c. 1. de priuileg. lib. 6. & ita tenet Cappel. Tholo. decis. 4. 84. & ibi. Aufre. in addit.

Alias fuit coram me dubitatum: nunquid appellans, vel appellatus debeat in causa appellationis producere acta facta in causa dicas quod si reus qui appellauit, fuerit condemnatus actor originalis debet probare sententiam iustam. Nam reus eo ipso docet eam iniustam, si non apparet iusta. Si vero reus fuerit absolutus: actor appellans debet probare iniustam, ostendendo quod in prima eius instantia probauerit eius intentionem. ita Guliel. de mo. lau. in clem. si. de appel. sequitur Spec. in tit. de senten. §. si. versic. & super hoc. & hæc procedunt quando appellatur à diffinitiuâ: at secus, si appellatur ab interlocutoria, quia semper appellans siue sit originaliter actor, siue reus: semper debet in causa appell. producere acta ad iustificandum eius appellationem esse iustam. ita Guido. Pap. in decis. 20. Clericus beneficiatus potest cogi ad dicendum orationes, & preces horarias priuatim, à Romano Pontifice, & Ecclesia prelatiue in stirutas, alioqui tenebuntur restituere fructus beneficij quos percepit, eo tempore, quo à dicendis precibus canonicis cessauerit. secundum Calder. in ca. 1. de celeb. miss. dom. in cap. vltimo de rescriptio. in 6. not. Dec. in cap. cum omnes 2. lect. col. 2. de const. Ripa. in l. vlt. q. 66. C. de reuoc. don. licet contrarium tenuerint. Abba. & Card. in d. c. 1. Præpo. in summa in 44. dist. Siluest. in verbo clericus 4. q. 23. Fel. in ca. postulasti. nu. 7. de rescrip. tamen Synodus lateran. sub Iulio secundo sessione. 9. prior. em opinionem approbavit. si tamen clericus beneficium sex mensibus tenuerit. Et huius decreti meminit Bern. in pract. crim. cap. 49. & Couarr. in lib. varia. resolu. ca. 13. in fine. Causa marit. item mixti imperij delegabiles sunt iure pontificio secundum glo. in c. in Archiepiscopat. de rapt. glo. in c. peruenit. 95. dist. in. & hanc dicunt communem esse sententiam. Pan. Imo. & Alcia. in cap. quo ad sedem de offic. ordi. nu. 76. Iunior. maxime. Cur. in l. 1. ff. de offic. eius & latissime Couarr. lib. 3. var. resol. c. 20. Iudex laicus licet non possit fugientes ad Ecclesiam inuitos abducere potest tamen ab eis arma prohibita, & legibus verita etiã intra Ecclesiam auferre. delinquit enim is qui fert arma prohibita. & ideo cum hoc delictum in Ecclesia committit, à iudice seculari puniendus, aut saltẽ armis priuandus. Nam regulariter arma prohibita sunt, & item eorum vsus vetitus tam clericis, quam laicis, tam intra Ecclesias, quam foris. l. 1. c. vt. arma. vsus lib. 1. r. c. clericis arma de vit. & honesta. cle. tradunt late. Corn. consil. 20. lib. 3. Soc. regu. 30. Cattell. Cott. in verbo armorum. Tiraquel. in tract. de nobili cap. 20. num. 66. & est text. in cap. 1. §. si clericus. de pæ. tenen. & Couarru. lib. 2. vari. resolu. cap. 20. num. 18. in verbo tricesimo sexto. Clerici de pontu. armorum à iudice ecclesiastico sunt puniendi. secundum lo. de Platea. in §. item lege Iulia. in st. de pub. iud. Ioan. lup. in cap. per veltras. 2. not. §. 1. nu. 13. & voluit. Couarru. in d. loco.

Si quis timet priuari beneficijs propter delictum, antequam proferatur sententia, debet renuñciare beneficijs in fauorem alicuius amici, à quo postea potest eadem beneficia iterum consequi vt docet Abba. in cap. tanta in 2. not. de excep. prael. & in ca. licet hely. in glo. super verbo infamis de simo. & hæc procedunt quando sententia esset perfeienda, secus autem, quando sententia per statuta profertur. late Gomez. in cap. 2. de consti. in 6. nu. 41. Absolutus licet si quis

*faci nœ
 hoc fundat
 mulier, aut
 in tale. quod
 lig. in 58
 cap. pluribus dieg.*

si quis ab homicidio, simonia, vel à quouis alio delicto graui, non per hoc poterit beneficia obrinere, nisi rehabilitetur. secundum Dom. Pet. Reb. super concor. sub rubrica de ele. dero. in vers. rehabilitationibus. & rehabilitatio debet esse clara & expressa, alioqui non prodesse, quia strictè interpretari debet. Prouincial. fo. 41. versic. quod habitatus ad alias. & voluit Quinti. Mando. in praxi. signa. in titu. Absolu. & reha. in prin. Illi qui fuerunt officiales, vel iudices in causis criminalibus, & tulerunt sententias sanguinis, quibus sequuta fuerunt vltima supplicia, debent rehabilitari ad ordines, & beneficia, vltra absolutionem. & conceditur rehabilitatio etiam in altaris ministerio. & ad beneficia quæcunque, & hæc rehabilitatio est necessaria. quia tales sunt inhabites, & irregulares cap. 1. & sequen. 51. dist. in cap. clericis. & cap. sententiam de cle. vel mo. ca. ex litteris de exce. prael. Staphil. super signa fol. 193. à tergo. Homicida voluntario, religionem mendicantium ingredi volenti, datur rehabilitatio ad omnes ordines, etiam in altaris ministerio. arg. text. in ca. 1. de fil. præby. vbi illegitimi ad sacros ordines promoueri prohibentur, nisi fiant Monaci: quasi Monachus delictum purget, seu debeat, vel tollat irregularitatem, vel saltem Papam ad dispensandum facilem reddat. ca. 1. de eo qui ordi. sur. sit. & Staphil. vbi sup. fol. 93. Qui autem petere vult absolutionem aut rehabilitationem ab homicidio, debet facere mentionem alterius homicidij alias commissi, vel similibus delictis; gratia omnino erit inualida. Et sicut tunc homicida possit in penam capitis damnari. l. capitalium. versic. quod si correctæ. ff. de pen. l. nemo deinceps. C. de episc. audie. ita poterit obtentâ dictâ gratia secundum Paris. consil. 1. nu. 70. lib. 1. & voluit Quinti. Mando. in praxi. signa. in verbo Absolutiones & reha. Excommunicatus maiori excommunicatione, celebrans irregularis efficitur. & à solo Papa habitari. potest cap. 1. ante fin. de re. iudi. lib. 6. Gemi. in ca. 1. §. caueant nu. 3. vers. nota quod solus Papa de senten. excommu. lib. 6. & hæc habitatio difficile obtinetur. secundum Mandos. vbi supra in fin. Concubinarius notorius si monitus concubinam non dimittat beneficijs priuatur; quæ consequenter impetrari possunt cap. sicut. & ca. si autem de coh. cler. vel mulier. Staphil. super signa fol. 78. versic. notorius, & fortius dicit procedere in sodomita cap. mulier. 13. q. 1. Notorius concubinatus probabitur, si testes dixerint quod viderunt talem teneri pro filio, vel pro concubina in lecto, & sic visa fuit teneri à toto populo, vel à maiore parte populi, & sic etiã habetur à maiori parte populi, vel vicinæ, & cognoscentibus eum. secundum Anto. But. in tract. de notor. in col. pen. nu. 69. Priuatio propter crimen, nõ signatur nisi in formâ iuris: id est nisi ille priuandus veniat secundum Staphil. super signatu. fo. 97. vers. postremo, nec etiã apponitur clausula cõditionalis, id est si priuandus venerit. secundum Mando. in signa. in verbo priuationes.

Sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti habetur pro interlocutoria. & ponitur de sublo clausula, vocatis, nota glo. 2. q. 1. in summa. nec proprie debet appellari sententia. vide Archi. 18. dist. c. fi. nec transit in rem iudicatã quin possit semper agi per viam quærelæ vt not. in ca. sacro de senten. excom.

Excommunicationem an innodatus existat ille qui scit aliquem commississe furtum, vel habere rem furto sublatam, & non reuelat emanata excommunicatione contra scientes, & non reuelantes. si ponatur esse periculum, & scandalum reuelanti, vel non posse probare; dicas quod non, vt colligitur à doctoribus in cap. si quis cum fure de fur. & in l. ciuile. ff. eod. titu. & de simon. cap. nemo. & cap. 2. de offic. ordi. & in cap. placuit 6. quæst. 2. & cap. si peccauerit 2. q. 1. & in cle. de hæc. & late per Hiero. Pau. barchin. in pract. cancella. fol. 296. Clericus

¶ Clericus potest recipere aliquid ratione sacramenti quod exhibet quando exactio præcedens non dedit causam consuetudini cap. suam & ibi Abba. Aduerte quod si obtentu consuetudinis aliquid pro sacramentis recipitur: si sumus inducenda consuetudine, præsumendum est quod magis ex cupiditate procedat quam aliter; nisi constet de contrario. quando vero sumus in inducenda. nec apparet de origine, ex qua causa, præsumendum est ex liberalitate, potius, aut alia causa approbata à iure, puta, loco decimarum, census, seu alterius iuris, vel quod sit in diuinum cultum conuertendum. vt dicit Ioan. de Ana. post alios in cap. ad apostolicam de simo. ex his enim causis consuetudo ista habet compulsionem, & nõ peccatum. secundum Aegid. in consi. 3. quod mulier col. 3. & ideo si consuetudo est quod in morte alicuius præbyter habeat certum quid, vel in sponsaliciis, vel aliter, valet. illa consuetudo ita Cassiade decisione. 1. titu. de consuetu. ¶ Contractus fœneraticius censendus est ex pacto de retrouendendo ex modicitate precij de iure canonico; secundum magis communem opinionem. secundum Cassiade. decis. 1. de vsur. ¶ Vtrum Abbas possit corrigere, & punire monachum extra claustrum, & monasterium secundum regulam disciplinæ monasticæ? Colle. in cap. quanto de offi. ordi. refert Host. dicere quod non, sed ipse Colle. credit contrarium. & hoc tenet Laud. in eledudum de sepul. cuius contradicit Zenzel. in ca. 2. de consi. sed postea concordat Aegid. de Bellam. in d. cap. quanto dicit ex mente Domini sui quod quidam sunt qui habent iurisdictionem cum territorio, & ratione territorij; & illi extra territorium nihil possunt l. si. de iurisd. om. iudi. cap. 1. de consi. alij habent iurisdictionem absque territorio, nec ratione territorij, sed habent iurisdictionem solum in certa capita personarum, & isti possunt vbiq; eorum iurisdictionem exercere in personis subiectis. & sic habes veritatem casus. ¶ Quid si monachus est vagabundus, aut fugitiuus, cuius erunt eius bona? Colle. in ca. quanto de offi. ordi. distinguit quod aut loquimur de fugitiuo, & erunt bona monasterij. l. per seruum. C. de acquir. posse. l. ancillam. ff. de lega. 1. aut loquimur de eiecto, & tunc si sit eiectus per solum Abbatem, non nocebit monasterio, si autem conuentus consentit, & tunc si transibit ad aliud, illi acquirit. alias Episcopo. & ita tenet Aegid. Bellam. in d. cap. quanto nu. 9. ¶ Archidiaconus cui officiali æquiparari possit? Innoc. in cap. ad hæc. §. item in epistola de offi. Archidia. dicit posse æquiparari defensoribus ciuitatis, vt vsque ad trecentos aureos audiat causas ciuiles, & de minoribus criminibus cognoscere, & in maioribus criminibus reum capere & ad Episcopum mittere, & modicam etiã multam indicere possit, finaliter dicit Innoc. quod sibi non placet dicta æquiparatio, quia non sunt dignitates ecclesiasticæ ordinariæ, sicut de iure ciuili, sed secundum constitutiones ecclesiasticas, & secundum illam debent exercere iurisdictiones, & non secundum leges ciuiles. Aegid. de bellam. ibidem se remittit ad cap. dilecti de iudi. & cap. primo de dol. & contu. & idem tenuit do. Abb. ibidem dicit tamen quod quæ sint leuia delicta relinquatur arbitrio iudicantis, & quod ex legibus informet arbitrium quando non inuenit canones. ¶ Vtrum Archidiaconus habeat iurisdictionem in delinquentes, vel cõtraheutes in suo Archidiaconatu. Innoc. in ca. ad hæc. §. item in epistola de offi. archi. dicit quod non quia archidiaconus non habet territorium, sed in ca. cum contingat de foro comp. tenet contrarium prout aduertit Aegid. Bellam. in d. §. item in epistola, & cum in hoc sequitur. ¶ Prælati inferiori Episcopo potest in exercenda iurisdictione sibi competente, inuocare auxilium brachij secularis. Abb. in c. dilecta 3. no. de maio. & obed. faciunt no. in c. vt dominicis de parro.

¶ Executio

- 49 ¶ Executio corporalis iustitiæ debet fieri publice de die, & non de nocte; alia præsumetur contra officiales, ita Guliel. de Bened. in cap. Rainuntius in verbo mortuo itaque testatore. num. 107.
- 50 ¶ Clericus remittendus ad iudicem ecclesiasticum, remitti debet cum custodie, expensis tamen ipsius clerici. Aufre. in c. de prima de offi. ordi. quæst. 2. num. 22. Idem Aufre. in Cappel. Tholo. 273. Nicola. Boer. decisio. 303. colum. penul. Bald. in l. generaliter. S. his presentibus. C. de reb. cred. & si clericus erit pauper remittendus erit expensis Episcopi secundum eisdem & videtur notare Bal. in tit. de pa. constan. §. si iudex.
- 51 ¶ Abbas habens iurisdictionem ordinariam in moniales, nõ potest in Ecclesijs sibi subiectis ponere interdictum, sed bene potest suspendere ab officio & beneficio secundum Inno. in ca. dilecta in glo. in verbo suspendat de maio. & obed.
- 52 ¶ Abbas potest excommunicare; secundum Innoc. & doctor. in cap. volentes de priuile. in cap. volentes in glo. in verbo locum habere, & glo. 1. quæst. 1. de persona. & cap. significasti de for. compet. & cap. cum ab Ecclesijs de offi. ordi. & cap. dudum de electio. & cap. quanto de offi. ordi.
- 53 ¶ Abbas an possit absolueri ab excommunicationibus à iure inductis? Abb. & Fely. in cap. monachi de senten. excommu. dicunt quod non: nisi quando monachus intulisset violentiam in alium monachum, seu nouitius eiusdem monasterij, & nisi esset Abbas habens iurisdictionem quasi Episcopalem, & nisi esset excommunicatio ex constitutione ipsius regulæ; quia tunc Abbas potest absolueri. Et nisi ipse Abbas excommunicasset: quia ad eum spectat absolutio. vt idem Fely. vbi supra.
- 54 ¶ Abbas inuasor præiudicat Ecclesiæ suæ; si fecit inuasionem communicato concilio, & tunc incidit in constitutionem l. si quis in tantam. C. vnde vi. secundum Bart. ibi post glo. col. 4. vel sic. quæro quid de Abbate. & ibi sequuntur Bal. & Docto. 2. colum. vel si sequitur de Abbate.
- 55 ¶ Abbas debet citari ad monasterium l. omnes la. 2. in princip. & ibi Bald. 2. not. C. de episc. & cler. & Innoc. in cap. ex ore circa med. de priuile.
- 56 ¶ Abbas an possit dispensare contra pœnam canonis? dicas quod in canonibus imponentibus legem seu pœnam Episcopis, & superioribus. solus Papa dispensat; nisi in illo canone, vel alio dispensatio concedatur inferiori cap. dilectus de tempo. ordi. sed in canonibus imponentibus pœnam se legem Abbatibus, vel inferioribus Episcopi possunt dispensare cap. nuper de senten. excommu. nisi in illo canone, vel alio Papa sibi reserualet; Abbates autem non dispensant nisi in illo canone, vel alio esset concessum; & hoc in foro contentioso, secus in foro animæ. secundum Card. in c. prima. §. si quis in secunda oppo. de priuile. & excc. priuile.
- 57 ¶ Abbas non potest propria autoritate intrare Ecclesiam, vel domos Ecclesiæ clausas; nec hostia rumpere, licet possit propria autoritate expellere resistentem, quando vult vt iure suo. secundum Inno. in c. 1. circa med. veli. & idem. & eadẽ ratione extra de impu. Ecclie. & secundum Florian. in l. 1. §. 1. ff. de ser. rust. præd.
- 58 ¶ Abbas si non exemptus, & deliquit corrigi debet per Episcopum. vt in cap. Abbates 18. quæst. 2. & cap. 1. & cap. per exceptionem de priuile. in 6.
- 59 ¶ Abbas exemptus si deliquit, an etiam pro sit privilegium exemptionis? Bar. in l. fin. ff. de consi. princ. dicit, aut deliquit in casu de quo specialiter est exemptus, & tunc prodest sibi exemptio, vt non conueniatur coram ordinario, aut deliquit in alio casu, & tunc aut conueniatur ratione publicarum functionum, & sibi non prodest, si vero conueniatur alia ratione, & tunc, aut data est

est exemptio loco, & personæ, aut personæ tantum, primo casu, aut exemptus deliquit in territorio ordinarij, & exemptio sibi non prodest, si vero deliquit in loco exempto, vel in alio loco qui non sit de iurisdictione ordinarij, tunc coram ordinario conueniri non potest. Si vero est data exemptio personæ tantum, & tunc, aut data est ratione dignitatis, aut præminentia, & tunc recurras ad l. 2. C. vbi sena. aut est data ratione publicæ utilitatis, & tunc, aut delictum est enorme, & commune, & tunc coram ordinario potest conueniri, aut est singulare, & tunc habet locum id quod scribitur in l. pen. C. de iurisd. omni. iud.

¶ Nota casum singularem qui multum placebit præbyteris quod licet prohibeatur sacerdoti fornicari cum illa quam recepit ad poenitentiam, potest tamen absolvere concubinam cum qua comisit adulterium, vel fornicationem, & illi poenitentiam dare, etiam de illo peccato comisso cum ea, licet gloss. in ca. omnes 30. q. 1. dixerit id non procedere in præbyteris græcis qui non possunt suas proprias uxores de confessione audire, quia peccatum adulterij non confiterentur. plenarie hoc etiam tenet Ias. in l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth. in vers. facit quod in simili. Non tamen potest sacerdos dare licentiam suæ concubinæ quod in concubinato permaneat gloss. in §. clericos autem vers. si vero. diaconus in verbo accipere in Auth. de sanct. Epif. coll. 9.

¶ Nota quod vir habens uxorem, & accedit ad aliam per adulterium, vel extra figuram matrimonij, ultra alias poenas debet priuari à communione, & à cœtu hominum alienari quoad consortio uxoris fuerit separatus, & si semel. vel bis, aut ter monitus non redierit, priuatur sua dignitate, & non potest ferre testimonium, donec ad uxorem, redeat ca. præceptum 32. q. 5. habetur per Bal. in ca. lator de re. iudi. quem sequitur Fely. in ca. quæ in ecclesiarum 7. col. de constit.

¶ Aduerte quod ille, qui occasione turpis lucri se in periculo posuit, si moriatur, vel occidatur non est sepeliendus in loco sacro, sed in cimiterio canino videlicet, in prato, vel alio loco non sacro. argum. l. 1. §. ad bestias. ff. de postu. & l. furti. §. pactus vers. humanitatis. ff. de his qui nota. infam. secus, si id contingeret occasione lucri liciti Iacob de Bello. vis. in sua pract. in tit. de quæst.

¶ Qua poena puniatur clericus non ieiunus celebrans? Ioann. Berna. in sua pract. in verbo non ieiunus, dicit quod attentata personæ, & excessus qualitate, ac facti publicitate, poenâ carceris, aut suspensionis plectetur. Quod quidem ante eum, voluit Ana. in cap. si constitit de accusa. Et per ista cum laude omnipotentis Dei, eiusq; matris Virginis Mariæ, ac beatorum Seuerini, & Matthæi Apostoli, impono finem huic praxi crim. canonicæ. Sub die. 20. mensis Ianuarij. 1557. tempore quo eram gubernator Histoniæ proprio motu, & mandato, Excellentia Marchionis eiusdem. In qua si quid boni dixi, non mihi, sed Deo optimo maximo ac omnipotenti referans, si quid vero mali, mihi tantum.

F I N I S.

APOLOGIA AVCTORIS

AD LECTOREM.



Enigne lector, in superioribus nostræ praxis partibus, pollicitus fuit, in fine huius operis, ritus Salsernitanæ curiæ, ad instar Romanæ, à me in vnum redactos, applicare: quod si factum haud vides, ne mireris, id enim non obiter, sed consulto factum credas. Spero inquam, Deo dante, praxim ciuilem, in prophanis, & beneficialibus, quò ad vires suppetunt in breui tibi tradere. Interim hæc pauca in criminalibus, ne displiceant, sed beneuolo animo recipias: & me vt soles ama. Salerni die penultimo Ianuarij. M D LX.

Auide lector, si totius operis rubricas scire cupis:
 eæ sunt, quas hæc, pagella inscribit. In eis habebis
 versatiles quæstiones locis habebis. Non enim tran-
 scribere volui: sed praxim tantum introducere.
 Methodus igitur hæc nostra ne ti displiceat: ne ue tor-
 uo oculo legas.

Compendium totius operis rubricarum.

| | | | |
|--|--------------------|---|--------------------|
| <i>Moralium pars prima.</i> | cap. 1. fol. 4. | <i>Vel usuram committere.</i> | cap. 20. fol. 193. |
| <i>Introductio in secundam partem iudicia-</i> | | <i>Vel furium.</i> | cap. 21. fol. 197. |
| <i>lium dictam.</i> | cap. 1. fol. 27. | <i>Vel homicidium.</i> | cap. 22. fol. 199. |
| <i>Prefatio secundæ partis iudicialium ca. 3.</i> | | <i>Vel crimen veneficij.</i> | cap. 23. fol. 202. |
| fol. 28. | | <i>Aut iudicium in causa sanguinis exercere.</i> | |
| <i>Accusatione porrecta.</i> | cap. 4. fol. 31. | | cap. 24. fol. 203. |
| <i>Denuntiatione facta.</i> | cap. 5. fol. 37. | <i>Aut incendiium.</i> | cap. 25. fol. eo. |
| <i>Aut inquisitione formata.</i> | cap. 6. fol. 67. | <i>Aut duellum: alijs sponte offerre.</i> | cap. 26. |
| <i>Aut criminibus specificatis via exceptionis.</i> | cap. 7. fol. 89. | | fol. 204. |
| | | <i>Vel naues ad pugnam gubernare &c.</i> | cap. |
| <i>Testibus diligenter examinatis.</i> | ca. 8. fol. 93. | | 27. fol. 205. |
| <i>Reperi culpabiles.</i> | cap. 9. fol. 111. | <i>Aut leuitate delictorum.</i> | cap. 28. fol. 206. |
| <i>Non comparentes consumaces reputentur.</i> | cap. 10. fol. 123. | <i>Auditi; & aduocatis.</i> | cap. 29. fol. 208. |
| | | <i>Si conuicti non reperiantur.</i> | ca. 30. fol. 210. |
| <i>Quod si comparuerint: examinentur audian-</i> | | <i>Tormentis mox subiiciantur.</i> | ca. 31. fol. 222. |
| <i>turæ.</i> | cap. 11. fol. 140. | <i>Introductio in tertiam partem</i> | cap. 32. fol. |
| <i>Et in carcerebus mancipatis</i> | cap. 12. fol. 144. | | 226. |
| <i>Datu termino ad articulandum, & receptis</i> | | <i>Et si confessi, aut conuicti sint: condemnen-</i> | |
| <i>accusatorij probationibus.</i> | ca. 13. fol. 147. | <i>tur.</i> | cap. 33. fol. 229. |
| <i>Et reis admissis ad defensionem.</i> | cap. 14. | <i>Et si nec confessi, aut conuicti extiterint, indi-</i> | |
| fol. 149. | | <i>ctur purgatio.</i> | cap. 34. fol. 255. |
| <i>Demum inuocato Dei nomine</i> | c. 15. fol. 158. | <i>Vel absoluantur.</i> | cap. 35. fol. 261. |
| <i>Omnibusq; diligenter pensatis, videlicet gra-</i> | | <i>De ordine procedendi contra monachos.</i> | |
| <i>uitates, & enormitate delicti.</i> | cap. 16. | | cap. 36. fol. 267. |
| fol. 163. | | <i>Miscellanea quedam</i> | cap. 37. fol. 179. |
| <i>Vi si est sacrilegium.</i> | cap. 17. fol. 170. | <i>De bigamia.</i> | cap. 38. fol. eo. |
| <i>Vel crimen simoniæ.</i> | cap. 18. fol. 178. | <i>De suspensio ab officio.</i> | cap. 39. fol. eo. |
| <i>Vel flagitium carnis.</i> | cap. 19. fol. 188. | <i>De sodomia.</i> | cap. 40. fol. 280. |